Th. 787

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000075595

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

v. Vogt Catalogus libror. rariorum p. 170.

Digitized by Google

VARIA SACRA
CEU
SYLLOGE VARIORUM
OPVSCVLORVM GRÆCORVM
AD
REM ECCLESIASTICAM
SPECTANTIUM.

CURA ET STUDIO
STEPHANI LE MOYNE
THEOLOGI LEYDENSIS

Qui Collegit, Verſiones Partim addidit, & Notis, & Obſervationibus Uberioribus Illuſtravit.

TOMUS PRIMUS.

Folium ſequens indicabit ea quæ in hoc opere continentur.

V. Barkey



LUGD. BATAVOR.
Apud DANIELEM à GAESBEECK
MDCLXXXV.

Digitized by Google

ΕΝ ΤΑΥΤΗ ΤΗ

ΣΥΛΛΟΓΗ

ΕΜΠΕΡΙΕΧΕΤΑΙ

ὅσα ἐν τῷ ἑξῆς Πίνακι γράφεται.

Τοῦ ἁγίου ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ Ἐπισκόπου Σμύρνης, Ἐπιστολή.

Τοῦ ΒΑΡΝΑΒΑ Ἐπιστολή.

Τοῦ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ λόγος περὶ τοῦ Παντός.

ΣΥΝΤΟΜΟΣ ΕΠΙΛΥΣΙΣ τοῦ Πάτερ ἡμῶν.

ΓΕΡΜΑΝΟΥ περὶ τῶν ἁγίων Οἰκουμενικῶν Συνόδων.

Περὶ τῶν ἑπτὰ ΣΥΝΟΔΩΝ.

ΣΥΝΤΟΜΟΣ καὶ σαφὴς διάγνωσις πίστεως.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ Ἔκθεσις τῆς πίστεως.

ΕΥΘΥΜΙΟΥ ΖΙΓΑΒΕΝΟΥ τῆς εἰς Ψάλμοις Ἑρμηνείας προοίμιον.

ΝΕΙΛΟΥ ΔΟΞΟΠΑΤΡΙΟΥ τάξις τῶν Πατριαρχικῶν θρόνων.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ τοῦ ΜΑΝΟΥΗΛ μεγάλου Ῥήτορος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Κονσταντινοπόλεως Ἐκκλησίας πρὸς ΒΟΗΜΟΥΣ.

ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΥ ΕΔΕΣΣΗΝΟΥ Ἔλεγχος Ἀγαρηνοῦ.

Κατὰ ΜΩΑΜΕΔ.

ΜΗΝΕΣ Ῥωμαίων Αἰγυπτίων Ἑβραίων. &c.

ΕΠΙΦΑΝΟΥ περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων.

Κτῆμα ΑΝΤΟΝΙΟΥ ΕΠΑΡΧΟΥ. &c.

SYLLABUS
OPUSCULORUM
Quæ in hac Sylloge continentur.

POLYCARPI Epiſcopi Smyrnenſis Epiſtola.
BARNABÆ quæ tribuitur Epiſtola.
HIPPOLYTI Sermo περὶ τοῦ παντός.
HIPPOLYTI Laterculus, in quo continentur Lemmata illius operum.
Brevis Interpretatio Orationis Dominicæ.
GERMANI Tractatus, de ſex Synodis Oecumenicis.
Alius Tractatus de ſeptem Synodis Oecumenicis.
Brevis Elucidatio Fidei Chriſtianæ.
Brevis Inſtructio quomodo credere debeamus.
BASILII M. Expoſitio Fidei.
EUTHYMII ZYGABENI Præfatio in Pſalmos.
NILI DOXOPATRII Notitia Patriarchatuum.
MANUELIS M. Rhetoris Conſtantinop. Apologia.
ECCLESIÆ Conſtantinop. Epiſtola ad Bohemos.
BARTHOLOMÆI EDESSENI Confutatio Hagareni.
Confutatio Muhammedis.
Nomina Menſium Variarum Gentium.
de Ponderibus & Menſuris.
Fragmenta de Ponderibus & Menſuris.
ANTONII EPARCHI Volumen in quo varia Opuſcula continentur.
D. CHRYSOSTOMI Epiſtola ad Cæſarium.
Prologomena Auctoris in quibus tres Diſſertationes De Polycarpo, Barnaba, & Hippolyto.
Nota & Obſervationes Uberiores.

PRO-

PROLEGOMENA
AD CANDIDUM
LECTOREM.

Præfandum eſt Lector Benevole, etiam me invito, & aliquid conſuetudini tribuendum & concedendum. Originis quippe eſt longe vetuſtiſſimæ proœmiorum & præfationum uſus, quem ætas, & omnium fere populorum exempla & mores confirmarunt. Abſque præfatione foret, ut opus cætera non invenuſtum, oculis minus placeret, & quaſi capite minutum, in publicum prodiret. Hinc proœmia, & indices, quibus apud veteres, Auctorum Conſilia, & operum ratio, in compendium redacta Lectoribus ſiſtebantur. Neque enim indicum vetuſtiorum, ea fuit ratio, quæ nunc eſt hodiernorum. Operibus præponebantur. Erant veluti Breviaria & ſummaria ipſorum operum, ut operis moles tota, arctata & contracta repreſentaretur, ut Lectorum curioſitati, brevi, fieret ſatis, & vel ſpes, & expectatio ad Lectionem erigeretur, vel nimis ad faſtidium proclivis Indoles, brevitate Titulorum, λημμάτων, & Κεφαλαίων, ſtatim levari poſſet. Iſtam tamen proœmiorum, & præfationum adornandarum conſuetudinem, non omnino probandam ſemper in animo reputavi meo. Ut pote quæ Lectorem morentur, argumentorum ſola delineatione ſæpiſſime delectent, & illum ſatiatum dimittant, inani rerum repetitione turgeant, & aucupandæ famæ artibus & dolis, Mercium adulterandarum & ſucandarum fraudibus, & honeſtis, urbanis, & elegantibus mendaciis ut plurimum ſint obnoxiæ. Libens ergo abſtinuiſſem ab onere præfa-

* tionis

tionis exarandæ in me recipiendo. Sed hanc extorſit neceſſitas, cui, quicquid ad illam detrectandam potuerim excogitare, mihi tandem cedendum fuit. Silentium nobis forſan fraudi fuiſſet, & nimis ſecuros & incautos prodidiſſet; nec alia patebat via, qua de opere & conſilio noſtro minus honorificam Lectoris exiſtimationem minueremus & declinaremus. Nam utcunque ſit Benevolus Lector, mirabitur, operis noſtri compagem, argumenta, materiam, quam non forſan à me, nec ab alio, hoc tempore expectaſſet. Sed miramur etiam nos, & miramur vehementer, cum talis ſubeundi laboris nulla ante paucos annos, mentem inceſſiſſet vel libido, vel minima cogitatio. Cum Neuſtriam meam, & Rothomogum relinquens, fatis ita volentibus in fœderatum Belgium pergerem, totus Joſepho plenus Lugdunum adventabam, varia ad Flavium Illuſtrandum congeſta, & quodam cum labore, & diligentia conquiſita animos addebant; Amicorum hortationes calcar admovebant, mens alacris, & ad negotium prona eccitabat, & nondum fractæ vires, & ſatis vegetæ, ſucceſſus non pudendi, ſpem ſi non multam, ſaltem aliquam faciebant. Non terrebat in caſſum ſollicitata Scaligeri induſtria; non Cunæi deſiderata Vigiliæ, non jacentes Petiti labores; non Boſii intermortua cura & ſollicitudo. Tot infauſta omina, fruſtraque toties tentatum iſtud opus, properantem animum, imo ruentem non ſiſtebant & morabantur. Tentaſſe honorificum cenſebam, deſperaſſe ignavum, ipſâ vel operis ſuperba mole obrui, non inglorium exiſtimabam. Sed ne ruina quidam, quaſi certa, nos movebat. Meliora ſuadebant explorati lacerti, ac humeri. Pundus ferre non recuſabant; & Codicum Florentinorum, Pariſienſium, Londinenſium, Oxonienſium, & Virorum Doctorum variis Lectionibus & Emendationibus munitæ inſtructæque vires, oneri graviſſimo impares non omnino videbantur. Tali mente agitatus, talibusque Conſiliis plenus, relicta Gallia, luſtrataque Anglia, Lugdunum tandem appuli, & ad Rhenum fixas pacatas que occupans ſedens, in dies operis aggrediendi magis ac magis creſcebat

ſcebat deſiderium. Labitur interea fere annus, variis per Bataviam peregrinationibus, Amicorum ſalutationibus, & exercendis mutuo urbanis officiis, hominum indoli & moribus explorandis, variarum Quæſtionum hic agitatarum examini, Bibliothecarum Scrutinio, Codic. MSS. indagini & inveſtigationi, & Profeſſionis noſtræ auſpiciis tentandis, & promovendis, omnino concedendus. Recurrebat tamen ſingulis diebus Joſephi memoria. Magna ſemper oculis obverſabatur Imago; vota, conſilia, promiſſa, idemtidem officium repræſentabant; animus impatiens, labores peroptabat, & ad carceres ſtans, illoſque mordens, mapparium ac mappam anhelabat, & dimitti, pergere, ſtadium licet longum & difficile decurrere, & ſuperare geſtiebat. Sed ô vana hominum mentes, ô vana conſilia. Tunc temporis ita geſtientem animum novus afflavit & percuſſit rumor, quo nunquam triſtiori convelli & concuti potuerat. Advolat nuncius Anglos editionem Joſephi moliri ac parare, ac Theatrum Scheldonianum, quod variis aliis operibus de publico bene mereri pergere poterat, Joſephi accurata, ac Regia publicatione Velle etiam ſe commendare. Haſi parumper, haſitavi diu, ac nuncium iſtud ſine ulla veri ſpecie diſſeminari mihi videbatur. Vix annus vertebatur, cum Angliam peragraveram, ac viros egregie doctos, quibus Inſula feraciſſima, non ſemel conveneram; qui vero de nova Joſephi editione verba faceret, vel quidem cogitaret nullum viſus ſum annimadvertere. De Cypriano Docliſſimus ac Reverendiſſ. Oxonienſis multa ingerebat. De primordiis Eccleſiaſticis primi ac ſecundi ſeculi, multa vir celeberrima fama, ac Doctrina majoris, R. Parſonius. De Evangeliis Copticis, humaniſſimus ac eruditiſſimus Mareſchallus. De aliis Alii. Sed de Joſepho altum apud omnes ſilentium, ac de illo nulla niſi me narrante fiebat memoria. Adeout iſti rumori licet tamen ubique graſſanti, non poſſem fidem vel leviter accommodare. Extorſerunt tandem variæ ex Anglia, Gallia, Germania Epiſtolæ. Extorſit ſpecimen ad me ipſum ex Anglia deſtinatum. Extorſerunt, ac adhuc credere detrectantem per-

naſerunt, tria jam folia per amicos mecum communicata. Ingemui fateor; vix indignationem potui cohibere, de latere coſtam avulſam non revera dormiens ſenſi, ac dolui, ex Thalamo, medioque ipſo ſinu, raptos meos amores, quos perdite deperibam.

Non tamen dolori laxandas eſſe habenas judicavi. Eſt ignavus, ſegnis; & torpens dolor; eſt ſæpe conſilii, prorſus expers & inanis; querelarum, ac inquietudinum, ſuſpicionum, hæſitationum ferax, bonæ mentis vacuus. Meum ergo non audiendum ſed leniendum, exiſtimavi; & his illum argumentis demulcendum tentavi. Conſilia hominum habere ſua fata, ſicut & ipſos libellos; illa eſſe fluxa & caduca non tantum naturali hominum levitate, ſed variis inexpectatis caſibus, qui illorum executioni intercedunt ſæpiſſime. Stadium quod decurrendum ſtatueram, eſſe publicum, in quo omnes artem & induſtriam ſuam poterant exercere. Joſephum, etſi amores meos, non magis ad me pertinere, quam ad Dardanum vel Rutulum. Eſſe Helenam à Menelao, Paride, aliis adamandam, & impune rapiendam. Anglos, qua ſunt doctrina, quo ſunt in otio, de publico, Joſepho ipſo, me melius multum merituros. Flavium nobiliori cum Syrmate ex Theatro Scheldoniano, quam ex meo muſeolo, veſtitum proditurum. Deinde animum me non debere deſpondere meum, nec omnem ſpem decollaſſe me aliquando votorum fieri conpotem, & Joſephum adhuc novo quodam cultu proſequendi, cum poſt Anglorum, & aliorum conatus, ſemper locus ſit ſuperfuturus, ſi non luxurianti & lætiſſimæ meſſi, ſaltem uberi & non ignobili ſpicilegio.

His ita mulcendo animum exacerbatum, Ecce iterum & alius novus oritur ac creſcit rumor, quo diverſione quadam, à noſtro mœrore, aliquo modo avocaremur. Res certe inaudita, mira, ſtupenda mihi narratur. Hic in Batavia latere Epiſtolam Polycarpi, editis omnibus duplici parte auctiorem & longiorem quo Theſauro, auro contra Caro, Eccleſiaſtes, in hac vicinia egregie doctus florebat

ac ſu-

ac ſuperbiebat. Nuntium certe, primo gratiſſimum, ſed adeo parum veriſimile mihi videbatur, ut poſt aliquam mentis deliberationem, vix leviſſimam in animo relinqueret voluptatem. Quomodo enim, ita apud me, quomodo Theſaurus iſte diligentiam tot exploratorum, indagatorum, urinatorum ut ita dicam, qui in mari literario conchas, gemmas, margaritas tanta arte, induſtria, labore ſunt expiſcati, oculos & manus potuit ſubterſugere. Quomodo Baronius, Meſtraus, Allatius, Cotelerius, Voſſius, Bigotius, Uſſerius, Theſaurum iſtum ignorarunt. Quomodo apud Italos de eo tantum ſilentium; quomodo Florentini ipſi variis laudibus illum non ſunt proſequuti, utpote quo omnes Florentinæ Bibliotheca nihil ſplendidius & nobilius caperent & complecterentur. At hæſitanti, dubio, & fluctuanti inter ſpem & metum, votum & formidinem, aſſenſum tamen extorſit ipſe Theſauri latus & ovans poſſeſſor. Is erat D. Rulleus, concionator diligens, facundus, & Doctus. Diligentia, ac fervens illius erga bonas Diſciplinas animus, videntur illum nobis, præcoci certe fato eripuiſſe; qua jactura, damnum flebile paſſa eſt Reſpublica literaria, cum pauci æque ac ille literas humaniores & politiores, & ſtudium Antiquitatis, ſatagant promovere. Fuerat à Sacris, Illuſtri Patio, pro Ordinibus Fæderatis Madriti Carpetanorum ad Hiſpanos, difficillimis Reipublicæ Temporibus, Legato nobiliſſimo. Peragrata vero Hiſpania, ac Italia ipſa, noſter Rulleus, ad Patrios lares reverſus eſt, ſpoliis variis locuples ac onuſtus. Inter opes vero nihil magis commendabat, quam Epiſtolam iſtam Polycarpi, qua de eruditis ac bonis omnibus, optime ſe meriturum exiſtimabat, ac magnam de illa expectationem concipiebat. Animum confidentem facile poteram animadvertere, cum ille ad me accederet. Inopinantem quippe adortus eſt, tum urbanitate quidem, ac indole ſuaviſſima ac humaniſſima motus, tum ut faſciculum traderet, ex Italia allatum, ac ad me deſtinatum. Deſtinaverat vero A. Maillabecchi, quo Italia tota nihil fovet doctius ac humanius, quo ingenti ſydere nunc Floren-

tia merito gloriatur, ac cujus benigna luce tota Europa docta ac literata, fovetur & illuſtratur, cum nullus fere ſit in Europa, ideſt in orbe literato alicujus nota eruditus, qui Magliabecchium fautorem promptiſſimum, humaniſſimum, generoſiſſimum jure non profiteatur. Accepto Faſciculo, & poſt prima humanitatis impleta debita ac officia, varios ſermones miſcuimus ego ac Rullaeus gratiſſimus hoſpes, de Hiſpania, de Hiſpanis eruditis, de Marchione Aſpriculta, de Luſtanoſa, de Bibliothecis, ac præcipue Scoriacenſi, de Italis, qui nomine ac doctrina fama florebant, de Bibliothecis Italiæ, de Codicibus manuſcriptis, qui frequentiſſimi, in iſtis eruditis latibulis, adhuc jacebant ac occultabantur. Hoc ingenue profitebatur Rullaeus, quod luculento ac fæliciſſimo experimento confirmatum voluit. Nam ſtatim narrabat, in Florentina Bibliotheca incidiſſe ſe in codicem vetuſtum, qui non poterat ſatis æſtimari, quo cum ſolo ingens ac locuples Bibliotheca non poſſet jure componi, ac in quo hucusque latuerat Tractatus, Auctore ſuſpiciendus, Antiquitate venerandus, materia celebrandus, & publicatione brevi futura omnium proborum, ac eruditorum plauſus, ac gaudium eccitaturus. De Tractatu ſtatim inquirebam, ac mirari me dicebam, adhuc in Bibliotheca Laurentia aliquid occultum deliteſcere cum à tot viris ſagaciſſimis, perſpicaciſſimis, Codicum MSS. inveſtigatoribus diligentiſſimis, fuerit olim, ac nunc, admodum frequentata. Imo vero regerebat hoſpes, lætis oculis, vultu ac ore ſubridente, ac geſtu quo non parum ſibi plaudere videbatur, ea fuit mea fælicitas, ut mihi, non quærenti codex iſte occurreret, quem oculi, meis multo oculatiores, ſæpiſſime præterierant; ut fieri ſæpe ſolet inter venatores, qui impetu quodam rapti, prædam magis obviam, ac in ſaltus magis aperto angulo deliteſcentem, ſæpe ſolent præterire. Iſte vero Tractatus inquiebat, ne tuam expectationem nimia verborum copia ac prolixitate diutius fatigem, eſt Epiſtola Polycarpi, quam huc uſque plusquam media parte mutilam ac truncam ediderunt viri nomine ac doctrina longe præſtantiſſimi.

mi. Sed penes me exſtat Apographum omnibus editis longe locupletius, & cujus publicationem, mihi, ſibi, ac ſeculo gratulabuntur, viri in Antiquitate Eccleſiaſtica non Hoſpites, qui ſciunt quid diſtent æra Lupinis, & qui Theſauris ac auro, non carbonibus, norunt pretium ſtatuere. Etiam ſi præjudicata valde laborarem opinione, non potuerunt tamen iſta, quin mirantem ac attonitum fere vehementer exhilararent. Gratulatus ſum fælicitatem viro, cui tale monumentum, fata reſervaverant; utilitatem depredicavi, publicationem urſi, currenti calcar admovi, certæ gloriæ ſpem non vates quidam feci, & omnium eruditorum ſequuturos plauſus, verbis quibus poteram magis moventibus repreſentavi. Addebam, me non quidem invidere illius fælicitatem, ſed tamen quovis pretio voluiſſe mihi redemptam talem bonam fortunam. Et hoc quidem conſilio, ut explorarem, an revera nullo pretio codex iſte ab illo poſſet extorqueri. Sed fruſtra hoc tentabam; incubabat Theſauro ſuo, & quodvis potius eripi ſibi paſſus fuiſſet, quam manuſcriptum, quod famæ ſuæ graſſantis præcipuum futurum fudamentum, lætus exiſtimabat. Diſcedebat ergo, ſpe relicta me brevi votorum compotem futurum, ſe totum eſſe in adornanda iſtius Codicis editione, nec Zelum, fidem, honorem, gloriam permiſſura, ut monumentum Eccleſiæ adeo utile, fidei Chriſtianæ tam honorificum, ſibi vero tam glorioſum, diu deſideraretur. Diſcedentem calidiſſimis votis ſum proſequutus, & revera nihil magis tam mentem occupabat, quam iſtius operis deſiderium & expectatio. Sed cum iſti conſilio promovendo accinctus pergeret alacriter Rullæus, ecce remora intercedit, remora certe nullis artibus, viribus, conatibus vincenda & ſuperanda. Mors nimirum, quæ poſt morbi languores quoſdam, illum tandem eripuit. Illi animus acris, ingenium vividum, judicium jam quodam rerum uſu & experientia ſubactum & roboratum, dicendi libertas nec agreſtis, nec affectata, os liberale, robur florens & vegetum, labor pertinax, mores honeſti, faciles, & variis peregrinationibus conditi & politi, indoles denique talis quæ in viro ad maxima

quæ nato jure poſſent deſiderari. Sed mors ἀπροσωπολήπτης, *iſtis non flectitur; æquo pede pulſat Regum turres, pauperum tabernas, otioſorum & inſciorum vilia latibula, & eruditorum, & doctorum muſea veneranda; & quo virtutum, & dotum uberior ſeges, eo falci ſuæ effloreſcit & paratur nobilior triumphorum materia. Cadit ergo non parva mortis victima Rullæus, & acerbo funere, dum ſpem & vota multorum eccitaret, & doctiorum oculos in ſe converſos teneret, ingenti ſuorum, Eccleſiæ, & Belgarum humaniorum & doctiorum luctu ſublatus eſt. Cui ſi vita longior uſura conceſſa fuiſſet, poſteritati nomen victurum tranſmiſiſſet, & ſcriptis cedro dignis ævum diuturnum procul omni dubio ſibi prorogaſſet. Sed in ipſo limine ſtadii literarii, mors, intempeſtiva mors illum intercepit, & cum illo intercepit varia conſilia. Illud præcipue de publicanda Polycarpi Epiſtola, quod inter alia, Rulleanum funus acerbiſſimum mihi reddebat. Poſt exequias, & conceſſo ſatis longo temporis intervallo, ſiccandis Lachrymis, & dolori aliquomodo levando, & poſt officioſas luctus erga fratrem ſignificationes, D. Rullæum J. V. Doctorem virum egregie doctum adortus ſum, & per omnia Sacra illum ſum hortatus, ut gloriæ Gentili, defuncti fratris honori, ſuo proprio nomini conſuleret, nec Polycarpianum monumentum perire pateretur, cujus, verbis quantum poteram magis idoneis meritum deprædicabam. Interea operam lubens offerebam meam, nec detrectabam in me ſuſcipere qualemcunque futurum laborem in publicatione iſtius Epiſtolæ, nullo alio conſilio, quam de Polycarpo, de publico, de Rulleano nomine bene merendi, in quod tota laus vulgati operis eſſet redundatura. Negabat vero Doctiſſimus frater ſe poſſe noſtris votis obtemperare, ſe noſſe fraterni laboris & momenta & pondus, ſe nonquam commiſſurum ut tantas opes alteri concrederet, & varia cauſabatur, quæ ſpem illum flectendi nullam mihi relinquebant. Inſtiti tamen, & Inſtiti vehementer, & ita apud me reputavi illum perſeverantia mea poſſe tandem moveri, & pertinaci officiorum meorum oblatione aliquando molliri. Non infæliciter ceſſit*

con-

Digitized by Google

conſilium. Vix ſecundis curis, illum tentabam exorare, cum ecce ſubito, ac certe inexpectatus, ad me expugnatus acceßit, & ſingulari humanitate ſua, ſpem meam ſuperavit. Tradidit in manus ipſum fratris Apographum, nec tantum ad momentum, & ut illud fugitivis oculis luſtrarem, & pollice currente voluerem, ſed illius copiam, quantum vellem diuturnam, imo liberali animo tanquam donum conceßit. Ea tamen lege ut opus brevi vulgaretur, ac fraterni nominis honorifica memoria in opere non prætermitteretur.

Tunc ego codicem deoſculari, contrectare, codicem venerabundis, vel veteranis, vel velatis manibus verſare, tanquam oracula Sibyllina, ut loquitur Vopiſcus. Sed oculi ſatiari geſtiebant, & ſtatim, ſine mora, ad lectionem pergebam. Prima vero vix delibaveram verba, cum mihi non ignota legere ſenſi ac animadverti. Ulterius vero cum pergerem, non ſecundam lineam abſolveram cum iſta me alibi vidiſſe contendebam, & jam eſſe impreſſa vehementer aſſeverabam. Nec fallebat ſententia & judicium, nam remoto codice, cum Muſeum conſcendiſſem, arrepta Barnabæ Epiſtola, ex qua, prima verba codicis Rullæani deſumpta conjiciebam, ſtatim animadvertebam me verum ſubolſeciſſe, nec vanum & falſum me eſſe conjectorem. Cum vero finem Codicis Rullæani cum fine codicis editi Barnabæ conferrem, eadem occurrebant in utroque codice, MSS. & impreſſo. Et tandem luſtrato & evoluto integro manuſcripto, integram inveni Epiſtolam Barnabæ, quam bonus Rullæus pro locupletißimo Polycarpi fragmento deſcripſerat, ac ſecurus jactaverat. Fraudi fuerat juveni erudito, nondum viſa & lecta Epiſtola Barnabæ, quam & ætas, & alia ſtudiorum & literarum genera, & miniſterii graves & ſæpe recurrentes occupationes, ſine ullo juvenilis & pro ætate jam ſubactæ eruditionis detrimento, patiebantur ignorare. Fraudi fuit etiam incauto Rullæo codex Polycarpi, qui cum ſerie continua, & nulla ſeparatione, & diſpunctione, Epiſtolam Polycarpi, & Barnabæ contineret, memorato ſolo nomine Polycarpi in limine, & præterito nomine Bar-

*** *nabæ,*

Digitized by Google

nabæ, facilis fuit lapſus, & facile à ſe potuit impetrare Rullæus, ut crederet unicam eſſe tantum Epiſtolam, quam cum Polyparpi Epiſtola, jam ſibi nota, multo longiorem animadverteret, in eam deſcendit ſententiam, de Barnaba Epiſtola nihil cogitans, ſe fragmentum inveniſſe, quo Polycarpi mutila Epiſtola diteſceret & ſuppleretur.

Ego vero tot votis & deſideriis maceratus, vix potui dolorem continere, & ingemui vehementer, me, Rullæum, & alios in Belgio doctiſſimos viros, erroris, & innocentis impoſturæ neſcios, & Polycarpi Epiſtolam ſpirantes & anhelantes; ita deluſos fuiſſe. Interea perditum Rullai laborem nolui, nec caſſa noſtra promiſſa, nec vanas omnino eruditorum ſpes ac exſpectationem, illos monendos eſſe exiſtimavi, ac quid deberent expectare ac quomodo error irrepſerit aperire conſultum duxi. Hinc prima Epiſtolas Polycarpi ac Barnabæ edendi cogitatio, ac prima Sylloges noſtræ colligendæ occaſio ac conſilium. Nam promiſſa non patiebantur Polycarpi ac Barnabæ Epiſtolas abjicere, ac removere; ſed tot Epiſtolarum iſtarum editiones veteres, ac recentiores, illas non ſolas emittere, monebant ac ſuadebant. Quærendæ ergo mantiſſæ, Appendices, argumenta ſocia, quibus opus creſceret, ac mole ac novitate quadam, aliquomodo ſe commendaret.

Nec diu mihi quærendum fuit. Exſtabat apud me volumen ſcriptum anno 1645. ex Autographo quod exſtat Pariſiis, in Regia Bibliotheca, qua nil Sol videt hodie, ditius ac ſplendidius. Deſcripſerat vero Claudius Sarravius ille, alter quaſi Peireſcius, gente nobilis, dignitate nobilior, Doctrina nobiliſſimus, amicitiis clariſſimus, ac ſtudio erga literas, ac literatos, omnibus ſuſpiciendus. Deſcripſerat vero Sarravius ex Codice Antonii Eparchi, qui extat in Regia Bibliotheca. Numer. 2216. Vixit vero Antonius Eparchus tempore proſtrati Imperii Conſtantinopolitani, cujus cladem, ac Gentis Græcæ ruinas verſibus elegiacis eſt proſequutus. Diu profugus hæſit Venetiis, ac cum variis tum popularibus,

Digitized by Google

laribus, tum peregrinis varia habebat ac fovebat literarum commercia. De illo honorificum extat teſtimonium apud Theodoſium Zygomalam, Epiſtola ad Martinum Cruſium, in Turco-Græcia. ὥς τις τῶν λογίων ἀνδρῶν (Ἀντώνιος Ἔπαρχος, οὗτος Κερκυραῖος) θρηνῶν τὴν Ἑλλάδος καταστροφὴν, ζύγον γουλείας ἀκλεῶς ὑποφέρουσαν, ἔκλαυσε στίχοις ἡρωελεγείοις, δακρυχέων, ὑπὲρ τοῖς διακοσίοις· ὧν ἡ ἀρχή.

Νῦν ὀλοφυδνῆς Πιερίδες νῦν ἄρχεται ἀοιδῆς.
  Δάκρυα νῦν Ἑλικὼν λεῖβ' ἄμοτον γοόων
Νῦν χάριτες τρίσσαι Ζηνὸς περὶ καλλέα τέκνα
  Ἑλλάδος οὐλομένην συντυχίην κλάετε.
Ἄθρει Ζεῦ περίσημον, ἄθρει γένος, οἷον ὄλειται
  Μύρεο τὴν Ἑλλὰς μύρεο δυσμορίην.

οὗτος καὶ πρὸς ὁμόνοιαν συντείνουσας ἐπιστολὰς θαυμασίας ἔγραψε πρὸς τινὰς σοφῶν, καὶ δυνατῶν, καὶ πρὸς Φίλιππον Μελάγχθονα τὸν Γερμανόν. οὗ δὴ τὰ τοιαῦτα, εἰ οὐκ ἐθεάσω, πέμψω σοι, εἰ γράψεις. Sicut Doctus quidam vir Antonius Eparchus Corcyreus, Græciæ everſionem lugens, jugum ſervitutis ingloriæ tolerantis, lamentatur, verſibus Heroicoelegiacis, amplius ducentis, qui incipiunt.

Pierides nunc lugubrem depromite cantum,
  Nunc Lachrymas Helicon projice cum gemitu.
Nunc Charites Jovis Ætherii pulcherrima proles,
  Græcorum caſum flete dolore gravem.
Juppiter interitum præclaræ reſpice Gentis;
  Dura tua, defle, Græcia, ſata gemens.

Hic

Hic quoque Epiſtolas ad concordiam pertinentes mira eruditione ſcripſit, quas ad doctos quoſdam & potentes, atque ad Philippum Melancthonem Germanum miſit. Quæ talia ſi non vidiſti, mittam ſi petieris. *Exſtat iſta Epiſtola Antonii ad Melancthonem in Appendice Turco Græciæ P. 543. & de illa judicium Joachimi Camerarii P. 546. ad Mathæum Irenæum, Fredericum Francum. De eodem ipſe Melancthon Epiſtola ad Camerarium An.* 1545. Afferent Amantius, & Ketſmannus Elegiam, Antonii Eparchi Corcyræi, qui ante biennium ad nos Græcam Epiſtolam miſit. *Et in alia ad eundem.* Dedi diſcedenti hinc Elegiam Antonii Eparchi, qui ex illa veteri Alcinoi Inſula Venetias migravit, exhibendam tibi. Sigiſmundo verſus videbantur confragoſi, & jejuni, ſed ego dolori & luctui Auctoris veniam do. *Nec ignotus Lilio Gyraldo Antonius ille Eparchus, de illo quippe ſic Libr. de Poëtis.* Vivit adhuc Anno 1551. Antonius Eparchus Corcyrenſis, inter Græciæ eruditos connumeratus, qui Venetiis Græcas literas aliquam diu Profeſſor, demum Corcyram regreſſus, ad ſuos, in literis conſeneſcit. *Hæc Giraldus centum fere annis poſt captam Conſtantinopolim, & ultima imperii Græci fata, de iſto Antonio, cujus etiam exſtat Epiſtola ad Dionyſium Conſtantinopolitanum, Patriarcham, quæ legitur in Codice Græco MSS. Numero* CCXLVI. *Bibliothecæ Vindobonenſis. Sed quod ad rem noſtram magis facit & accedit, in eadem etiam Bibliotheca occurrit Catalogus quorumdam Codicum MSS. quos volumen Antonii Eparchi continebat & complectebatur. De iſto volumine ſic Lambecius.* Super eſt quoque in Auguſtiſſima Cæſarea Bibliotheca manuſcriptus Catalogus Græcus, centum Codicum manuſcriptorum Græcorum, quos idem Antonius Eparchus, venales olim obtulit. Titulus iſtius Catalogi Latinus eſt talis. Volumina iſta Græca ſunt Venetiis apud Antonium Eparchum, qui illa, vel ſimul omnia, vel ſingula, propter rerum penuriam, venum exponit. *Codices venales offert*

Anto-

Antonius, Cæſari & Principibus, quorum opes regiæ, mercium ſuarum dignitatem & valorem æquare poſſe exiſtimabat. Sed vel exhauſto ſcilicet ærario, vel aliud quam Literarium Imperium promovendum cogitans, Carolus Imperator, Catalogum tantum ſervavit, quo illius Bibliotheca fuit locupletata, & Codicis Antoniani nullum vel leve illum tenuit deſiderium. Non ita forſan Franciſcus I. non tantum imperio ſuo, ſed literis, bonisque Diſciplinis juvandis & reſtaurandis natus. Nam pro ſuo erga literas ſtudio, Muſas profugas accerſivit & excepit, doctos frequentes alvit in Aula, & Bibliothecam Regiam Codice Antoniano voluit inclareſcere. Exſtat adhuc & hodie, illius maximum ornamentum, Salmaſio quondam bene notum, & ut ex ſcriptis Doctiſſimi & diligentiſſimi Cotelerii poſſum colligere, illi longe cariſſimum, & non ſemel commendatum. Non minori erga Codicem iſtum ardebat ſtudio & amore Sarravius, unde inter graviſſimas Ampliſſimi viri curas, laborem, improbum certe, non ſubterfugerit, codicem ſatis craſſum volvendi, tractandi, legendi, & illius maximam partem eleganti certe calamo & manu, pingendi & deſcribendi. Humanis vero rebus erepto Sarravio, & diſtracta illius Bibliotheca, cujus elegantiam & opes apud lectiſſimam viduam, & hæredes multis nominibus mihi colendos, ſæpe mirati ſumus, iſte deſcriptus codex propria manu Sarravii, ad meas tandem pervenit; unde varia ipſi deſcripſimus, in opere noſtro vulganda & publicanda.

Præcipue vero Rei Eccleſiaſticæ fautoribus operam navaturum non ingratam me exiſtimabam, ſi Tractatum de Conciliis Oecumenicis ex iſto Κειμηλίῳ *vulgandum eruerem. Editum quidem fuerat opus, ſed exemplari meo multo brevius & compendioſius, quod cum animadverterem, eruditos nolui carere, variis iisque non inutilibus acceſſionibus, quibus codex meus editos alios ſuperabat. Editi vero, nec meus, nomen Auctoris non referebant, nec cui adſcribendus eſſet Tractatus certo poteram ſtatuere. Non Photio, non Pſello, non Hippolyto, non aliis quos de Conciliis generalibus ſcripſiſſe non ignorabam. Sed caſus certe inopina-*

tus ab iſta hæſitatione me tandem liberavit. Nam cum eſſem Oxonii, & benevolentia Reverendiſſimi Epiſcopi, prolixaque humanitate D. Thomæ Hyde Bibliothecarii Doctiſſimi, pateret ingens iſtud arcanum Britannæ gentis literarium & reſerata forent omnia Bibliothecæ Regiæ conclavia & penetralia, & ibi bonas horas, imo bonos integros dies, jucunde liceret peragere. Forte ſortuna incidi in codicem vetuſtate venerandum, & variis argumentis certe præſtantiſſimum. Inter varia vero varii generis ſcripta quæ complectebatur, occurrebat Tractatus de Conciliis, quem cum præ lætitia geſtiens & currens evolverem, eundem eſſe cum meo, ſtatim ego deprehendi. Sed nomen Auctoris in limine non præferebat, quod adhuc mihi moleſtum erat, ac voluptatis meæ ſuavitas, amaritudinis quibusdam guttulis adhuc inficiebatur. Sed brevi ingratum iſtud evanuit temperamentum. Nam cum ad finem Tractatus perrexiſſem, occurrit nomen Auctoris, ac fœtum eſſe Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani ſtatim animadverti. Curavi vero ut ex codice Oxonienſi mihi deſcriberetur Tractatus iſte de Conciliis, cum meo exemplari hic Lugduni conferendus. Operam ſuam iſto in negotio non paſſus eſt deſiderari, Doctiſſimus D. Baudri, Rothomagenſis, valetudinis, peregrinationis, & literarum gratia Oxonii tunc degens, veteri amicitia mihi junctiſſimus, vir indolis humaniſſimæ, elegantiſſimi ingenii, ac animi Sacris, ac politioribus literis ornati ac cultiſſimi. Cum vero laudatum exemplar Sarravianum, Oxonienſi eſſet proxilius, ac in hoc multa deſiderarentur, quæ in illo ſuſius enarrabantur, codicem noſtrum vulgare maluimus quam Oxonienſem, in quo tamen cum nomen Auctoris occurreret, illud inde eruimus, ac exemplari noſtro Anonymo, præfigendum curavimus. Adeo ut nunc primum publicetur ſub nomine Germani, quem illius eſſe Auctorem, parte poſteriori Obſervationum noſtrarum aſſeremus, ac illi ut legitimo parenti, nemine ut ſpero contradicente, fœtum ſuum vindicabimus.

Cum vero in volumine Sarraviano contineretur etiam enarratio Orationis

Domi-

Dominica, Expoſitio quædam Fidei quæ Baſilio Magno tribuitur, ac alia varia ad Fidem ſpectantia, & doctrinam orthodoxam à Conciliis generalibus probatam ac confirmatam, iſta opuſcula non prætermittenda exiſtimavi, ſed prioribus addenda, ne tenuitate ſua, negligerentur, ac repentia calcarentur, ſed prioribus tanquam fulcris ac pedamentis poſſent ſuſtentari, erigi, ac conſervari.

Sed his nondum poterat animus acquieſcere. Sylloges noſtræ moles exilitate, & contracta nimis ſtatura ſua, non placebat, illique cubitum ſuper additum libenter voluiſſem. Non diu me torſit iſtud diſiderium. Statim memoria recurrebat, me vidiſſe MSS. codicem in Pſalmos, Auctore Euthymio Zygabeno. Editus eſt Latine, Interprete Saulo, Epiſc. Brugnatenſi ſed nonquam Græce prodiit, maximo certe oppobrio ac damno eruditorum. Exſtabat in Bibliotheca Bigotiana, omnium Bibliothecarum quibus Neuſtria mea abundat, ſplendidiſſima ac locupletiſſima. Erat vero Κτῆμα Ampliſſimi Torodei, viri humaniſſimi, ac in utraque Lingua in paucis doctiſſimi. Præfationem legeram, ac in illa multa notatu digniſſima me animadvertiſſe recordabar. Cum vero in aliud exemplar incidiſſem apud τὸν πάνυ Voſſium Iſaacum, virum ſupra laudes, ac iterum præfationis iſtius Lectione vehementius adhuc caperer ac delectarer, illius ἴσον ac Apographum vehementer deſideravi, & Voſſius qua eſt humanitate, deſcribi mihi curavit. Iſto incremento elegantiſſimo auctam volvi Syllogem meam, quo gratiam apud bonos ac doctos non parvam initurum me confido, cum, ſi dicendi genus, ſi materia, ſi acumen, ſi eruditio, ſi methodus, ſi fervor, ſi Zelus, ſpectentur, iſtis omnibus, ſupra modum, ſe commendet, Euthymii Præfatio. Non prorſus contemnandam in illa Latine reddenda collocavit operam Saulus interpres. Sed qui Græca & Latina conferet, hæc infra priora multum ſubſidere animadvertet, multum originalis periiſſe decus, ac interpretem ſæpe errare, vel propria ſua culpa, vel, quod malo credere, exemplaris quo uſus eſt non recta ac nitida

deſcriptione. Quod in notis noſtris ad iſtam præfationem uberioribus, palam omnibus facimus.

Ne vero Bibliotheca noſtra Leidenſis prorſus eſſet ἀσύμβολος, *& poſt Galliæ, & Angliæ Symbolas, Belgium ſolum,* ἔρανον *negare videretur, annuente D. Spanhemio Bibliothecrio, viro ſcriptis, doctrina, muneribus celeberrimo, illius excuſſi forulos, nec diu paſſa eſt ſuam liberalitatem, & munificentiam deſiderari. Exſtabat in legato Warneri, legato certe regio, & quo jure ſuperbit Bibliotheca Lugdunenſis, & quod omnis literaturæ orientalis in Europa, eſt hodie nobiliſſimum monumentum, Exſtabat inquam inter operiſtius pretioſiſſimi legati, Nili Doxopatrii notitia, Græce, in qua quinque Patriarchatuum, Romani, Conſtantinopolitani, Alexandrini, Antiocheni, Hieroſolymitani Diœceſes, Exarchatus, Archiepiſcopatus, ſedes Metropoles, & Epiſcopatus accurate deſcribuntur. Opus mihi non ignotum, & cujus varia fragmenta huc illuc variis in operibus ſparſa, collegeram, & in uſum meum conſueram, & conſervabam, ſpe tamen amicis quibusdam meis relicta, operis publicandi, ſi illud perficiendi, & lacunas quaſdam implendi, faventem occaſionem, tandem aliquando nanciſcerer. Ecce vero ſe obtulit, deſiderata quidem, ſed non tam cito expectata, opportuna iſta occaſio. Arripui codicem Warnerianum, ſed malo fato mutilum, & in quo, quaternio integer deſiderabatur. Dolui quidem, ſed dolori, non longum conceſſum intervallum; jacturam quippe iſtius quaternionis, fragmentis meis, integram fere, poſſe reſarciri, ſtatim animadverti. Opuſculi ergo iſtius vulgandi ſtatim me inceſſit conſilium & ſententia, & illo Syllogem noſtram locupletandi, quod à re noſtra nullomodo alienum mihi viſum eſt, nec aliis alienum & ingratum viſurum etiam confido; cum ſit multo perfectius, quam nullibi apud Allatium, ac Scheleſtratium, ac pauca tantum deſint lineæ vel paginæ, quæ à Lectore harum literarum non prorſus rudi, facile ſuppleri poſſunt.*

Nec dum finis erat inquietudinum. Varia noſtra, in eo quo tunc erant

ſtatu,

Digitized by Google

ſtatu, adhuc in publicum prodire reformidabant, & auctiorem, nobiliorem, & ſplendidiorem comitatum poſtulabant, ut varietate ſua facilius poſſent lectoribus ſe probare & commendare. Ecce ergo cum ex legato Warneriano, ad Scaligeranum pergerem, & deſultoria quadam libidine, modo illo modo iſto oculos meos paſcerem, & utriusque opes mirarer, ac explorarem, incidi in Diſputationem Bartholomei Edeſſeni, ſequioris ævi, ni fallor Monachi, contra Sarracenos. Opus Scaligero, Vulcanio, Murſio notum, illorumque doctis manibus diu tritum ac verſatum, ſed huc uſque ineditum, nec Latinitate donatum. Cum vero illius lectio non leviter animum afficeret, ac in illo multa occurrerent, de Mahumete, de Mahumetanis, de Religione Muhamedanorum, de variis apud illos ritibus, grata ac jucunda, quæ à lectoribus ſicut nec à me, non ſine quadam voluptate legi poſſe videbantur, ſtatim de opere cum aliis jam paratis ſociando cogitavi, verſionem adornavi, notas uberiores, neceſſarias tamen, paravi, de quibus omnibus in poſteriori parte operis noſtri Lectorem fuſius monebimus. Ad Calcem vero iſtius codicis MSS. Bartholomæi Edeſſeni, quædam addita legebantur, quæ Mahumetem ipſum, ac annos Mahumetanorum, ac Saracenorum, ſpectabant ac complectebantur. Quæ cum ſuperiori diſputationi, conſilio quodam addita fuiſſent, ea in editione noſtra noluimus deſiderari, ac alia de annis, menſibus, diebus, variarum Gentium, in Textu, & in noſtris notis addidimus; præcipue cum in codice noſtro Sarraviano de quo ſupra, exſtaret laterculus rationis annorum, qui olim apud Græcos, Ægyptios, Syro-macedonas, Perſas, alios ſolebant uſurpari. Cujus etiam laterculi uſum Lectoribus non invidimus, illumque publicavimus cum notis prodituris, ad rationem & emendationem temporum ſpectantibus. In eodem vero codice Sarraviano poſt iſtum laterculum, eccerpta quædam legebantur de punderibus ac menſuris, quæ quia breviora, eo minus mihi viſa ſunt prætermittenda, illaque variis noſtris inſerenda judicavimus. Sed ut materia de punderibus & menſuris, magis accurate hic enarrata legeretur, Epiphanii Tra-

ctatum de eadem materia addendum conſultum duximus, præcipue cum penes me eſſet antiquiſſima verſio iſtius opuſculi, Salmaſio, Jureto, Petavio aliis laudata & probata, quam pro humanitate ſua mecum communicaverat, vir variis dotibus, ſcriptis, ac rara doctrina cultus ac conſpicuus Samuël Tenulius, qui & ſtudio erga nos ſuo, & genio Apollinari ſuo nimium indulgens, opus integrum noſtrum Carmine, Laudibus certe immeritis nimium luxuriante proſequi dignatus eſt, ſed quod licet elegantiſſimum, & acutiſſimum, pudor, & tenuitatis noſtræ conſcia mens, prohibuerunt publicare.

Tandem ad legatum Warnerianum iterum deflectentes, & cum illius opum inexhauſtarum, & inexhauriendarum fulgor oculos perſtringeret, ſed tamen alliceret, alium codicem MSS. nobis ſuppeditavit, recentem quidem, ſed utilitatis non contemnendæ. In illo quippe continebatur Collatio quædam inter Latinum, & Græcum, de quibusdam articulis, quæ diſſidia huc uſque inter utroſque, Latinos & Græcos non compoſita foverunt. Statim de illius publicatione cogitavi, nec Latinis, nec Græcis, nec aliis injucundam futuram exiſtimavi, niſi forſan quia mutila tandem prodit, cum in MSS. quod nacti ſumus, quædam deſiderentur. Cum vero Epiſtola Græcorum ad Bohemos, quæ Schiſma Græcorum & Latinorum ſpectat, apud nos exſtaret, & ad illam varia à notis annotata, in adverſariis haberemus, operam non intempeſtivam, & improbandam duxi, ſi ſuperiori Collationi inter Latinum & Græcum, illam addendam curarem.

Sic Aucta varia noſtra, & Sylloge, diverſorum opuſculorum adunatione, vegetavit, intumuit, crevit, & ad illam quæ nunc conſtat molem aſſurrexit, & conflata coaluit. Cujus publicatione, æquiorum Lectorum contemptum nos non incurſuros, facile confidimus. Talium quippe collectionum uſus, eſt hodie frequentiſſimus, & probata utilitas; quam viri undequaque doctiſſimi, ſcriptis & laudibus ſuis longe deprædicarunt. Talia, Varia, Collectanea, Miſcellanea, Spicilegia, Symmicta, Analecta, Antiquæ Lectiones, Orthodoxographa &c.

Talis

Tales Collectiones, Caniſii, Murſii, Stevertii, Chifletii, D. Acherii, Allatii, Baluſii, Mabillonii, Cotelerii, Bigotii, & aliorum diligentia, & doctrina præſtantiſſimorum virorum, qui genus iſtud ſtudiorum foverunt, & exemplo ſuo nobilitarunt, & promoverunt. Nec in eo fruſtra operam ſuam collocarunt viri illi præſtantisſimi. Sic enim aſſeritur veterum decus & fama. Sic Eccleſiæ Antiquæ, ritus, mores, Diſciplina, dogmata magis ac magis illuſtrantur. Sic varia ex tenebris eruuntur. quæ abſque illorum diligentia, æternum latuiſſent. Sic opuſcula quam plurima exiguitate ſua peritura, pudendo per blattas ac tineas interitui eripiuntur, ac in media aliorum turba foventur ac conſervantur. Sic innumera, Auctoribus ſuis reſtituuntur, quorum fatus non à Salomone, ſed à cæca ac fœda ignorantia, aliis parentibus injuſte tribuebantur. Sic Auctorum ætas, ac operum ratio, conſilium, occaſio, deprehenditur, ac cognoſcitur. Sic Hæreſes ac illarum primordia, & Hæreticorum primæ graſſationes eluceſcunt. Sic multa ad Chronologiam, ac Chorographiam Sacram pertinentia explorantur. Sic varia ſupplentur, enodantur, conciliantur, quæ hiulca, lacera, ἀσύστατα, intolerabilia, contradictoria omnino videbantur. Quod tot exemplis conſtat, ut ad illius confirmationem, fruſtra noſter poſtularetur ac impenderetur labor. Cum nullus exſtet hodie bonis literis vel leviter cultus, & in Antiquitate Eccleſiaſtica non omnino rudis & hoſpes, qui hoc ingenue mecum, non agnoſcat & profiteatur.

Eo vero animo iſta à me non diſſeruntur, ut tantam de Sylloge mea excitem apud eruditos, ſpem & expectationem. Novi diſcrimen inter operas virorum iſtorum illuſtrium, & curtam meam ſupplectilem. Illi Theſauros in Gazophylacium literarium conferunt, ego δύο λεπτὰ, Κοδράντην, & ἀσσάριον. Illi Tabernaculo literario, ædificando & ornando, opes Regias, Regiis ex Bibliothecis Larga manu admovebunt, nos quibus non licet eſſe tam beatis & opulentis, tænias, faſcias, clavos, pelles ſaltem ſuppeditamus; male nobiſcum actum

non exiſtimantes, ſi viri harum Literarum & Diſciplinarum periti, diligentiam qualemcunque noſtram, non omnino improbaverint. Non deeſt quidem nobis juvandi deſiderium, non quadam vires, non omnis induſtria. Sed deſunt argumenta, otium, materia apta iſtis collectionibus conſuendis & conſarcinandis. Pergant Galli mei in iſta paleſtra ſe exercere, & in iſto ſtadio uti fecerunt, alacriter porro currere. Pergant Angli, quorum opes immenſæ, olim mihi reſeratæ, ſed fugitivis eheu tantum oculis uſurpatæ, tantum apud me ſtuporem & admirationem concitarunt. Incipiant, pergant Itali tot Κειμηλίοις *locupletiſſimis florentes, nec tot veterum, bonorumque Auctorum ſcripta, ac opera, vermium, pulveris, ſitus, temporis, inania ludibria fieri, diutius patiantur. Pergant Romani, decem volumina* Α᾽νεκδότων, *Allatii, publicare, in quibus varia talia Symmicta, ac Analecta, ut conſtat ex Allatii ipſius Catalogo, quo uſi ſumus, humanitate Theodorii Riikii, viri Judicii excultiſſimi, & doctrina ſingularis, Collegæ conjunctiſſimi. In quo revera multa exſtant, quæ ſi dias in auras emitterentur, næ, ex illis Reſpublica literaria, utilitatem non mediocrem, ac fructus non contemnendos poſſet decerpere & colligere.*

Interea fruatur collectione noſtra, in qua rerum diverſitas poterit Lectoris tædium ac faſtidium levare ac removere. In ea quippe vetera ac nova. Quædam ſecundi, tertii, quarti ſeculi, quædam ſeculorum poſteriorum. Quædam ad Eccleſiam naſcentem ac primitivam, quædam ad adultam, quædam ad ſeneſcentem. Quædam ad doctrinam, quædam ad ritus, quædam ad opera, quæ in illa, ex illa, ac pro illa prodierunt. Quædam ad Eccleſiam univerſalem, ac Concilia Generalia. Quædam ad Latinam, Græcam, Germanam. Quædam ad Geographiam, ac Chronologiam Sacram, ad annos, ad pundera, ad menſuras Sacras ac Prophanas. Quædam ad Hæreticos, Sarracenos, Muhammedanos, Ethnicos. Quæ ſi ſingula non juvant, ac minus arrident, juncta forſan non diſplicebunt, ac jucundiora videbuntur.

Cum

Cum vero multa de Polycarpi, Barnabæ, Hippolyti, vita, ætate, ſcriptis, laudibus dicenda, notarum ratio non pateretur, nec tamen illa omnino prætermittenda exiſtimarem, ea ad Prolegomena rejicienda putavi: Ideo de iſtis argumentis, ut hic mihi quædam adhuc præfari & delibare liceat, Benevolum Lectorem vehementer rogo, atque iterum rogo.

DE POLYCARPO
DISSERTATIO ANALECTICA.

Hic Polycarpi vitam, merita, geſta, laudes non fuſe proſequemur. Iſta ab aliis peti poſſunt, qui argumento nobiliſſimo enarrando, maxima cura, induſtria, doctrina, facundia, incubuerunt. Cavendum tamen, in ſimilibus argumentis, à nimia credendi facilitate, & ne incerta, & parum veriſimilia obtrudantur & admittantur, quæ immoderatum & nimis fervens, ſed minus perſpicax, erga viros ſanctos ſtudium, finxit & excogitavit. Extremi ſunt vitandi ſcopuli, & ſicut difficili, & pertinaci nimis incredulitate, virorum de Eccleſia meritiſſimorum laudibus detrahitur; ſic nimis flexibili, & ad omnia, ſine delectu amplectenda quæ de illis jactantur, proniori, procliviorique fide, de illorum gloria non leviter delibatur. Incredulitas, certa & incerta, pari cæcitate & pertinacia, removet & evertit. Nimia & cæca credulitas, certiora & certiſſima, rerum incertarum, & parum probabilium laude, & deprædicatione, concutit & convellit.

Parentes, Patria, tempus Nativitatis Polycarpi ignorantur. Alicubi in Oriente natus memoratur. Quod non intelligo de Aſia majori & extremo Oriente. Sed de vicinia Antiochiæ, & iſta Diœceſi quæ vocabatur Oriens. Sic in Actis Concilii Epheſini, ἡ ἁγία σύνοδος τῆς Ἀνατολικῆς Διοικήσεως,

Sancta Synodus Diæceſeos Orientalis, & inter Acta Concil. Chalcedon. Δόμνος Ἐπίσκοπος, ἔξαρχος Διοικήσεως Ἀνατολικῆς. Domnus Epiſcopus, Exarchus Diæceſeos Orientalis. Diæceſis Orientalis varias quidem provincias præter Syriam comprehendit. Phænices, Palaſtinas, Meſopotamiam, Iſauriam, Ciliciam, Oſrohenam &c. ut patet ex notitia Imperii. Sed ſicut Aſia ſumitur latiſſime, late, ſtricte, pro tertia orbis parte, pro Aſia Minori, ac pro Regionibus Epheſo magis proximis. Sic Oriens ſumitur, pro tota Eoa plaga, vel pro tota Diæceſi Antiochena, vel pro Syria, Regione Oruntis magis proxima, & vicina Antiochiæ, quæ erat ſedes comitis Orientis. Julianus Anteceſſor ad Novellam 17. Juſtin. Comes Orientis, ſedet in Antiochena, ac habet ſub ſe multas provincias. D. Ambroſius Epiſt. 29. ad Theodoſium. Ubi agitur de Synagoga Judæorum, quæ odio ac invidia Chriſtianorum, Callinici, incenſa fuerat, Relatum eſt à Comite Orientis militarium partium incenſam eſſe Synagogam. Ubi neminem turbare debet, quod Comes Orientis dicatur militarium partium, quaſi fuiſſet dignitas militaris. Nam revera civilis erat, ut patet ex Zoſimo L. v. & Magiſter militum, militibus præerat. Sed vel comes militaris hic notatur, vel etiam ſi eſſent diverſi magiſtratus, tamen aliquando ambæ dignitates intet ſe ſociabantur, ac in unam perſonam conferebantur. Uude Addeus Comes Orientis, de quo forſan D. Ambroſius loco laudato, erat etiam tunc temporis Magiſter militum, ut patet Codic. Theodoſ. L. VIII. De Judæis Cælicol. & Samaritan. IMP. THEODOS. ARCAD. HONOR. AAA. Addeo Comiti, & Magiſtro utriuſque militiæ per Orientem. Per totum Orientem nimirum qui imperii Romani pars erat, ac cujus comes, qui μείζονα ἀρχὴν, & μείζω θρόνον dicitur habere, apud Libanium, Thronum, & fixam ſedem habebat Antiochiæ. Syros ergo & Antiochenæ Provinciæ incolas fuiſſe Polycarpi parentes facile mihi proſuaſerim. Unde forſan arctior inter illum & Ignatium Antiochenum familiaritas & neceſſitudo. Raptus neſcio quo fato & venditus, dicitur ſervitutem

tem

tem ſerviviſſe. Hera ſua Calliſthoni & Domina ita mores & fidelitatem probavit, illamque ita indolis manſuetudine ac vitæ caſtimonia ſibi conciliavit, ut illa Hæredem ex aſſe illum renunciaret.

Hæreditate locupletiſſima auctus ac cumulatus, uſus eſt ad Orphanos fovendos, pauperes levandos, viduas juvandas, ac inopes cujuscunque ætatis ac ſexus recreandos ac refocillandos. Iſta morum ſanctitate, ac prolixa munificentia ac liberalitate, omnium oculos in ſe convertit, ac maximam de ſe eccitavit expectationem; & qui privatus tot bonis operibus ſe commendabat, muneri Eccleſiaſtico obeundo aptiſſimus judicabatur. Statim ad Diaconatum promovetur, ac cum Bucolus eſſe homo deſiiſſet, ſtatim Polycarpus illius ſucceſſor poſcitur, eligitur, ac unanimi omnium conſenſu, Eccleſiæ Smyrnenſis paſtor renunciatur. Nullum fere latet, Polycarpum Eccleſiæ Smyrnenſis Epiſcopum fuiſſe, ac mirum eſt hoc fugiſſe Kirſtenium, qui cum hoc vel ignoraret, vel memoria non ſuccurreret, pueriliter impegit, ac turpiter ſe dedit, in interpretatione vitarum Evangeliſtarum, quas ex Arabico Idiomate Latinitate donavit. Sic vero de Joanne Evangeliſta Auctor Arabs. وكان معه ثلثه من تلميذه اغناطيوس الذي صار بطرك انطاكيه وطرح للسبع برومية وفليفاريوس صار اسقف سومريا واشتهد بالنار وفوجير وهو الذي استخلفه علي افسس. *Hæc in Notis ſic reddit Kirſtenius.* Tres ipſi fuerunt Diſcipuli, Ignatius, qui fuit Patriarcha Antiochiæ, & projectus ad Beſtias Romæ. Philophorius qui fuit Epiſcopus Sumariæ, & Martyrium ſubiit in Annar. Ac tandem Phugſire, qui fuit ſucceſſor Joannis, Epheſi. *Addit deinde Kirſtenius*, & Phugſire hic, forſan eſt idem quem Abdias & alii vocant Byrrum. *Quæ certe puero in Arabicis adhuc rudi vix condonanda forent, multo minus Kirſtenio, niſi primus fere, literas Arabicas in Europam evocaſſet, & niſi naſcentis iſtius eruditionis primordia & initia, denſiſſima tenebræ obſediſſent & occupaſſent. Sic vero reddenda ſunt ſenſus*

& verba Auctoris Arabici. Tres Johanni fuerunt Diſcipuli. Ignatius qui fuit Patriarcha Antiochiæ & projectus ad Leones; Polycarpus qui fuit Epiſcopus Smyrnæ, & Martyrium ſubiit in igne. Et Prochorus qui fuit Joannis ſucceſſor, Epheſi. *Nugæ ſunt quæ de Byrro, & Phugſiro habet hic bonus Kirſtenius. Illum in errorem imo errores innumeros induxit male punctatus codex, quem tamen emendare facillimum erat homini literis Arabicis, infra mediocritatem exculto. Nam non legendum eſt* فوجير, Phugſirus, *ſed* فرخر Prochorus, *qui revera fuit Diſcipulus Johannis Evangeliſtæ, & Apoſtoli. Nec legendum* فليغاريوس Pholipharius, *ſed* قلبقاربوس, Polycarpus. *Nec* سموريه, Samuriæ, *ſed* سمورنه, Smyrnæ *Epiſcopus. Nec* بالنار in Annar, *ſed* in igne, *Martyrium ſubiit in igne, ideſt vivicicomburio, Martyrii coronam eſt conſequutus, & conſummatus.* نار, *non eſt locus, ſed notat,* ignem, *& hic bonus Kirſtenius non minus joculari errore peccat, quam in vita Marci, ubi dicitur quod Marcus Evangeliſta, Martyrio fuerit conſecratus,* برمد *menſe* Barmuthi, *reddidit Kirſtenius,* in cinere برمد *quia,* رمد, *notat* cinerem, *& nomen Menſis Ægyptiaci accepit pro cinere, ſicut pueriliter in vita Johannis accepit* بالنار *pro loco, cum ſignificet,* ignem, *&* سموريه *pro* سمورنه Samaria, *pro* Smyrna, فليغاريوس *pro* فلبقربوس, Pholipharius, *pro* Polycarpus, *qui revera fuit Epiſcopus, Smyrnæ, ſucceſſor Bucoli, & ut non ſine magna veri ſpecie creditur, ab Apoſtolo Johanne Epiſcopus Smyrnenſis, impoſitione manuum ordinatus, & conſignatus; unde tot dotibus eximiis inclaruit. Nam quos Apoſtoli conſecrabant, illi ſpiritus ſancti larga copia cumulabantur. Unde* Timotheus, *variis dotibus munitus, & inſtructus legitur impoſitione manuum, qua fuerat conſecratus.* 1 Timoth. 4. 14. *Sic ordinatus à Johanne, & Presbyterio Polycarpus, & variis* χαρίσμασι *ornatus per conſecrationem, eximium ſe præſtitit*

tit Eccleſiæ Epiſcopum, quem non tantum tangebat Smyrnenſis gregis cura, ſed omnium Eccleſiarum Orientis, anxia juxta, & perpetua, ſollicitudo. Ideo vocabatur Doctor Apoſtolicus, & Propheticus, in Epiſtola Smyrnenſium, apud Euſebium Lib. 4. Cap. 14. Et Pater Chriſtianorum, & Doctor Aſiæ, ut ibidem videre eſt. Imo Princeps Aſiæ in Romano Martyrologio vocatur. Hæc enim ibi leguntur. Smyrnæ, Natalis Sancti Polycarpi, qui Beati Joannis Apoſtoli Diſcipulus, & ab eo ejuſdem civitatis Epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ Princeps fuit. *Quia forſan vocabatur caput & rector omnium Eccleſiarum Aſiæ, ſicut Rectores Synagagorum, vocabantur Archi-Synagogæ, &* ראש הציבור, *&* ראשי״, Ἄρχοντες, *capita & Principes Synagagorum, ſicut & Samaritanorum ſummus ſacerdos dicebatur* ربيس *princeps, quod alicubi me legiſſe memini, ni fallor apud Benjaminum Tudelenſem, ſed locus non ſuppetit. Sic etam Polycarpus vocabatur Princeps Aſiæ, ideſt* ربيس *vel* ראש *Chriſtianorum, qui in Aſia ſparſi doctrinam Evangelii, & Chriſtianos ritus publice profitebantur. Niſi dicamus Polycarpum, nomine Principis Aſiæ ornatum & inſignitum, oppoſitione ad Aſiarchas, de quibus videantur commentatores ad Cap. 19. Actor. Apoſtol. Gruterus in Inſcript. Selden. ad Fæd. Smyrn. & Magnetum in Marmor. Arundel. Erant Principes Societatum Aſiaticarum, in κοίνοις iſtis, ac communibus ſolennibus, ludos, munera, & ſpectacula Sacra regebant ac moderabantur. Erant vulgo numero tres.* Ἀλυταρχὴς, Ἀμφιθαλὴς, *ac* Γραμματεὺς. *Unus Jovem, alter Apollinem, tertius Mercurium referebat, ut videre eſt apud Joannem Antiochenum Malalam, MSS. in Bibliotheca Oxonienſi olim à me verſatum. Auctorem quidem variis fabulis refertum, ſed in quo etiam multa occurrunt, non contemnenda, ac quæ apud alios omnino fruſtra quærerentur. Dicebantur ergo Triumviri iſti, Aſiarchæ, Principes Aſiæ, ac per totam Aſiam maximæ erant dignitatis, ac exiſtimationis. Polycarpus*

ergo, vir iſtis, fama non minor, ac nominis celeberrimi, ac cujus exemplo, cura, conſiliis, omnes Eccleſiæ Aſiæ ſapientiſſime regebantur, dicitur Aſiarcha, Princeps Aſiæ, quod apud ſuos non minorem obtineret auctoritatem ac dignitatem, quam Aſiarchæ ac Principes Aſiæ, in ludis, ac ſolennitatibus publicis ac communibus Aſiæ. Qui revera Actor. 19. 31. dicuntur à vulgato interprete & nominantur Principes Aſiæ. Τινὲς δὲ τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῷ φίλοι, *Vulgatus hæc ſic reddit,* Quidam de Principibus Aſiæ, illius Amici. *nimirum vel* Ἀλυταρχὴς, *vel* Ἀμφιθαλὴς, *vel* Γραμματεὺς. *Vel aliorum aliquis, qui in aliis communibus Magiſtratus iſtos geſſerant, ac erant tantum Aſiarchæ Honorarii, abdicatis nimirum, abdicata cum ſollicitudine, ſumptibus ludorum ac ſpectaculorum edendorum, ſed ſuperſtite tamen honore ac nomine, ac qui adhuc Aſiarchæ, ac Principes Aſiæ dicebantur. Sic Arabs ibidem reddit,* روس اسيا Principes Aſiæ, *ac Syrus,* ܘܪ̈ܝܫܐ ܕܐܣܝܐ, & Principes Aſiæ. *Non quod ſuprema Auctoritate in civilibus potirentur, ac Principatus ac ſumma rerum, penes illos tanquam ſupremos magiſtratus eſſet, ſed quod in Sacris praeſſent, ac ludi Theatrales, ſpectacula, munera, Sacra communium iſtorum Aſiaticorum, ſeu* κοινῶν τῆς Ἀσίας, *illorum arbitrio & conſiliis ederentur, adeo ut Aſiæ ludibundæ, Aſiæ feriatæ, Aſiæ Sacræ, eſſent ſupremi ſacerdotes & principes. Sic Polycarpus vocatur Aſiarcha princeps Aſiæ, nomine apud Smyrnenſes admodum familiari, quod Chriſtianorum Sacrorum, & Communis ſeu* κοινοῦ τῶν πιστῶν *in Aſia eſſet princeps, & quaſi ſummus arbiter & moderator.*

Nec Aſiam ſolam voluit eſſe teſtem virtutis, & fidei ſuæ. Italiam uſque perrexit, nec viarum periculis, nec itineris longitudine, nec ætatis & ſenectutis jam obruente gravitate deterritus, Romæ in ipſa voluit, morum ſuorum candore, charitate, zelo, fide orthodoxa etiam inclareſcere. Nam fides erat ortho-

orthodoxa, & licet circa quoſdam articulos & apices, inter illum & Anicetum Pontificem Romanum, quædam ſuborta eſſent ſententiarum divortia, & illa variis inter ſe colloquiis non poſſent componere, fraterni tamen amoris nodos & vincula, ſolvi vel relaxari noluerunt, & perpetuam inter ſe foverunt concordiam. Sic inter bonos, & Chriſtianos ſemper agier oportet. Fides non eſt rixoſa. Caritas μακροθυμεῖ, καὶ οὐ παροξύνεται, *ac indoles vere Chriſtiana, ſalvis fidei fundamentis, multa mutuo toleranda, ac condonanda ſemper exiſtimavit. Ita eximio tolerantiæ mutuæ exemplo Anicetus, ac Polycarpus concordes inter ſe vixerunt, ac varia opinionum diſſidia, eorum fraternæ communioni non nocuerunt, vel minimum delibarunt. Hoc ex Irenæo obſervat Euſeb. H. E. Lib. v. Cap. 24.* Καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν, περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες πρὸς ἑαυτούς. καὶ τούτων ὄντως ἐχόντων ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς, καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ κατ' ἐντροπὴν δηλονότι. καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν. Et cum D. Polycarpus Aniceti temporibus Romam veniſſet, atque inter illos modica eſſet de quibusdam aliis rebus controverſia, ſtatim mutuo pacis oſculo ſe complexi ſunt. De hoc capite non magnopere inter ſe contendentes. Quæ cum ita ſe haberent, communicarunt ſibi invicem, & Anicetus in Eccleſia conſecrandi munus, Polycarpo honoris cauſa conceſſit, tandemque in pace, à ſe mutuo diſceſſerunt. *Sic Græca, Latina ſecit Henricus Valeſius vir de Hiſtoria Eccleſiaſtica, ſi quisquam alius certe bene meritus. In quibus omnino mihi probatur emendatio Verſionis Chriſtophorſoni, qui vocem* κεφαλαίου, *accepit, pro ſumma controverſia, quæ inter Polycarpum & Anicetum agitabatur; quaſi in articulo de Feſto Paſchatis tantum inter ſe diſſentirent Anicetus*

 &

& Polycarpus, ac tantum ratione iſtius controverſiæ dirimendæ ac componendæ; iter Romanum ſuſcepiſſet Polycarpus, quæ ſententia placuit Cardinali Baronio. Sed bene Valeſius obſervat, de aliis quibusdam articulis, non bene Aniceto & Polycarpo inter ſe conveniſſe, & vocem κεφαλαίȣ, *non de ſumma controverſiæ inter illos agitatæ eſſe intelligendam, ſed tantum de peculiari & ſingulari articulo Paſchatis. De quo cum non conſentirent, propter varias conſuetudines, diverſis Traditionibus nixas ac fundatas, non tamen unionis vincula rumpi voluerunt,* ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς, καὶ Ἀνίκητος Πολυκάρπῳ τὴν Εὐχαριστίαν παρεχώρησε. Communicarunt inter ſe. Et Polycarpo Anicetus conceſſit, in Eccleſia conſecrandi munus. *Hic à Cl. Valeſio, citra ullam famæ illius ac exiſtimationis delibationem cogor licet invitus diſcedere. Nam nullius inter eruditos, major fere eſt apud me auctoritas. Sed ingenue fateor, mihi durum videri iſtud loquendi genus,* παραχωρεῖν Εὐχαριστίαν, *pro concedere munus conſecrandæ Euchariſtiæ. Hunc ſenſum nec vox* Εὐχαριστία, *nec verbum* παραχωρεῖν *complectuntur. Si dixiſſet* λειτȣργίαν, *hoc non tantam pateretur difficultatem.* παραχωρεῖν λειτȣργίαν, *reddi poſſet conceſſit officium, ideſt jus officio defungendi. Sed nullibi* Εὐχαριστία *ſumitur pro jure Euchariſtiæ conſecrandæ, nec in ſe* παραχωρεῖν *jus conferre ſignificat.* Εὐχαριστία *hic ſumitur eodem ſenſu quo accipitur paucis lineis ante. Nam ibi, idem Irenæus dicit* ἔπεμπον Εὐχαριστίαν *miſerunt abſentibus, ac peregrinis, non jus Euchariſtiæ conficiendæ, ſed ipſam Euchariſtiam,* εὐλογίαν, *ut loquitur, Concilium Laodicenum,* τὰ ἅγια, *ut Concilium Carthaginenſe,* τὸν ἄρτον εὐχαριστηθέντα, *ut B. Juſtinus Martyr. Sic paulo infra dicit,* Ἀνίκητος παρεχώρησε Πολυκάρπῳ τὴν εὐχαριστίαν. *Quod meo judicio non eſt intelligendum de jure celebrandi publice in Eccleſia, quod Polycarpo peregrino, conceſſerit Anicetus. Sed de jure Euchariſtiam accipiendi, ac illi communicandi*

cum

cum Aniceto ac Clero Romano, quod niſi Catholico, Orthodoxo, in fide omnino concordi, non poterat jure concedi. Prajuerat Valeſio Interpretatio Chriſtophorſoni, qua ſic ſonat, ritus qui in Euchariſtia peragi ſolebant, Polycarpo Anicetus, obeundi poteſtatem conceſſit. *Ubi tamen ritus ſumenda Euchariſtia, non vero conſecranda, aque poſſunt intelligi. Certe ſi diceret Irenaus,* εὐχαριςίαν προσφέρειν, ἐπιτελεῖν, εὐλογεῖν, *vel* παρεχώρησεν εὐχαριςεῖν. *Nulla foret difficultas, nec dubitandi vel minimus ſcrupulus. Sed* παραχωρεῖν εὐχαριςίαν, *pro jus concedere Euchariſtiam celebrandi, eſt locutio tam peregrina auribus meis, ut vel alterum exemplum apud bonos auctores inveniri poſſe deſperem. Conceſſit ergo mea ſententia Anicetus Polycarpo jus communicandi Sacra Euchariſtia. Conceſſit peregrino, conceſſit diſſidenti, conceſſit publice, in Eccleſia, in omnium conſpectu, ut illorum inter ſe concordiam nullus poſſet in dubium revocare. Nam peregrinis abſentibus etiam mittebatur Euchariſtia, ad ægrotos, qui publicis Sacris non poterant intereſſe, mittebatur peregrinis, in urbe morantibus, qui Lingua ignota cauſa, vel alia quavis ratione, non poterant publice communicare; & hinc forſan Communio peregrina, ideſt cujus participes erant tantum in privatis ædibus, inſtar peregrinorum, ii, qui Eccleſia cenſuram aliquomodo incurriſſent, de qua nos forſan alibi. Sed aliter cum Polycarpo agendum cenſuit Anicetus, & Polycarpus cum Aniceto.* ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς. *Se ipſos concordes, ſignificarunt, & participatione & communione unius panis, ſe unam fidem, unam charitatem, unum cor & animam habere declararunt; ac Anicetus Polycarpo conceſſit Euchariſtiam ſumendam in Eccleſia, publice, propter reverentiam qua virum proſequebatur, ne à ſe invicem diſcedentes ſine iſta publica concordia teſtificatione, & ſine vinculo quod lites compoſitas, vel de* ἀδιαφόροις *eſſe ſignificaret, diſceſſus & ſeparatio iſta diſcordes animos proderet & Eccleſia paci publica, & concordia non parum intercederet. Hoc etiam viderat Franciſcus Florens vir eruditiſſimus, Tractatuum ſuorum ad Decretal.*

Gregor. IX. *pag.* 295. Peregrinus Epiſcopus tenebatur adire Epiſcopum civitatis, qui conventum, collectam, Synagogam habebat, Sacram Euchariſtiam, ideſt, Chriſti corpus conficiebat, & peregrino Epiſcopo & poſtea reliquis Presbyteris porrigebat, ſicut in canone 18. Nicæno dicitur. Ita enim intelligendum puto Euſebium, L. xv. (*lege* v.) Cap. 24. ſub finem, in quo de celebri controverſia Paſchatis, inter Victorem & Polycarpum (*leg. Polycratem*) tractatur ex Irenæo, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς, καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος, τὴν Εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι. Quem locum nec Rufinum nec Interpretem intellexiſſe puto. Nec enim temere Civitatis Epiſcopus, Anicetus, videtur conceſſiſſe peregrino, jus celebrandi, & habendi conventum, & Sacra coram eo peragendi, illis præſertim temporibus, in rixa jam ſuborta. *Videtur falli Cl. Florens, & confundere tempora Aniceti & Victoris, Polycarpi & Polycratis, cujus tempore admodum fervebat negotium de Paſchate. Sed in eo omnino mihi probatur, quod Polycarpo jus celebrandi non conceſſum contendat, ſed jus tantum ritibus publicis communicandi, & Sacra Euchariſtia in Eccleſia percipienda. Poſt iſtam vero fidei cum Romanis conteſſerationem, reverſus ad ſuos Aſiaticos Polycarpus, inter ipſos ſuos populares, multo graviores debuit experiri difficultates, & poſt varios exantlatos labores, & innumeras moleſtias incredibili animi robore, & fidei fortitudine ſuperatas, tandem Martyrio conſummatur, Magno Sabbatho, anno D.* 167. *ſub AA. M. Aurel. Antonin. & Luc. Vero.* COSS. *Luc. Aurelio Vero Auguſt.* III. *& T. Quadrat.*

Nam Natalis Polycarpi non eſt ad tempora Gordiani rejiciendus, ut fecit Socrates, Lib. v. *Cap.* 22. Πολύκαρπος ὑπὸ Γορδιανοῦ μαρτυρήσας, Ἀνικήτῳ Ἐπισκόπῳ Ῥώμης ἐκοινώνει. Polycarpus Martyrio coronatus ſub Gordiano, communicavit cum Aniceto Romano Epiſcopo.

Quod

Quod mirum eccidiſſe Socrati, Scriptori ſatis accurato. Nam quomodo Polycarpus communionem ſoviſſe potuiſſet cum Aniceto circa annum 160. *Ipſe jam ætate gravis, & tamen pati ſub Gordiano circa annum* 240. *Iſta ſunt* ἀσύςατα, *& quæ tanta temporis intercapedine à ſe invicem remota ſunt, non poſſunt inter ſe jungi & componi; & licet Polycarpi vita qui à Joanne Apoſtolo Epiſcopus fuit renunciatus, & quem jam grandævum & ſenem viderat Irenæus, in ævum longiſſimum fuerit protogata. Ut tamen impleverit ſpatia inter Neronem & Gordianum longiſſima, nulli temporum æquiori æſtimatori, verum, vel ſaltem veriſimile unquam videri poteſt. Adeo ut hic errorem irrepſiſſe in Socrate crediderim, & Sphalma eſſe Cheirographicum. Nam cum ſcripſiſſet Socrates Polycarpum paſſum,* ὑπὸ Μαρκ. Αὐρ *ſub Marco. Antonino. Amanuenſes & deſcriptores ex Syllabis abbreviatis, & ſcriptione compendiaria, fecerunt pro* Μαρκ. Αὐρ, Γορδιανȣ. *Quod quam facile fieri potuerit, nemo certe non videt. Similis irrepſit error apud Martyrologia quædam, & Epiſcopum Equilinum in Catal. Sanctor. Ubi legitur D. Benignum & Antiochum* Polycarpi *Diſcipulos, Miſſos in Galliam, ac Benignum Divioni in Burgundia paſſum ſub Aureliano. Sed non ibi legendum Antiochum, ſed Andochium, ac pro* Aureliano, *legendum* Aureli. An. Aurelio Antonino, *ſub quo præceptor & Diſcipuli Miſſi, robore animi infracto ſe commendarunt, pro una ac eadem fide paſſi ſunt, ac* τὰ ὑςερήματα τ̃ παθημάτων χριςȣ̃ *impleverunt, ad Evangelii pleniorem & ampliorem confirmationem. Non vero miſſi ac paſſi ſunt Benignus ac* Andochius *ſub* Aureliano, *ſicut nec* Polycarpus, *ſub Gordiano Imperatore. Sed ſub* M. AN. *ſub Marco* Antonino. *Fuit cum exiſtimarem, vocem* Γορδιανȣ *recte ſe habere apud Socratem, ſed non eſſe intelligendam de* Gordiano *Imperatore, ſed de* Gordiano *Conſule. Nam ſub Imperatore* Commodo *Ann. Imperii illius Auguſt.* 11. *& Cæſarei Decimo quinto inchoato, Chriſti* 180. *Conſulatum geſſerunt* Bruttius Præſens, & Quinctillius Gordianus. *Sub cujus conſulatu* διέπρεπεν Εἰρηναῖος, *inquit Chron. Alexandr. cum vero*

Digitized by Google

quibusdam forſan diceretur ſub eodem Conſule, Martyrio coronatus Polycarpus, Socrates de Conſule nil cogitans, vel qui forſan alium quam imperatorem, Gordianum non noverat, Martyrium Polycarpi, ad Gordiani Imperatoris tempora conjiciendum non dubitàvit. Sed ſub Quinctillio Gordiano Conſule, Eccleſia Martyrum ſanguine non fuit cruentata; deferbuerat tempeſtas, & Κομόδος ἐπὶ τῆς αὐτοῦ κρατήσεως, παύει τὸν διωγμὸν τῆς Ἐκκλησίας, inquit idem Chronicon Alexandrinum, Anno antequam Gordianus Conſulatu fungeretur. Cum ergo nulla tum perſecutio ſub Commodo, & COSS. Præſente, & Gordiano, fortitudinem & fidem Chriſtianorum tentaret & exerceret, ad tempora Commodi Imperatoris, & Coſ. Gordiani, paſſio Polycarpi non poteſt etiam, cum ulla veri ſpecie removeri. Sed etiam ſi veriſimilior videatur ſententia viri Doctiſſ. & in Rebus Chronologicis non parum verſati, qui paſſionem Polycarpi, inter multo breviora ſpatia contrahit, quam ſpatia quæ attingunt Gordianum Imperatorem, vel Conſulem, illamque in annum non 180. ſed 175. conjecit, deſtituitur tamen etiam fundamentis quibus poſſit placere, & ſe ipſam tueri. Vult vir ille Doctiſſimus, paſſionem Polycarpi contigiſſe ſub Quadrato Proconſule Aſiæ, qui cum fuerit Conſul. Ann. 167. non potuit, ait ille, eſſe Proconſul Aſiæ niſi Ann. 175. quinquennio & plus elapſo poſt illius conſulatum. Revera Polycarpus dicitur paſſus ſub Quadrato Proconſule Aſiæ apud Auctorem Chronici Alexandr. Ἔτους ΡΛΓ τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου εἰς τοὺς οὐρανοὺς, μεγίστων τὴν Ἀσίαν ἀνασοβησάντων διωγμῶν, πολλοὶ ἐμαρτύρησαν, ἐν οἷς Πολύκαρπος Σμύρνης Ἐπίσκοπος, καὶ τοῦ Ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητὴς, καὶ ὑπ' αὐτοῦ καθασταθεὶς Ἐπίσκοπος, συλληφθεὶς ὑπ' Ἀνθυπάτου Κοδράτου, πολλὰ ὑπομείνας διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, τῇ πρὸ ζ. Καλανδῶν Ἀπριλλίων τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ. Anno 133. Aſcenſionis Domini in cælos, perſecutio maxima Aſiam populata eſt, & multi Martyrio ſe commendarunt.

In-

Inter quos Polycarpus, Smyrnenſis, ab Apoſtolo Johanne Epiſcopus creatus, cum illius ante Diſcipulus fuiſſet. Et multa toleravit, maxima cum animi fortitudine, ante ſeptimum Calend. April. Sabbatho Magno. *Ad quæ verba ſic vir Doctiſs.* Hæc duo ſatis imperioſe nos jubent adſcribere tempus Martyrii Polycarpi, Anno Chriſti Dionyſiano 175. Nam obſervandum eſt Titum Quadratum, Conſulem fuiſſe cum Luc. Aur. Vero. Ann. Chriſti Dionyſiano 167. Nonniſi autem poſt exactum à Conſulatu quinquennium, potuit Proconſul Aſiam obtinere Quadratus, idque è veteri jure. Quare omnino poſt annum 172. Quadratus Proconſul, Aſiam adminiſtravit, nempe anno Chriſti Dionyſiano. 175. *Hæc revera imperioſe vir ille eruditus, ſed quæ meo judicio nullo modo ſtare poſſunt. Nam primo, ut numerorum ſuorum rationes conſtare & quadrare poſſint, legit apud Auctorem Chronici* περὶ ς. Καλενδῶν, Α'πς. *cum legatur.* ζ. *nota numeri ſeptimi, non* ς. *nota ſenarii. Deinde fallitur circa perſonam Quadrati; nam cum unicum tantum admitteret Quadratum, eundem eodem anno, non fuiſſe Conſulem. & Proconſulem Aſiæ, optime ſe ſibi concludere videbatur, & Proconſulatum Aſiæ, quem geſſerat Quadratus, ad quinquennium poſt Conſulatum ſe jure removere. Sed illi fraudi fuerunt varii Quadrati, & diverſa nominis Quadrati acceptio. Nam revera diverſi fuerunt Quadrati. Quadratus, Apoſtolorum Diſcipulus, & variis* χαρίσμασι *ornatus, egregius veritatis vindex & aſſertor, qui Apologeticum pro Criſtianis Hadriano obtulit. Quadratus, Athenarum Epiſcopus, Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo ſuppar, & cum priori Quadrato non confundendus, ut factum ab Hieronymo. Quadratus Martyr in Kalendario Vetuſtiſſimo Carthaginenſi,* per cujus natalem, ſermonem habuit Auguſtinus, *ut inquit Poſſidonius in indice. Quadratus Trib. Pl. Ciceronis cupidiſſimus, qui dicebatur Numius Quadratus, non Munius, vel Ninnius, ut depravate legitur in Oration. pro Seſtio, & apud Dionem, Lib.* 38. *Satellius Quadratus, de quo alicubi Seneca.* T. *Numidius Quadratus præſes Syriæ,*

forſan frater Numidiæ Quadratillæ, quorum meminit Plinius jun. Epiſt. L. 6. & 7. T. Numidius Quadratus prioris forſan filius, Conſul ſub Trajano, cum Veſpronio, ut patet ex Faſtis Conſular. Spartiano, Chronic. Alexandr. aliis. Numidius Quadratus Conſul, ſub Marc. Anton. Pio. ann. 142. V. C. 895. cum L. Cuſp. Ruſin. Et T. Numid. Quadratus. Conſ. cum Luc. Aurel. Vero. 111. Aug. V. C. 919. vel 920. & ann. Dionyſ. 167. Hunc, L. Statii Quadrati filium libens admiſerim. L. Statius fuerat Coſſ. cum Ruſino An. 142. & diu poſt Conſulatum abdicatum, & varia in commodum Reipublicæ geſta, Proconſul in Aſiam miſſus fuit, & illam adminiſtravit ann. 167. Marci imperatoris 7. Nam illius anno nono, Severus Proconſul fuit Aſiæ, illius anno 8. Pollio, anno vero immediate ſuperiori, nimirum 7. Sophiſta Quadratus. Quod ex Ariſtidis Smyrnæi Orat. I. & IV. bene colligit vir magnæ doctrinæ, & judicii Maximi, Henricus Valeſius. Fuerunt ergo duo Quadrati, Pater nimirum & Filius, uno & eodem tempore, ſupremos in Republ. magiſtratus exercentes, Conſul T. Numidius Quadratus, cum L. Aurel. Vero, & illius Pater vel Patruus, L. Statius Quadratus, Proconſul Aſiæ. Nam Proconſuli non nomen erat Titio, vel Tito, ſed Statio, cujus loco in Epiſtola Smyrneorum de Polycarpi Martyrio, male legitur ϛρατίῳ, ac pejus in Martyrio Latino MSS. Polycarpi, quod olim fuit Roſuedi, poſtea Bollandi, ſtatu Quadrati, pro Statio Quadrato. Vocabatur quippe Statius Quadratus; Conſul fuerat ann. 142. cum Cuſpio Ruſino, ſub Principatu M. Antonini, Pii. Et poſt alios pro Republica obitos Magiſtratus, tandem ſub M. Aurel. Proconſulatu functus eſt in Aſia, Gentili Quadrato Filio, vel nepote, Conſulem agente, cum L. Aurel. ann. Dionyſ. 167. & urbis conditæ 919. ut videre eſt in Faſtis Onuphrii. Quo ſemel animadverſo, quod certe facile poterat animadverti à Petito, in Chronologia non hoſpiti, ruit illius conjectura, qua ſibi admodum plaudebat, & qua Polycarpum ann. Dionyſ. 175. conſummatum ſtatuebat, Coſſ. Calpurnio Piſone, ac M. Salvio, Juliano; Proconſule vero Aſiæ Tito Quadrato, non

vero

vero ann. Dionyſ. 167. T. Quadrato Coſ. *cum, ſcilicet unus & idem Quadratus non potuerit eſſe Conſul, & Proconſul eodem tempore Sed ut modo dicebam confundit duos Quadratos. Unum Conſulem, cum L. Aurel. & qui erat T. Quadratus. Alterum, L. Statium, Quadratum, qui Proconſul Aſiam regebat, & ſub quo, Herode Irenarcha, ideſt forſan* Ἀρμοςῇ *(quæ vox ſignificationem* ἀνθυπάτȣ *vix patitur, & de qua videndus vir belli, pacis, & literarum artibus ac diſciplinis inclytus Jac. Palmerius Grentemenillius, Popularis meus, perpetua memoria ac exiſtimatione mihi colendus) paſſus eſt Polycarpus, & Martyris gloria coronatus, nimirum ann. Dionyſ.* 167. *M. Aurel.* 7. *non ann.* 175. *Ut contendit eruditus Petitus, nec ann.* 9. *M. Aurel. ut voluerunt viri Illuſtres, Baron. & Uſſerius, eadem forſan qua Petitus ratione compulſi, ne Conſulatus ac Proconſulatus, uno ac eodem anno caderent in unam perſonam, ac unicum Quadratum. Cum duo fuerint, Conſul ac Proconſul, ſub quibus paſſum eſſe Polycarpum, nihil impediebat, ann. nempe* 167. *M. Aur. Sabbatho vero magno;* VII. *Kal. Mart.*

De Sabbatho iſto varia huc contulerunt viri nomine & eruditione & dignitate præſtantiſſimi. Quidam intelligunt Feſtum Purim, quod inciderat in menſem Februarium, paulo ante Kal. Mart. Alii primum Sabbathum, quadrageſimæ. Alii primum Diem Azymorum. Alii ultimum Paſchatis. Alii Sabbathum, Paſcha immediate præcedens, quod revera & apud Judæos, ac apud Chriſtianos magnum Sabbathum vocabatur. Sed ſi aliquid conjecturis meis adhuc indulgendum foret, inter tot eruditorum alias, quæ omnes variis ſunt obnoxiæ difficultatibus ac incommodis, exiſtimarem vel ultimum Sabbathum anni eſſe intelligendum, quod cadebat etiam, circa exeuntem menſem Februarium, ac quod Judæi tanquam ultimam anni feſtivitatem, magno cultu celebrabant. Nam ſicut Feſtorum ſolenniorum, prima ac ultima Dies, vocabantur magnæ, & ימים טבים*. Sic etiam ultima anni ſolennitas, juxta ac prima, vocabatur* שבת רבא *, quia anno*

Eccleſiaſtico ac Feſtorum, finem imponebat, quod ſabbathum iſto anno forſan occurrebat 7. Kalend. Mart. Verum ſi liberius Criſi adhuc liceat indulgere, pronior eſſem ad ſtatuendum, Sabbathum magnum fuiſſe primum Sabbathum Niſan; quod cadebat in Diem primam Martii, ac quod incboabat annum Eccleſiaſticum. Nam erant quatuor annorum diverſorum initia. Anni Arborum, undecimo anni Novilunio. Anni pecorum decimandorum, Novilunio Ælul ſeu Auguſti. Anni Regum ac annorum, Novilunio Tiſri ſeu Septembris. Anni Feſtorum, Novilunio Niſan ſeu Martii. Erat vero maxima ſolennitas primi iſtius Sabbathi, quod magna cum celebritate ſolebant agitare. Et vocabatur ראש השנה *caput anni, ac inter majora Feſta ſemper recenſebatur, & inter* "ימי טובי", *& quod revera incidebat in Kal. Mart. Judæor. Unde exiſtimarem, mendum irrepſiſſe in Epiſtolam Smyrnenſ. in qua aliquando ſcriptum fuerat.* κπα, Καλ. Μαρτ. *Unde factum poſtea* ἑπτὰ. Καλ. Μαρτ. *Septimo Kalend. Mart. Cum prius ſcriptum fuiſſet circa Cal. Mart. ſeu ipſis Kal. Mart. nimirum Sabbatho magno, in* שבת רבא, *&* שבת ראש השנה, *quod erat nobiliſſimum, & omnium feſtivitatum fere maxima. Idem Sabbathum eſſe exiſtimo quod Luc. 6. dicitur* δευτερόπρωτον. *Nam erant duo præcipua Sabbatha, quæ vocabantur prima & magna per eccellentiam. Primum Sabbathum Novilunii Tiſri, ſeu anni civilis initium; & Sabbathum, Novilunii Niſan, quod erat initium anni Eccleſiaſtici. Utrumque vocabatur primum, reſpectu aliorum Sabbathorum ac Feſtorum, & cum Sabbathum Novilunii Tiſri eſſet Sabbathum primo primum, Sabbathum primum Niſan, vocatum eſt* δευτερόπρωτον, *ſecundo primum, ac ſecundum reſpectu Sabbathi Tiſri, quod, Sabbatum primum Niſan, dignitate ſuperabat. Niſi forſan quis hanc velit qualemcunque admittere aliam noſtram conjecturam. Vocem nimirum* δευτερόπρωτον, *eſſe interpretationem literalem vocis* ראש השנה. *Nam* ראש *eſt primum,* πρῶτον, *ac* השנה *notat etiam non tantum annum, ſed ſecundum.*

dum. ראש השנה, ergo, eſt de verbo ac verbum δευτερόπρωτον, ac Sabbathum δευτερόπρωτον, eſt שבת ראש השנה. Sabbathum initii anni, dies novilunii. Niſan, ac initium anni Eccleſiaſtici. Quæ voces Hebraicæ, ad litterã ſic redditæ fuerunt, à quibuſdam Judæis, qui literalis Interpretationis erant admodum ſolliciti. Quod familiare fuit apud Hebræos, ac precipue uſurpatum ab Aquila, in prima ſua ἐκδόσει, quæ cum nimis literæ ac vocibus addicta fuiſſet, magnas pariebat tenebras, ac tandẽ locum dedit ſecundis Aquilæ curis, ac alteri καθ' ἀκρίβειαν, illius Intepretationi. Sic ergo minori habita ſenſus, quam Syllabarum ac vocum ratione, quidam literaliter reddiderant שבת ראש השנה, Sabbathum δευτερόπρωτον, quod cum literaliter, vocum primæ ſignificationi quadraret, obtinuit iſta Interpretatio apud Judæos ἑλληνίζοντας, & cum familiaris eſſet apus Hebræos, nihil prohibuit quominus ſacer Scriptor Lucas illam etiam uſurparet, cum dicit Apoſtolos Σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ ſpicas manibus contriviſſe, quod quam bene quadret Sabbatho primo, ſeu novilunio Niſan, omnes mecum confitebuntur, qui in Re Ruſtica, & Agricultura Judæorum, & Palæſtinorum non ſunt omnino rudes & ignari. Iſto ergo Sabbatho ſpicas confricabant Apoſtoli, & eodem Sabbatho, Anno Dionyſ. 167. Imper. M. Aurel. Coſſ. L. Aurel. Vero & T. Quadrato, Irenarcha Herode, Proconſule Aſiæ, L. Statio, Quadrato. Polycarpus magnum ſui poſt ſe deſiderium, & fortudinis Chriſtianæ exemplum ſuis & poſteris relinquens, miſeram hanc vitam, cum æterna commutavit, & ex rogo cineribuſque Martyrii renatus, tanquam Phœnix, in cælos victor, ac coronandus evolavit.

Dico ex rogo. Nam licet fuerit vulnere & telo confoſſus, tamen vivus arſit & in Pyra beatam ſuam animam efflavit, Patrique commendavit. Extinctus eſt في النار in igne, non in Annar, ut ſupra obſervabamus ex vitis Araboris Evangeliſtarum & Apoſtolorum.

Semper vero mihi viſus eſt ἐμπαίκτης Lucianus illudere voluiſſe Martyrio

Polycarpi, & Chriſtianorum moribus, cum Peregrini ſui vitam, geſta, peregrinationes, mortem, tanta cum oſtentatione, & παῤῥησίᾳ *enarravit, & in vulgus emiſit. Vixit iſte Peregrinus eodem quo Polycarpus tempore, ac primo ſceleratus, & moribus improbiſſimus. Deinde Chriſtianus, poſtea Philoſophus, & tandem* βιοθάνατος *occubuit, & vanæ gloriæ œſtro percitus, ſui ipſius dignus Carnifex, ſe præcipitem dedit in rogum, cujus rabidas flammas, ſceleribus ſuis, antea meruerat. Quod contigit Anno 166. Æra Domini noſtri, anno vix elapſo ante Martyrium B. Polycarpi. Vel forſan eodem ipſo anno 167. 7. M. ac L. AA. B. Hieron. in Chronico, Peregrini mortem memorat ann.* MMCLXXXII. *vel* MMCLXXXI. *ac mortem Polycarpi, anno proxime ſequenti. Et revera Euſebius in Chronico videtur innuere, mortem Peregrini præceſiſſe Martyrium Polycarpi. Sic enim ille,* Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν ιδ Μάρκος Αὐρήλιος, ὁ καὶ Οὐῆρος, Λούκιος τε Αὐρήλιος, ὁ καὶ Κόμοδος ἔτη ιθ. Περεγρῖνος ὁ φιλόσοφος ἐν πανηγύρει πυρὰν ἅψας, ἑαυτὸν ἐνέπρησεν, μιμούμενος Καλανὸν Βραχμανὸν, κατ' Ἀλέξανδρον Γυμνοσοφιστήν. Πολύκαρπος ὁ ἱερώτατος Ἐπίσκοπος Σμύρνης, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ ἐτελειώθη. Romanus Imperator XIV. M. Aurelius. Verus. Cum Lucio Aurelio Commodo, & regnavit Annos XIX. ſub illis Peregrinus Philoſophus, in Panegyri & ſolennitate Olympiaca, rogum accendi curavit, & ſe ipſum vivum combuſſit, imitatus Calanum Brachmanum Gymnoſophiſtam, qui tempore Alexandri, idem etiam præſtitit. *Eundem Peregrinum tangit etiam Tertullianus L. ad Martyras, ubi dicit non olim, iſto facinore Peregrinum voluiſſe ſe commendare. Sed de iſto Peregrino nullus certiora promſit quam Athenagoras, ac Lucianus, ætate illi ſuppares. De illo ſic Athenagoras exagitans falſorum Numinum, ac imaginum oracula.* Ἀνδριὰς τοῦ Πρωτέως *(ideſt Peregrini, qui etiam Proteus dicebatur)* τοῦτον δ' οὐκ ἀγνοεῖ.

ἀγνοεῖτε ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν Ὀλυμπίαν, ὁ νῦν καὶ αὐτὸς λέγεται χρηματίζειν. Statua Protei (quem noſtis Imperatores, ſe ipſum in ignem præcipitem dediſſe in Ludis Olympicis) dicitur etiam oracula fundere. *Alloquitur Athenagoras* M. *Aurel. ac Luc. Commod. Triennio vero ante obitum Lucii Aur. qui annos tantum imperavit* IX. *cum* M. *Aur. in ignem ſe conjecerat, monſtrum, animal gloriæ* Peregrinus. *Circa ann.* 7. M. *A. ac L.* V. *Unde colligi poteſt Athenagoram circa ultima Lucii fata, illi ac* M. *Aurel. Apologeticum ſuum pro Chriſtianis obtuliſſe, ac intra unius ac ejusdem Olympiadis curriculum, exaratum Apologeticum Athenagoræ, extinctum Luc. Imperatorem, ac* Peregrinum, *corpus ſuum* Pyræ, *ac animam flammis æternis, voranda tradidiſſe.* Nam *Triennio ante mortem Lucii Imperatoris perit ac extinguitur* Peregrinus, *ac tamen, ad* M. *Aurel. & eundem Lucium, adhuc ſuperſtitem ſcribit, ac mentionem* Peregrini *ac illius vivicomburii, ingerit* Athenagoras. Sed *Luciano Samoſateno de* Peregrini *furente conſtantia diſſerenti major adhuc habenda fides, cum ipſe teſtis fuerit furoris iſtius* Philoſophi, *quem ſalſe ridet & exagitat libro peculiari de iſto* Peregrino, *quem videtur eo tantum fine & conſilio traducendum ſuſcepiſſe, ut Chriſtianos eodem argumento traduceret, qui ad Martyrium ſponte ruere videbantur, & qui de Martyrum ſuorum fortitudine gloriabantur & triumphabant. Cum vero in idem fere tempus, & quaſi* ἐν Πανηγύρει *& feſtivitate admodum celebri & ſolenni, Martyrii corona fuiſſet ornatus ac decoratus Polycarpus, & apud Chriſtianos magnum nomen Polycarpi ubique perſonaret, Impius Lucianus omnis Religionis contemptor, ac oſor, & Chriſtianorum præcipue irriſor perpetuus,* Peregrini *ſui hiſtoriam adornandam ſuſcepit, qua &* Philoſophum, *&* Polycarpum, *& Martyras omnes, omnium ludibrio, contumeliis, & Satyris ſuis blaſpemis exponeret,* Peregrini *que mores & vanam gloriam, zelo, fidei, conſtantiæ Martyrum opponeret, imo illi palmam, ſi laus in iſtis, ſecundum illum furoribus quærenda foret, præaliis iniquus* Peregrino *de-*

 cerneret.

cerneret. Sic certis temporibus, diabolus Hoſtis veritatis, ac Pater mendacii ac impoſtorum mendacium, multos excitavit quos opponeret eximiis iſtis viris ac inſtrumentis, quos Deus ſuſcitavit, ac quibus gloriam ſuam voluit propagare ac aſſerere. Sic tempore Moſis in Ægypto, Diabolus eccitavit Jannem, ac Mambrem, Magos inſignes, qui præſtigiis ſuis pares imo Moſe majores incederent, illiusque miracula minuerent ac elevarent. Sic ſecundum quoſdam tempore Danielis eccitavit quendam Zoroaſtrem, qui de gloria miraculorum, ac operum ordinem Naturæ ſuperantium, cum Propheta diſputaret. Sic tempore Apoſtolorum, Simon Magus eccitatus, qui partem gloriæ miraculorum etiam ſibi vindicaret, nec ſolam Religionem Chriſtianam iſtis χαρίσμασι debere ſuperbire omnibus palam faceret. Sic cum iſta Religio Chriſtiana ubique jam florere inciperet, ac Chriſtus, ac Apoſtoli ubique veritatis erigerent vexilla, eccitatus ipſis iisdem temporibus, Apollonius Thyaneus, ſub Vitellio, Veſpaſiano, Domitiano, qui Religionis Chriſtianæ celeres greſſus remoraretur, ac velocibus rapidisque illius incrementis, ſtatim intercederet. Falſa ſcilicet ſua Philoſophia, variis ſuis ſuſceptis peregrinationibus, moribus ſuis fucatis, ac virtutis lenocinio imbutis ac infectis, operum denique ſupernaturalium, affectato ac illuſorio ſplendore. Quorum omnium poſtea voluit habere quaſi Evangeliſtas ac Apoſtolos, Damim, Philoſtratum, Hieroclem, alios, magni iſtius impoſtoris inſanos deprædicatores, quos etiam ſpiritus mendax afflavit & eccitavit, qui de gloria & veritate cum Chriſto, Apoſtolis Apoſtolicisque viris impudentes contenderent. Sic etiam eccitatus Peregrinus, inſanus mendacii, dementiæ, vanæ gloriæ martyr, ac teſtis, qui Polycarpi laudes detereret, ac quem ſuis coloribus depictum dedit Lucianus, minus ut illum ſale ſuo ac aceto acerbiſſimo defricaret, quam ut Chriſtianis illuderet, Polycarpum traduceret, illius que graſſantem ac aſſurgentem famam, reprimeret, ac proſcinderet.

Et in eo, forſan, Palycarpo magis illuſiſſe Lucianus videri poteſt, quod ex rogo Peregrini vulturem evolaſſe finxerit, quem poſtea ſe vidiſſe, per omnia

nia Sacra jurarunt, fabularum ſuperſtitioſi, inepti, ac ſtolidi belluones. Cum vultur iſte fuerit tantum blaſphemi, ac ludentis cerebri Luciani, ludicrum ac imaginarium figmentum. Unde dicit Lucianus, ἄφηκα αὐτὸν, *Ego ipſe illum emiſi, quod non reddendum omiſi, ut fecit vetus Interpres, ſed emiſi ipſe vulturem iſtum, in nido jocantis cerebri mei, illum excluſi, fovi, ac emiſi, eſt ens rationis meæ profanæ ac ludibundæ, ſoli mihi tribuendum eſt, quod ſit, quod volet, remigio alarum, huc illuc per aëra pergat, & æthera tandem conſcendere videatur. Quod ideo forſan à Luciano fictum, quia columba in rogo Polycarpi apparuiſſe legebatur, ſanctiſſimæ, ſimpliciſſimæ, caſtiſſimæ vitæ martyris, indicium Luculentiſſimum. Hæc enim legebantur in Epiſtol. Smyrnenſ. de* Martyrio *Polycarpi. Cum à Confectore confoſſus fuiſſet,* ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος. Exiit Columba, & maxima copia ſanguinis. *Sed ut ingenue fatear, mihi ſemper valde ſuſpecta fuit iſta Lectio, in codicibus Græco & Latino, Epiſtolæ Smyrnæorum, quos edidit Doctiſſim. Uſſerius Armachanus. Nec video quid hic cum columba, de qua nihil narratur, niſi quod tantum prodierit. Neque enim cuiquam veriſimile videri poteſt imbellis columbæ alis, vorantes rogi flammas temperatas, & cohibitas. Deinde de iſta columba nihil Euſebius, in ipſa quam refert Smyrneorum Epiſt. L. IV. C. XV: nihil Hieronymus, nihil Menea Græcorum. Quod proculdubio non prætermiſiſſent, ſi Martyrii Polycarpi, tam miranda circonſtantia, Codicum MSS, meliorum fide potuiſſet ſe tueri. Sed ut modo indicabam ſemper de menda & falſo mihi ſuſpecta fuit iſta Lectio,* περιστερά. *Fuit cum ego legendum crederem* πλεῦρα. *Ex latere ſtatim exiit ſanguis magnâ copiâ, quâ rogi & ignis vires arcerentur & extinguerentur. Aliquando legebam* πνεῦμα, *ſpiritus, ventus, cujus vi irrumpente, ignis indoles vorans frangeretur,*

Flammaque contiguos innoxia lamberet artus.

 Ali-

Aliquando etiam legebam παραχρῆμα, *ſtatim, confeſtim, ſubito,* ἔξῆλθε πλῆθος αἵματος. *Quæ forſan admitti poſſent donec meliora ſuccurrerent. Sed videat Lector facilis, & Critices & conjecturarum non oſor ſuperciliosus, prætermiſſis omnibus iſtis* πιθάνοις, *an non potius legendum ſit* ἐπ' ἀριστερᾷ. Ex Læva, *ex ſiniſtro latere, ex corde vel pericardio aperto & confoſſo, ſanguis maxima copia ruit.* ἐξῆλθ' ἐπ' ἀριστερᾷ πλῆθος αἵματος. *Unde facillime fluxiſſe potuit* ἔξῆλθε περιστερὰ. *Quod quam proclive fuerit, ſtatim animadvertent, ii qui errorum fontes ſolent indagare, & qualemcunque ſe habere ad criſim, indolem pronam, flexam, incurvatam ſentiunt & experiuntur. Adeout columba in Martyrio Polycarpi, nullomodo quærenda mihi videatur, nec eſſe multiplicanda miracula ſine teſtimoniis invictis, & evidentiſſima neceſſitate. Si tamen Codicibus recentioribus ſtandum ſit, & vox* περιστερὰ *ſervanda, & Martyrium Polycarpi iſto novo prodigio ornandum & decorandum, nullus dubito quin Lucianus hoc ridere voluerit, fictione vulturis ſubito exeuntis ex Rogo Peregrini. Quaſi voluiſſet innuere miraculum idem fuiſſe, & in morte Polycarpi, & in morte Peregrini ſui, eadem levitate & vanitate, iſta diſſeminari, fatua plebecula* δεισιδαιμονεστέρας *prandia ac irritamenta, nec Chriſtianos difficiliores debere ſe præſtare, quo ad vulturem unius probandum & laudandum, quam ad alterius columbam memorandam, & deprædicandam.*

Aliter vero ludit de Peregrini corio Lucianus, quam A. Gellius. Noct. Attic. L. XII. C. XI. Habuit quippe impoſtor iſte approbatores ſuos, inter quos Gellius ipſe vir cætera ſagax, & ſatis emunctæ naris, & illius ὁμιλὶξ. *Sic vero ille loquitur de iſto Lucumone.* Philoſophum nomine Peregrinum cui poſtea cognomentum, Proteus factum eſt, virum gravem atque conſtantem, cum Athenis eſſemus diverſantem vidimus in quodam tugurio, extra Urbem. Cumque ad eum frequenter ventitaremus, multa hercle cum dicere

dicere utiliter & honeſte audivimus, in quibus id fuit, quod præcipuum auditu meminimus. Verum ſapientem, non peccaturum eſſe dicebat, etiam ſi peccaſſe eum Dii, hominesques raturi forent. *Sic vetus editio, ſed in aliis legitur*, ignoraturi, *non vero* raturi. *Sic de Arete ludebat iſte Aretalogus, ſic mores componebat, verbis ad auram populi quæſitis & adornatis, ſic ſapientiam ſimulabat, ac ſapientiorum etiam plauſum ac exiſtimationem aliquando ſibi conciliabat. Sic ſententias, etiam γνωμὰς, crepabat ac jactabat, non ex Evangelio vel Apoſtolis petitas, ſed ab aliis Philoſophis, imo Cicerone ipſo, apud quem L. III. Offic. eadam occurrit ſententia, à Gellio laudata, & memorata.* Perſuaſum nobis eſſe debet, *inquit diſertiſſimus Romanorum*, ſi omnes Deos çelare poſſimus, nihil tamen avare, nihil libidinoſe, nihil incontinenter, nihil injuſte, eſſe faciendum. *Sic non tantum Cachinnos multorum concitabat, ac contemptum. Sed laudes, ſapientiam que Chriſtianam æquare vel ſuperare aliis videbatur.*

Sed ſi Peregrinus monſtrum iſtud hominis, dolo, fraude, levitate, hypocriſi ſuperbia, impietate totus conſutus, ad Chriſtianiſmi contemptum, & Polycarpi laudes & merita deterenda præcipue natus, & à Diabolo fictus & compoſitus fuit, perſpicue patet omnibus, non illum habendum inter Chriſtianos, pro Chriſtiano, pro Legiſlatore, pro novo Empedocle. cujus nomen inter decora & laudes jure poſſit recenſeri. Quod ideo hic à me obſervatum, ne P. Petiti viri politiſſimi ingenii, & literatiſſimi ſententia imponat Lectoribus, & novitatis gratia, viri que ingenioſi, & amæniſſimi meritum & doctrina ſingularis, illos pertrahat in partes ſuas, illos que flectat, ac cogat acquieſcere, judicio, de Peregrino, ſuo, cui fateor ingenue, nullomodo me meum poſſe alligare & accommodare. Exiſtimat quippe Petitus, Peregrimum apud Chiſtianos fuiſſe virum maximi nominis, habitum pro legiſlatore, & rituum, juris que Chriſtianorum conſultiſſimum, & peritiſſimum fuiſſe; & tantæ apud cos famæ, & auctoritatis, ut Jovianus Imperator

 Chri-

Digitized by Google

Chriſtianiſſimus, jure cum Peregrino conferri potuerit. Quod factum contendit Petitus, ab Oratore Themiſtio, cujus hæc ſunt verba Orat. XII. *In Jovianum Imperatorem.* Ἀγαπάτω μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους τοῦ νόμου τὸν θεσπέσιον Αὐτοκράτορα, μάλιστα δὲ οἷς οὐκ ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεσμοῖς ἐξηγεῖται, οὐ φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους, οὐ μὰ Δία, ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ. Atque cum cæteris omnes, Divinum Imperatorem noſtrum, amare de ea lege, plurimum oporteat, tum eos potiſſimum, quibus non modo libertatem, ſed & jura ipſorum explicat, nihilo ſane Empedocle deterius, veterem illum Empedoclem intelligo. *Ad quæ verba ſic Petavius, Themiſtii Interpres, ac commentator eruditiſſimus.* Obſcurus ſane, & ſalebroſus locus, de quo tamen ſic ſentio. Jovianum laudari, quod Chriſtianorum rituum, ac Ceremoniarum ſit peritiſſimus, eoſque qui ſinceri ſint ac germani, diſcernat ab adulterinis, atque Edicto ſuo quid de vera Religione tenendum ſit conſtituat. Simul enim atque in Imperium evectus eſt Jovianus, Catholicæ Fidei profeſſionem edidit, atque Hæreticos repreſſit. Theodoret. Lib. 4. Sed quid Empedocles ille? Prorſus cum periculo me illinc expediam, ac conjecturam meam, non quaſi κυρίαν δόξαν explicabo. Empedoclem igitur opinor, Chriſtum Dominum, Gentilis homo, atque impius vocat, quaſi ſe ille, perinde ut Empedocles, Deum haberi voluerit, eodemque ipſo ſuo conatu, mortem ſibi arceſſiverit. Sed aperte de Chriſto dicere non auſus eſt, ne pium & Chriſtianum Principem offenderet. Atque utinam, hæc ille quæ dicit, aliam ſententiam pati poſſent. *Hæc non ſapiunt palato Doctiſſimi Petiti, ac in Empedocle juniore, alium quam Chriſtum, quærendum exiſtimavit.* Non poſſum, *inquit ille Miſcellan. Obſervat. Emerico Bigotio viro genere ac meritis præſtantiſſimo nuncupatorum pag.* 118. Non poſſum mihi temperare quin gaudeam, me reperiſſe id quod vir tantus optavit. Nempe Empedocles

Digitized by Google

docles eſt Peregrinus, Philoſophus iſte Cynicus, de quo Gellius, & Lucianus, qui Patria profugus, in Paleſtina Chriſtianæ militiæ nomen dedit; & doctrina ita eminens ſuper alios Chriſtianos factus, ut Sacros Libros enarraret, & Chriſtianis Magiſter, Propheta, omnia eſſet; qui denique Chriſtianiſmum ejuravit, ad Cynicam Sectam ſe contulit, & demum inſano gloriæ amore furens, Pyra exſtante, Olympiæ, in totius Græciæ conventu, ſe ſponte flammis adſumendum dedit, exemplo Empedoclis. Quod igitur non alius ab iſto Peregrino, nomine Empedoclis junioris deſignetur eo loco Themiſtii, his ſufficienter demonſtratum arbitror. *Sic eruditorum iſtorum ζυγὴ, & συνωρίς. Sed diverſa mente ac affectu. Dubitat Petavius, & conjecturæ ſuæ non multum fidit, & tribuit. Certus ſuam proponit P. Petitus, & illam demonſtratione nixam, & ſuſtentatam exiſtimat. Sed pace virorum Doctorum, amborum nulla allubeſcit ſententia. Bene illa Petavii improbatur Petito. Sed ſententia Petiti non mihi videtur ἐσθλοτέρου κόμματος. Quid enim Joviano, Imperatori optimo, ac piiſſimo, cum Peregrino homini viliſſimo, & omnium ſcelerum ſordibus inquinato & contaminato. Quid cum Patria profugo. Cum πατραλοίᾳ, & ſanguinario Parricida. Cum Pæderaſte, Drauco, & puſillorum compreſſore. Cum ῥαφανιδωθῇ κατὰ πυγὴν, αἰδοῖον ἀναφλῶντι, πηλοπατεσωποχερομένῳ. Cum Eccleſiarum Chriſtianarum aruſcatore. Cum Evangelii ac Chriſtianorum rituum ejuratore, ac Apoſtata. Cum turpi, latrante, ac inverecundo Cynico. Cum bacchante, ac inſano Philoſopho. Cum furibundo ac deſperato ſui ipſius homicida. Cum κατηρεάτῳ vanæ gloriæ mancipio, infami mago, ac Diaboli inſtrumento, cujus vita, moribus, morte, furore, ſtatua uſus eſt, ad tenebras veritati Chriſtianæ offundendas, Evangelii incrementa remoranda, ac ad Imperium Diaboli vacillans, ac ad proximam ruinam properans, novo quodam ſed ficulneo tibicine, ac columine tutandum*

ac fulciendum. Certe iſta inter ſe nullo jure conferri poſſunt. Jovianus, tam pius, probus, gravis ac Religioſus, non potuit jure comparari cum exemplari tam pudendo, odioſo, ac invidioſo; Themiſtius orator inſignis, facundia præſtantiſſimus, vir Judicii acerrimi, ac artis Oratoriæ, ſi alius quiſquam peritiſſimus, non tali Parallelo voluiſſet ſe prodere, tam ineptam inſtituere comparationem, Joviani laudes ac merita ita deterere, ac de Christiano Imperatore, ipſe Gentilis, iniqua iſta collatione tam peſſime mereri, quem tamen omni arte, contentione, laudumque exquiſitiorum cumulo ſibi conciliare conabatur, nec Auguſtum orbisque Dominum contuliſſet, cum homine ineptiſſimo, in quem μελαγχολία, κενοδοξία, τῦφος, καὶ πολλὴ κόρυζα *omnino dominabantur.*

Nec Peregrinum, adeo in ſcientia Chriſtiana verſatum fuiſſe oſtendimus in notis, cum verba Luciani de illo non eſſe intelligenda, clare demonſtravimus. Alia mens, ergo fuit Themiſtii Oratoris diſertiſſimi juxta ac prudentiſſimi, in rebus Chriſtianorum non hoſpitis, pro illis interceſſoris apud Valentem, & Gr. Nazianz. famliaris, ac alia tribuenda ſententia, quam quæ illi adſcripta fuit ab iſto nobiliſſimo eruditorum pari, aliusque nobis quærendus Empedocles, quo cum, majori cum veri ſpecie, Jovianus Imp. Chriſtianus, veniat conferendus. Is vero meo judicio eſt noſter Polycarpus. Verum quidem eſt Peregrinum à Luciano bis vocari Empedoclem. Quod ſententiam P. Petiti juvare poſſe videtur. Sed nulla alia ratione à Luciano ſic deſignatur, quam quia vivus arſerat, & ſe in Pyram præcipitem dederat, ſicut olim Empedocles, qua ratione etiam Polycarpus, Empedocles vocari potuit à Themiſtio, utpote quem flammæ non terruerunt, & qui licet cæco impetu in flammas non ruerit, rogi tamen, & Pyræ ardentis cruciatus non declinaverit, vivusque comburi, impavidus non detrectaverit. Sed non ideo tantum alius Empedocles haberi potuit Polycarpus, ſed quia maximum inter Chriſtianos nomen erat. Omnium Chriſtianorum

Pa-

Pater erat, erat rituum Chriſtianorum poſt Apoſtolos, informator longe nobiliſſimus, erat Doctor totius Aſiæ, imo totius Eccleſiæ ſplendidiſſimus, & Clariſſimum Sydus, qui Aſiam, Antiochiam, Orientem, Græciam, Macedoniam, Italiam, & innumeras alias Regiones Luce Doctrinæ ſuæ, & calore Evangelii, foverat & illuſtraverat, & qui miraculis, ante & poſt mortem ita inclarueerat, ut fama nulli ſecundus, apud Chriſtianos, præcipue Aſiaticos, & Græcos ſeu Conſtantinopolitanos, omnino haberetur. Unde cadaver ipſum ac cineres illius, Chriſtianis eripiendos ſuaderent Ethnici & Judæi, periculo ſcilicet præſentiſſimo abuſus Sanctarum iſtarum Reliquiarum, & ne Chriſtiani ad cultum erga Polycarpum moverentur, illique pares vel ſecundos poſt Chriſtum honores ſuperſtitioſi decernerent. Quod videre eſt apud Euſebium, Irenæum, Hieronymum, Epiſtolam Smyrnæorum ad Philomelienſes de Martyrio Polycarpi, & in Menæis Græcorum, quorum loca hic referre ſuperſedeo. Unde colligi poteſt quanta apud Chriſtianos floruerit fama Polycarpus, ac quomodo τιμὴν, *qua illum proſequebantur Chriſtiani, ad cultum divinum proxime accedere, Ethnici judicarent. Unde non mirum ſi Themiſtius illum cum Empedocle conferat, Philoſopho, Legiſlatore, Doctore, vitæ ac mortis contemptore, Cruciatuum acutiorum infracto ac intrepido aggreſſore, qui Deus etiam apud ſuos cultus eſt, ac haberi voluit. Nota eſt affectata Empedoclis divinitas ac à multis decantata. Extat ea de re locus eximius apud Tertullianum, qui cum non ſit ita tritus ac obvius, illum hic non gravabor deſcribere.* Quod ſi jam tunc locorum Diogenes de dolio latraret, non cænulentis pedibus, (ut tori Platonici ſciunt) ſed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detuliſſet, ut qui ſe Cælitem delirarat, ſorores prius ſuas, de hinc homines, Deas ſatularet. *Vir magnus legit, Deus; ſed Deas, tolerari poteſt, ut Cloacinas ſorores ſuas, Deas ſalutaret. Nam ſi Deus erat, omnem Deorum ac Dearum Chorum ſorte ac conditione ac aſſi-*

nitate attingebat, & ſic debuit ſalutare inſeriora numina, quæ Cloacis præeſſe ſolent, ac quæ ſordibus & ſætore capiuntur & delectantur. Vel ſic ludit Tert. quia vani, glorioſi, αὐθαδεῖς, μεγαλαυχοῦντες, ἀλαζόνες, ſupra ſortem ſuam de ſe ſentientes, κοπρίαι vocarentur, & Stercorei, Latrinis, & ἀφεδρῶσι detrudendi dicerentur, ad eorum faſtum & ſupercilium comprimendum, & retundendum. Plautus in Curculione,

Qui perjurum convenire vult hominem, mitto in Comitium.
Qui mendacem glorioſum, apud Cloacinæ Sacrum.

Sic ergo Diogenes inquit Tertullianus, totum Empedoclem glorioſum qui Deus haberi voluerat, ad Latrinas detruſiſſet, totum in Stercorum volutabro mergendum, & ſororum Cloacinarum Dearum, cacatas, & ſordidas ſedes, viſurum, & occupaturum. Quod ingenioſe ut ſolet omnia, obſervavit Cl. Salmaſius, quondam hujus Athenæi Leydenſis, imo totius literati orbis, ornamentum immortale; ſub cujus fronte tota prodioſa Pallas latebat, & occultabatur. Volebat ergo Empedocles ſupra ſortem hominum aſſurgere, & inter cælites recenſeri, cujus divinitate creſceret, & cælum, & numinum numerus. Hoc colligi poteſt ex ipſius Empedoclis verſibus, quos præfixit initio καθαρμῶν, quibus cives & populares ſuos Agrigentinos ſalutat, & ab illis cultum conatur extorquere.

Ὦ φίλοι οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
Ναίετ' ἄκρας πόλεως, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων
Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς
Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε.
Ταινίαις τε περιστέπτος, στεφεσίν τε θαλείης
Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι εἰς ἄστεα τηλεθόωντα
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι.

Urbem qui flavi ad ripas Acragantis, Amici,
Incolitis Magnam, res & curatis honeſtas,
Saluete, immortalis ego converſor apud vos,
Ut par eſt Deus, & tali me dignor honore.
Formoſis vinctus vittis, roſeis que Corollis,
Queis cum ad egregias veniam comitatus ad urbes,
Mulieribus maribuſque colar.

Hoc innuit etiam Horatius de Arte Poët.

—— —— Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit.

Quod cum apud ſe reputaret Themiſtius, Empedocliſque Doctrinam, famam, honores, facinus, committeret, cum animo, doctrina, fama, laudibus, fortitudine Polycarpi, facile, & pro ſua innata, & oratoria dicendi facultate, potuit, Polycarpum, vocare juniorem, & alterum Empedoclem, cujus doctrinam, ſapientiam, merita, æquaret, Jovianus Imperator, Orationis Themiſtianæ, ingens & maximum argumentum. Qui variis legibus & Edictis Imperio ſe commendaverat, ſicut Polycarpus apud Chriſtianos variis ſcriptis, ac Epiſtolis olim inclaruerat.

Nam variæ memorantur Polycarpi Epiſtolæ, inter quas primum locum ſemper ſibi vindicavit hæc ad Philippenſes Epiſtola, à variis jam edita, ac à Rullao deſcripta, à nobiſque hic de novo publicata & notis illuſtrata. Non omnino pura ad manus noſtras pervenit, ac modo incrementa & acceſſiones, modo mutilationes videtur paſſa fuiſſe. Maxima Appendice auctam ſe illam inveniſſe exi-

exiſtimabat ac gloriabatur Rullæus, ut ſupra memoravimus, ac fontem erroris aperuimus, nimirum, Epiſtolam, quæ dicitur Barnabæ continua ſerie cum Epiſtola Polycarpi ſemper deſcriptam fuiſſe. Quod fraudi fuit incauto, ac juvenilis adhuc ætatis Rulleo, qui ex duabus Epiſtolis unicam conflaverat, ac Polycarpo tanquam unicum fœtum ac partum illam tribuere non dubitaverat. Quod juveni condonandum, cum in eundem lapidem impegiſſe videantur, viri Judicii magis exaſciati, ac in Codicibus Græcis terendis ac verſandis, Rullæo longe magis exercitati. Nam vel vehementer fallor, vel idem cum Rullæo cenſuerat Turrianus ille, Antiquitatis Eccleſiaſticæ non indiligens indagator, ac codicibus MSS. volvendis non leviter aſſuetus. Nam inciderat in Epiſtolam Polycarpi, quam vulgari ac editâ, multo prolixiorem jactabat, quod ideo factum exiſtimaverim, quod in Codicem Rulleano ſimilem incidiſſet, in quo Barnabæ Epiſtola, Epiſtolæ Polycarpi juncta erat, unde ſtatim Turrianus eodem argumento, quo Rullæus commotus, ſe Theſaurum inveniſſe ſibi gratulabatur, ac Epiſtolam Polycarpi duplo longiorem, ac auctiorem ſe inveniſſe gloriabatur. De eo ſic Baronius Cardinalis, ad Martyrologium Roman. Ad xxv. Januar. Exſtat inſignis Epiſtola Polycarpi ad Philippenſes, cujus meminit S. Hieronymus, quam Piæ memoriæ vir Doctiſſimus pariter & religioſiſſimus Franciſcus Turrianus Societatis Jeſu, longe prolixiorem, illa, quæ habetur typis excuſa, apud ſe eſſe Græce ſcriptam, cum viveret, teſtatus eſt. Speramus eam una cum cæteris egregiis vetuſtatis monumentis, quæ ſummo labore vir iſte collegit, prope diem eſſe edendam. *Utinam edita fuiſſet vel à Turriano, vel à Baronio; ſtatim patuiſſet error, nec Rullæus nec alii in iſtum eundem lapidem impegiſſent. Fuit cum vix adduci poſſem ut crederem Turrianum, Græce doctiſſimum, tam facile falli potuiſſe, ac verba Baronii eſſe intelligenda putabam de Verſione Latina, quæ in Codicibus quibusdam longior, in aliis brevior legitur. Sed non patiebantur iſtud meum erga Turrianum officioſum ſtudium, verba ipſa Baronii. Nam dicit*

Tur-

Turrianum teſtatum, iſtam ſe habere Epiſtolam Græce, edita multo prolixiorem, unde mea de Latina editione conjectura non poterat ſubſiſtere. Deinde *verum eſt Turrianum olim habuiſſe Codicem Græcum Epiſtolæ Polycarpi, cujus ad finem, Epiſtola Barnabæ, ſine nomine, ac diſtinctione, eadem ſerie, ac quaſi unius operis ac ipſius Epiſtolæ Polycarpi pars genuina ac maxima, adnectebatur. Hoc non memini Sirmundum alicubi annotaſſe, ſed ex Sirmundo, Halloixium, qui à Sirmundo, Apographum Epiſtolæ Polycarpi acceperat.* Laboravi, *inquit ille*, ut integram Epiſtolam Polycarpi reperire poſſem, verum non potui, nec Andræas Schottus, nec Jacobus Sirmundus. Ab utroque exemplar accepi, unum alteri omnino conforme. In utroque vero, aliena quædam (quod nec illos fefellit) ſive ex Epiſtola Barnabæ, ſive aliunde per deſcribentium oſcitantiam, ne dicam vecordiam, adjuncta, & conjuncta ſic fuerant, ut unicum videretur corpus Epiſtolæ, nec aliud leviter, & curſim inſpicientibus crederetur, quam totam eſſe Epiſtolam Polycarpi. Quæ ſi fuiſſet, certe vel triplo longior, quam ea quæ nunc exſtat, fuiſſet. *Addit vero Halloixius, hæc ad inſtitutum noſtrum facientia*; Exemplar Epiſtolæ Polycarpi, ex Apographo Turriani ante plurimos annos deſcriptum ad me miſit Sirmundus, & illud cum Exemplari Andreæ Schotti Collatum nunc emitto. Nempe quantum quidam eſt germanum Polycarpi. Nam exemplaris majorem illam partem, quæ eſſe S. Barnabæ deprehenſa eſt, tanquam quæ huc non pertineat, miſſam facio. *Ex quibus conſtat, Turrianum habuiſſe Codicem Epiſtolæ Polycarpi Græcum, ſed auctum ac ſatum Epiſtola Barnabæ, quod impoſuit ipſi Turriano, qui mole ac fugitivis oculis, opus iſtud examinans, ingentem ac pretioſiſſimum Theſaurum, ut nuper Rullaus noſter, ſe poſſidere apud ipſum Baronium, credebat, ac non ſemel gloriabatur. Mirum vero, vitium iſtud omnes omnino Codices Epiſtolæ Polycarpi, occupaſſe ac invaſiſſe; nam nullus extat ſine iſto errato, ac Codices vetuſtiores,*

ac antiquioris ac magis veneranda ætatis, ab illo non potuerunt ſe liberare ac vindicare. Hoc patet ex ipſo Halloixio, qui & codicem Altempſianum, & Columnæum, eidem vitio ac errori obnoxios fuiſſe commemorat. Sic enim pergit laudatus Halloixius. An vero aliqua exemplaria in Romanis Bibliothecis reperiri poſſent, Quæ hoc immani errato carerent, ſtudioſe mea cauſa, & Jacobi Sirmundi rogatu perquiſiuit noſtrum amborum amiciſſimus, Ludovicus Creſolius, jam tum Romæ degens; qui reſcripſit conſulta ab ſe, & inſpecta fuiſſe exemplaria MSS. tum Bibliothecæ Vaticanæ, tum etiam Ducis Altemps (quæ antea fuerat Cardinalis Columnæ) atque in utriſque idem ſe obſervaſſe, quod in P. Turriani Apographo, ex quo illam Epiſtolam olim deſcripſerat Sirmundus, nempe priorem partem eſſe Sancti Polycarpi, poſteriorem longe maximam, S. Barnabæ. Ex quo apparet, in illis exemplaribus vitium hoc primitus fuiſſe. Codicem enim Columnæum antiquiſſimum eſſe affirmant. *Quod certe ſatis mirari non poſſunt eruditi, cujus rei vix alterum apud veteres occurrat vel unicum exemplum. Quod in Codice quodam irrepſerit error iſte, res eſt non adeo mira, & graviora vitia ſolent aliquando Codices, incuria deſcriptorum, invadere & occupare. Sed quod omnes inceſſerit iſtud mendum, & quod omnes, Turrianum, Altempſianum, Columnæum, Medicæum, Salmaſianum, alios, quicunque inveniri potuerunt, nullo prorſus eccepto, fædaverit, & interpolaverit erratum iſtud ingens, certe hoc ſuperat omnes errorum communes & vulgares graſſationes; ac caſu hoc factum, vix poſſum adduci ut credam, ſed ratione quadam, & certo Conſilio, nimirum quia iſtam Barnabæ Epiſtolam, vel omnes, Polycarpi Epiſtolæ Appendicem ac acceſsionem maximam exiſtimarent. Vel quod iſtam quæ Barnabæ tribuitur Epiſtolam, ad Polycarpum ipſum pertinere, ac illius genuinum Auctorem, ac parentem eſſe apud ſe reputarent. Qua de re adhuc inferius, cum de Epiſtola Barnabæ diſſerendi aptior ſeſe nobis adhuc offeret occaſio.*

Re-

Revera Polycarpus varias ſcripſit Epiſtolas. Et quæ erat erga omnes Eccleſias ſollicitudine, non potuit iſti, prout tempora ferebant, officio neceſſario deeſſe, & ſibi, zeloque ſuo temperare, quin illas doceret, moneret, hortaretur, & exemplo Ignatii, imo Apoſtolorum ipſorum, præcipue Johannis, & Pauli, illas in fide Catholica confirmaret. Hinc Epiſtolarum Polycarpi fit mentio, non tantum quia Ἐπιστολαὶ, *ſicut literæ, Latine, ſumitur pro Epiſtola ſola & unica. Sed quia revera variis literis ad varias Eccleſias exaratis & deſtinatis, Zelum, curam, & ſollicitudinem ſuam voluerat commendare. Suidas,* ἔγραψεν Πολύκαρπος ἐπιστολὴν πρὸς Φιλιππησίους, πάνυ θαυμαστήν. Καὶ πρὸς τὸν μέγαν Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγίτην. Καὶ πρὸς ἄλλας Ἐκκλησίας. Scripſit Polycarpus admirandam Epiſtolam ad Philippenſes; alteram ad magnum Dionyſium Areopagitam, & alias, ad diverſas Eccleſias. *Ideo variæ Epiſt. ab Iren. apud Euſ. H. E. L. 5. ac varia volumina illi tribuuntur ab Hieron. Epiſt. 28. ad Lucinium Bæticum. Quod mihi non videtur intelligendum de variis in Sacram ſcripturam Reſponſionibus, quarum Fragmenta quædam edidit ex Victore Capuano, Fevardentius, ad Calcem ſuarum in Irenæum obſervationum. Sed meo Judicio vana opera & fruſtraneo labore. Nam citra quod temporibus Polycarpi, magis ad mores informandos, quam ad Sacram ſcripturam illuſtrandam, ſtudia ſua converterent fideles, ut patet exemplo Clementis, Ignatii, aliorum primi & ſecundi ſeculi ſcriptorum; certe fragmenta iſta non omnino redolent animum & tempora Polycarpi, nec ſpirant ſimplicitatem iſtam, & certam aſſeverandi & dicendi libertatem, quæ in Epiſtola Polycarpi ubique ſpirare videtur. Denique Victor iſte Capuanus eſt Auctor ſexti exeuntis ſeculi, & mirum Reſponſiones iſtas ab alio, Victore, antiquiore nullo fuiſſe memoratas. Et Capuanus Victor non erat ſcriptor adeo accuratus, ut pote qui præfationem ediderit in Harmoniam Evangelicam, quam credidit eſſe Tatiani, cum eſſet Ammonii, errore certe in viro diligenti vix ferendo & condonando. Poſtremo compilatores*

 cate-

catenarum ſunt obnoxii variis erroribus, & nulli ſere Labores, magis mendis & erratis ſcatent, quam qui nomine catenarum ſolent ubique circumferri. Quod norunt, qui in ſtudiorum iſtorum genere, voluerunt vel leviter operam ſuam collocare, & induſtriam ſuam exercere. Tales ergo Reſponſiones, in Catena Victoris laudatas, vix Polycarpo auderem adſcribere. Illas potius tribuendas exiſtimarem Auctori Reſponſionum, ad Orthodoxos, quæ nomine Juſtini Martyris omnium manibus verſantur; quas tamen non eſſe Juſtini, vel vehementer eſſe interpolatas, omnes fere eruditi hodie conſitentur. Nuperrimus ſcriptor de Sibyllis non potuit hoc in Blondello tolerare, & acriter illum increpat, quod Theodoreto vel Auctori qui 406. annis poſt Chriſtum vixerit, illas tribuere non erubuerit. Sic vero ille verbis ſatis imperioſis, Scias D. Doctor, *alloquitur Cl. Mark. Profeſſorem Groninganum,* Scias Juſtinum Martyrem Duo genera Reſponſionum edidiſſe. Primas ad 146. Quæſtiones ab Orthodoxis propoſitas, & leguntur ſub nomine Reſponſionum 146. ad Orthodoxos. Aliæ ſunt Reſponſiones ad 146. Quæſtiones propoſitas à Gentilibus, & vulgatæ ſunt ſub nomine Reſponſionum ad Gentes. Has tantum Latine habemus, & in illarum 74. continentur verba Epiſtolæ Clementis ad Conrinthios, ubi diſerta ſit Sibyllarum mentio. Non vero in Reſponſionibus ad Orthodoxos, vt voluit Blondellus, quod eſt tamen illi condonandum, ſed Markius non venia dignus, qui Blondellum corrigi ac emendari noluit. *Hic multa venirent cenſoria virga notanda. Nam primo non verum eſt memoriam de Sibyllis non contineri in Reſponſionibus ad Orthodoxos. Diſerte ibi legitur. Secundo non verum eſt Juſtinum Reſponſiones edidiſſe, ad Gentium Quæſtiones numero 146. Quædam ad Græcos & Gentes apud Juſtinum, continentur, ſed quæ ad iſtum numerum non aſſurgunt. Tertio, à veritate etiam eſt alienum, iſtas Reſponſiones ad Græcos, Græce non extare. Denique mirum eſt eccidiſſe Blondelli Antagoniſtæ, locum Epiſtolæ Clementis de Sibyllis extare in iſtis Reſponſionibus ad Gentes, Latine tantum extantes, cum idem ipſe Auctor Opu-*

ſculi

ſculi ſui Gallice ſcripti pag. 61. Verba Clementis prout citantur apud Juſtinum Quæſt. ad Orthod. 74. nobis Græce integra repreſentet, quod certe miram ingenii, memoriæ, Judicii, abſentiam prodere confitebuntur, Bellarminorum, Ducæorum, Roſwedorum, Schottorum, Petaviorum, Sirmundorum, Labbæorum, Coſſartiorum poſteri, ejusdem Societatis cum Auctore noſtro doctiores, & Candidiores ſodales. Iſtis Reſponſionibus quæ Juſtino Martyri tribuuntur, mallem tribuere fragmenta iſta à Fevardentio publicata ſub nomine Polycarpi, quam ipſi Polycarpo, cujus Reſponſiones nullibi extant, nec à quoquam memorantur, præter quam à Victore Capuano, qui forſan deceptus fuit Codicis Titulo, vel in cujus Catenam mendum forſan irrepſit, vel qui occaſionem præbuit aliis, Polycarpo Smyrnenſi tribuere, quæ forſan Polycarpo Presbytero Romano, vel alteri, omnino erant adſcribenda.

Smyrnenſi Polycarpo tribuitur etiam Epiſtola, ad Dionyſium Areopagitam Athenarum Epiſcopum, qui ſub Domitiano paſſus eſt 3. Octob. ut ex omnibus Martyrologiis conſtat, ut ſupra videbamus luculento Suidæ teſtimonio. Mirum vero iſto tempore, Polycarpum ad Dionyſium ſcripſiſſe, cum nondum eſſet Polycarpus Epiſcopus, vel ſi Epiſcopus jam erat ordinatus, ad Dionyſium Athenarum Epiſcopum, ſcripſiſſe, in Galliam jam profectum, & Pariſienſium tunc Epiſcopum, & Antiſtitem. Certe eo Libentius, ad Galliæ Epiſcopum ſcripſiſſet Polycarpus, cum in Galliam ipſe miſiſſet Diſcipulos, cum Galliis commercium foveret, & in Gallia tanta floreret fama, ut Acta illius Paſſionis etiam die ſolemni, publice legerentur. Hoc patet eximio loco Gregor. Turon. De Glor. Martyr. Cap. 86. Lecta Paſſione Polycarpi Martyris Magni, in Ricomagenſi vico civitatis Arvernæ, tempus ad offerendum Sacrificium advenit; acceptaque turre Diaconus, in qua myſterium Dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad oſtium, ingreſſuſque templum ut eam altari ſuperponeret, elapſa de manu ejus, ferebatur in aëra, & ſic ad ipſam aram accedens, nunquam eam

 manus

manus Diaconi potuit aſſequi. Quod non alia credimus actum de cauſa, niſi quia pollutus erat in conſcientia. *Ad quæ verba, ut hoc obiter notem, vir diligentiæ non contemnendæ, ſed præoccupati plusquam par erat judicii, hæc intempeſtiva obſervatione, exiſtimavit ſcilicet illuſtranda.* Huc, *inquit*, ſpectat Concilium Bracarenſe Tertium, cujus hoc decretum. Agnovimus quoſdam de Epiſcopis, quod in ſolemnitatibus Martyrum, ad Eccleſiam progreſſuri, Reliquias collò ſuo imponant, faſtu & gloria intumeſcentes, & quaſi illi eſſent Reliquiarum Arca, Levitæ albas induti, in ſellulis illos deportant. Quæ deteſtanda præſumptio, abrogari per omnia debet. Ideo antiqua in hac parte ſolemnis conſuetudo ſervabitur, ut in feſtis quibuſque diebus, Arcam Domini cum Reliquiis, non Epiſcopi, ſed Levitæ in humeris geſtent, ſicut in veteri lege. Quod ſi & Epiſcopus Reliquias deportare elegerit, non ipſe à Diaconibus in ſellula vehetur, ſed potius pedeſtri cum populis progreſſione procedente ad conventicula ſanctarum Eccleſiarum, Sanctæ Dei Reliquæ, per eundem Epiſcopum portabuntur. *Cui Decreto Bracarenſi, majoris illuſtrationis cauſa, addit Auctor.* Nota Euchariſtiam ad conventicula Eccleſiarum deportare eſſe ſolemnem conſuetudinem, atque in Arca Domini, quam Gregorius Turon. vocat Turrim, nos Tabernaculum & Ciborium. Arcam Domini, & Reliquias, non intelligi Reliquias Sanctorum, ſed Sacramentorum corporis Domini, quæ in uſum Fidelium aſſervabantur. Nam dicit Sanctæ Dei Reliquiæ. *Quæ prolixo nimis partium ſtudio eccidiſſe quilibet animadvertet, qui æquiori trutinâ, & libero magis judicio, verba Decreti, & Greg. Turon. ponderabit & explorabit. Nam Reliquiæ iſtæ, ſunt Reliquiæ Martyrum, nec Sacra Euchariſtia vocari jure poteſt Reliquiæ, Titulo certe minus Honorifico, & integrum corpus Chriſti non ſatis repreſentante. Reliquiæ Dei ſunt Reliquiæ Martyrum Dei, qui pro Deo, ac Dei veritate, vitæ ſuæ non pepercerunt, ac Martyrii*

tyrii cruciatus, alacres non detrectarunt. Sunt Reliquiæ, quæ de una Eccleſia ad aliam circumferebantur, quod de Sacra Euchariſtia nullus unquam veterum ſcriptis ſuis conſignavit. Sunt Reliquiæ à Diaconibus deportatæ, coram ipſis Presbyteris & Epiſcopis, quod nonquam de Sacra Euchariſtia permiſiſſent Epiſcopi vel Presbyteri, ſed de Reliquiis Martyrum hoc in Diaconis tolerabant; præcipue cum Reliquiæ Martyrum erant graviores, ampliores, integra fere cadavera, & arcis Argenteis vel plumbeis condita, ac bajulantibus illa non levem crearent moleſtiam. Denique aſſervatio Sacræ Euchariſtiæ eſt recentioris ævi; ac primis Eccleſiæ temporibus, nullum vel aſſervatæ, vel ad ſolennitatem deportatæ Euchariſtiæ exemplum extare norunt omnes, qui in genuinis, & ſinceris venerandæ antiquitatis, monumentis inveſtigandis, horas ſuas bonas, & non ignavam operam collocarunt. Locus vero Gregorii Turonenſis, in mendo cubat, quod jam obſervatum à viris eruditiſſimis. Neque etiam ibi legendum Turre myſterii, ſed Turre miniſterii, id eſt Turris, vel vas aliquod Turritum, in formam Turris, & Pyramidis fabrefactum, in quo continebantur, ea quæ neceſſaria erant, ad Sacrum Miniſterium, & cultum peragendum. De iſta Turri videatur locus Venantii Fortunati, & in illum notæ Braweri, & locus Paulini de Apſide Baſilicæ Fælicis.

Hic locus eſt veneranda penus qua conditur, & qua
Promitur Alma Sacri Pompa Miniſterii.

Ibi optime legitur Miniſterium. Non myſterium. Miniſterium complectitur omnia ornamenta, inſtrumenta, ac vaſa ad Sacram Euchariſtiam conficiendam requiſita. Dicitur de Sacris, ac civilibus rebus. Adhuc dicimus Gallice, un Service d'Argent, de vermeil doré, &c. Miniſterium. Sic in Hiſtoria Auguſta Miniſterium ſæpiſſime uſurpatur ut obſervatum Salwaſio. Apud Auſon.

 ſpe-

ſpeculum Veneris, dicitur Miniſterium, ſicut εἰρησιώνης ἐξαπτόμενα πέμματα, dicebantur, Διακόνια. Miniſteria, Heſ. In Gloſſis veteribus, quæ Philoxeno tribuuntur, Abaci Delphice, μηνιστέριον. Lege, Abacus, Delphica, μινιστέριον. Sic Abacus, ſive Delphica menſa vocabatur, quia ex Delphica olim, convivis miniſtrabatur. Hebræi vocant שרת vel שמושא, vel שרד. Ut Exod. 31. בגדי שרד veſtes Miniſterii, alibi Chaldæus מאני שמושא, vaſa Miniſterii, & כלי שרותא. Inſtrumenta Miniſterii, quibus miniſtrantes Levitæ & Sacerdotes utebantur, cum Sacris vacare debebant. Sic ergo apud Gregror. Turon. Turris Miniſterii memoratur, non vero Turris myſterii, quaſi in ea ſervarentur Sacra myſteria, & φρικτὰ τὰ σύμβολα, Dominici corporis, ſed quia in ea, omnia ad Miniſterium Sacrum requiſita recundebantur, tanquam in Arca, quæ quia in formam Turris erat adornata, vocabatur Turris, & Turris Miniſterii. Turriculum, non Thuribulum, in Teſtamento Remigii. Sic Tumulus Dionyſii vocatur Turritus, à Gregorio Turon. Theca in qua Caput Johann. Baptiſt. condebatur, vocatur Turrita, Adamaro Cabannenſi; ſic Saxea Theca Dunſtani dicitur Turrita, Gervaſio Dorobornenſi. Quod cum obſervaſſet Adrianus Valeſius, vir maximus, non tantum de Hiſtoria Patria, ſed de rebus Eccleſiaſticis optime meritus, addit. Sic & Turrim à figura, non vero ab altitudine dixere Gregorius, & Fortunatus, in qua Miniſterium Dominici corporis ſervabatur, quam Diaconus, cum Sacrificium offerendum erat, altari imponebat. *Et Mabillonius vir Doctus*, quanquam merito dubitari poſſit an his locis, Miniſterium corporis Dominici pro Euchariſtia ſumi debeat. Quod etiam dici poteſt, de Turri Fælicis Bituricenſis Epiſcopi, quam laudat Fortunatus in Lib. 3. Car. 23. Dubitandi ratio petitur, ex eodem Gregorio Lib. 2. de Glor. Martyr. Cap. 8. cujus hic Titulus. De interitu eorum qui Miniſterium Baſilicæ exportaverunt. Ubi Miniſterii nomine intelligit patenam, & urceum, quæ à nefariis quibuſdam prædoni-

donibus ſublata ſcribit. Sic Chriſmal. in Libr. Sacramentorum, vocatur Miniſterium corporis Chriſti gerulum. Ex quibus dubitare licet, ut jam dixi, an Paulinus, Gregorius, Fortunatus, in prædictis locis de Euchariſtia loquantur. *Videatur & alibi idem Mabillonius T. 2. Analect. & Doctiſſimus Baluſius, notis ad Reginonem, de voce Miniſterii. Quam revera de capſa Sacra, & arca, in qua ornamenta & inſtrumenta ad ſacrum officium & λειτȣργίαν neceſſaria continebantur, à Miniſtris Diaconis curanda, intelligendam & accipiendam ego nullus dubito. Ea vero manibus ſordidis impuriſſimi Diaconi erepta fuit, & in aërem ſublata, ut illius impuritas proderetur, & ille ineptiſſimus haberetur, qui Sacro officio miniſtraret, tanta ſolennitate, qualis erat feſta illa Dies Polycarpi memoria celebranda à fidelibus conſecrata. Non quod Reliquiæ Polycarpi apud Arvenos ſervarentur, ſed Andochii potius, vel alterius ex Polycarpi Diſcipulis, qui in Gallias miſſi fuerant, nonquam inter illos memorato Dionyſio Areopagita, ad quem, Galliarum vel Lutetiæ Pariſiorum Antiſtitem ſcripſiſſet Polycarpus, potius quam ad Dionyſium Athenarum Epiſcopum, ſi revera tempore Epiſcopatus Polycarpi, in Gallia degiſſet, Areopagita Dionyſius.*

Legebantur vero Acta paſſionis Polycarpi. Non vero Epiſtola Polycarpi ad Philippenſes. Quæ forſan Acta erant ipſiſſima Epiſtola Smyrnenſium quam in Galliam miſſam fuiſſe, vix eſt dubitandi locus. Nam præter quam quod inter Aſiaticos & Gallos, ſatis arcta fovebatur neceſſitudo, ut patet ex mutuis Epiſtolis, quæ perſecutionem Lugdunenſem ſub Severo tempore Irenæi ſpectabant, Polycarpus Diſcipulos miſerat in Galliam, quos Smyrnenſes non paſſi ſunt mortem tanti Magiſtri ignorare, & illos latere, qua animi fortitudine, pro Evangelio Chriſti, tandem occubuiſſet. Ideo iſta Epiſtola Smyrnenſium dirigitur non tantum ad Philomeltenſes, nec ad Eccleſias per Pontum, ſed per totum terrarum orbem ſparſas & collectas. Cujus exemplaria in Galliam uſque penetraſſe pluſquam eſt veriſimile. Hinc factum ut iſtius Epiſtola frequentiſſima extaret memoria. Pars

illius maxima conſervata fuit cura & diligentia Euſebii, qui tantum monumentum, non paſſus eſt deſiderari in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica. Integra fere noſtro ſeculo prodiit ex variis MSS. Latinis & Græcis induſtria Uſſerii Armachani viri ſummi, & ad literarum Sacrarum incrementa juvanda & promovenda nati, & eccitati. Illius etiam exemplar occurrit in Bibl. Reg. Par. & Vindobonenſi, cujus initium, & finem repreſentat Lambecius, T. 8. Bibl. pag. 88. cum quadam ab editis differentia, quæ edita & apud Euſebium à Valeſio, & ſeorſim ab Uſſerio, non in omnibus etiam quoad verba & ordinem conveniunt. Ex illa tamen petita crediderim Acta paſſionis Polycarpi, quæ in Gallia, præcipue in Burgundia, & in Arvernia legebantur, non vero ex Actis Pionii, qui Martyr ipſe, & eodem quo Polycarpus die ſub Decio paſſus eſt, Martyrium Polycarpi carthis non perituris voluit conſignare. Nam majorem inter Smyrnenſes & Gallos, fuiſſe neceſſitudinem ſuſpicor, quam inter Pionium & Gallos, & major exiſtimatio & dignitas Epiſtolæ integræ, ab Eccleſia exaratæ, quam per 86. annos rexerat Polycarpus, quam Pionii viri privati, apud Gallos non noti, ac cujus ſcripta non eandem poterant auctoritatem ſibi vindicare, qualis jure tribuebatur Epiſtolæ ut ita dicam Catholicæ, Eccleſiæ Smyrnenſis. Quæ proinde legebatur diebus Polycarpi memoriæ Sacris, ut conſtat ex loco Gregor. Turon. ſuperius laudato, ſicut Polycarpi Epiſtola ad Philippenſes, quam hic iterum edimus, publice etiam legebatur in cætibus ac conventibus Sacris, quam plurimorum Chriſtianorum.

Nam revera legebatur Epiſtola Polycarpi; publice variis in Chriſtianorum cætibus, præcipue in Aſia minori, Epheſi, Smyrnæ, aliis vicinioribus locis, ubi memoria Polycarpi, ut pote Aſiaticorum Chriſtianorum Doctoris, ac Prophetæ, fervidius colebatur. Hoc innuit Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cujus verba Latina, ſic reddidit Græce Sophronius, vel quisquis eſt iſtius opuſculi Græcus Interpres. Ἔγραψε πρὸς Φιλιππησίους, πάνυ θαυμαστὴν ἐπιστολὴν,

ἥτις

ἥτις ἄχρι τοῦ παρόντος, ἐν τῇ Ἀσιάνῃ συνόδῳ ἀναγινώσκεται. Scripſit ad Philippenſes Polycarpus utilem Epiſtolam, quæ uſque hodie in conventu Aſiæ legitur. *Sophronius utilem, qua voce uſus eſt Hieronymus, reddidit, per* θαυμαστήν. ἔγραψε πάνυ θαυμαστὴν ἐπιστολήν. *Quæ eadem verba occurrunt apud Suidam; unde colligitur Auctorem verſionis Græcæ opuſculi Hieronymiani, non eſſe ævi recentiſſimi, & tempora noſtra proxime attingentis, ſed multum remotioris, utpote qui Suidæ ætatem, multis annis, forſan ſeculis ſuperaverit. Quod vero dicit Hieronymus, Lectam fuiſſe Epiſtolam Polycarpi in conventu Aſiæ, Græce redditur* ἐν συνόδῳ, *in Synodo. In conventu, forſan* ἐν κοίνῳ. *Nam ſicut Aſiæ civitates habebant ſua* κοῖνα, *Sacra, in quibus conveniebant plurimarum civitatum incolæ* κοίνῳ *&* ὁμονοίᾳ *junctæ, ubi munera, ludi, ſpectacula, celebrabantur, in urbe quæ anno iſto erat* Νεωκόρος, *quibus Sacris præerant Aſiarchæ,* Ἀλυτάρχης, Ἀμφιθαλής, *&* Γραμματεὺς, *ut ſupra memorabamus. Sic Chriſtiani habebant conventus ſuos Sacros, ubi quamplurimi fideles Laici, communione Sacrorum juncti conveniebant, ſolennia quædam Sacra, & Martyris cujusdam memoriam celebrabant, vel Eccleſiaſticorum Synodi congregabantur, ubi etiam maximus confluebat populi Chriſtiani concurſus, ut ad fidelium numerum frequentiſſimum; ſtuperent Gentes, & ipſi Judæi, & Evangelii incrementa omnibus innoteſcerent. Legebantur vero in iſtis conventibus & communibus, literæ ſacræ, Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, & quæcunque, Chriſtianos ad zelum, fervorem, perſeverantiam poterant movere & flectere. Cum vero nihil ad fortitudinem, & conſtantiam Chriſtianis conciliandam aptius & utilius eſſet, Lectione paſſionis Martyrum, & Actorum, in quibus eorum Fides, Doctrina, Reſponſiones, robur, mortis contemptus, labores pro veritate fortiter ſuperati, & talia, ſcriptis erant conſignata, ideo familiaris erat uſus talium Actorum, præcipue Actorum Polycarpi, & illius ſcriptorum, inter quæ ad Philippenſes ſemper ſe mul-*

tum commendavit. Ideo cum in conventu, κοίνῳ, συνόδῳ Chriſtianorum legeretur, hinc eſt quod in omnium manibus verſaretur, ac Eccleſiaſtici, ac Laici illius exemplaria diligenter ſibi compararent. Hinc eſt quod obſervat Irenæus in ipſa Gallia ſcribens, Epiſtolam iſtam ab omnibus facile haberi poſſe. Lib. 3. Cap. 3. Adverſ. Hæreſes, & apud Euſeb. Lib. IV. *Cap.* 14. Ἔστι δὲ καὶ ἡ Ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη, ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι, καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν. Eſt autem Epiſtola Polycarpi ad Philippenſes ſcripta, perfectiſſima, ex qua, & Characterem fidei ejus, & prædicationem veritatis, qui volunt & curam habent ſuæ ſalutis, poſſunt diſcere. *Quia nimirum, erat omnium ad manus, ac tanti Auctoris, opus tantum, tunc temporis à nemine videbatur ignorari.*

Unde nunquam potui pedibus nec animo ire in ſenteutiam Celeberrimi Dallæi rerum divinarum ac humanorum peritiſſimi, qui hanc Polycarpi Epiſtolam, tam celebrem, ac ubique terrarum ita deprædicatam, ſuſpectam reddere conatus eſt, quod ſcriptis ad illum Epiſtolis olim, ſalva qua virum ſemper colui obſervantia, non potui diſſimulare. Neque enim video quomodo opus tantum, omnibus ita notum, vel minimam de ſe poſſit eccitare ſuſpicionem. Nullum quippe extat opus cujus certiora animadvertantur veritatis argumenta, quam Epiſtola ad Philippenſes, ac ſi de illa liceret dubitare, nullum eſſet Antiquitatis monumentem, cujus fides etiam incerta, ac dubia non labaſceret. Urgebat quidem venerandus Dallæus, in Nicephori στιχομετρίᾳ *iſtam Epiſtolam inter Apocrypha recenſeri, ac propterea eſſe illam, dubiæ ſaltem, ac ſubleſtæ fidei, teſtimonio iſtius Nicephori, Auctoris ſeculi* IX. *Patriarchæ Conſtantinopolitani quondam nobiliſſimi. Sed Dallæum hic aliquid humanitus paſſum crediderim. Nam non memorat Nicephorus Epiſtolam Polycarpi ad Philippenſes, inter Apocrypha. Forſan*

ſan alias Epiſtolas intelligit. Forſan illam ad Dionyſium Areopagitam de qua Suidas, & Maximus Præf. in Dionyſ. Areopag. Forſan alias innuit Epiſtolas quas ad diverſas Eccleſias ſcripſiſſe memorat Irenæus, & quæ lapſu temporis aliquam erant paſſæ interpolationem, quia non ita familiares, nec ab omnibus ita terebantur, ac illa nobiliſſima, ad Philippenſes ſcripta. Forſan intelligenda veniunt διδασκαλίαι, *quæ etiam ſub nomine Polycarpi ſolebant circumferri, quas fuiſſe ſuppoſitas &* ὑποβολιμαίας *ego nullus dubito, ſed tamen obtrudebantur nomine Polycarpi munita, ut venerando iſto nomine omnibus magis ſe probarent: Sic* Κλήμεντος *etiam occurrebant* διδαχαὶ, *&* Ιγνατίου διδασκαλίαι, *& Hippolyti, & aliorum, ut in notis ad Hippolytum à nobis eſt obſervatum. Talis forſan extitit* Πολυκάρπου διδαχὴ, *quam Nicephorus Apocrypham ſuo judicio & calculo declaravit. Sic enim ille,*

Ὅσα τῆς Νέας εἰσὶν Ἀπόκρυφα

Διδαχὴ Ἀποστόλων

Κλήμεντος Α Β.

Ἰγνατίου, Πολυκάρπου, Ποιμένος, καὶ Ἑρμᾶ.

Quæ inter Novi Teſtamenti ſcripta, Apocrypha cenſenda ſunt. Hæc nimirum. Doctrina Apoſtolorum, Clementis opera, Ignatii, Polycarpi, Paſtoris Hermæ. *Ex quibus colligi nullomodo poteſt Epiſtolam ad Philippenſes hic à Nicephoro notari. Nam inter Canonica ſcripta à nullo quoquam habita fuit, de Auctore nunquam dubitatum, nec dubitari potuit, de Doctrina nulla etiam controverſia jure moveri poterat, ac proinde non videtur hic ullomodo intelligenda. Deinde eodem ipſo ſeculo, Photius Nicephoro Doctrina & diligentia*

 adhuc

adhuc ſuperior, iſtam Epiſtolam pro genuina habet, quod certe non feciſſet, ſi jure fuiſſet ut ſpuria remota, & ſi illius deceſſor Nicephorus, in illam cum quadam veri ſpecie, cenſuram ſuam vibraſſet. De ea vero ſic Photius, Ἀνεγνώσθη Πολυκάρπου Ἐπιστολὴ πρὸς Φιλιππησίους γέμουσα πολλῆς νουθεσίας, καὶ ἀπλότητος, καὶ τὸν Ἐκκλησιαστικὸν τῆς ἑρμηνείας τύπον. Lecta eſt & Polycarpi Epiſtola ad Philippenſes, multis referta admonitionibus, cum perſpicuitate, ac ſimplicitate ad Orthodoxam & Eccleſiaſticam loquendi formam. *Quod certe Photio non eccidiſſet viro tanto ac tam cauto, ſi ſuo tempore, in ipſa ſua Patriarchali ſede, nimirum Conſtantinopoli, pro ſuppoſititia habita fuiſſet iſta Epiſtola, ac tam* πονήρου κόμματος, *ut inter Apocrypha ac ſpuria omnino foret rejicienda, ac revera rejecta fuiſſet ab ipſo Nicephoro Patriarcha, paulo ante Photium, etiam Conſtantinopolitano. Maneat ergo ſarta tecta, iſtius Epiſtolæ auctoritas, quæ forſan circa finem, quandam paſſa eſt mutilationem, ſed non talem, propter quam debeat removeri.*

Nam revera ad calcem Epiſtolæ ad Philppenſes quædam deſiderantur, ac quædam in exemplari Latino ab Uſſerio, ac Halloixio edito habentur integra, quæ Græca, eſſe biulca, ac in illis Lacunas quaſdam quodam integriori codice tandem aliquando implendas, ſatis manifeſte prodant. Præcipue quæ ſpectant Ignatiarum Epiſtolarum Syllogem, quæ hic non bene cohærere, ac vi quadam ac ex abrupto inſerta mihi certe videntur. De iſta vero collectione non eſt hic ut pluribus diſſeram, præcipue cum hoc non patiatur Prolegomenum ratio, ac præfationibus jam à me ſuperati, poſiti ac præſcripti breviores limites, & dicta à Blondello, Uſſerio, Voſſio, Hamondo, Dallæo, Parſonio, Beverigio, Rocquano, Cotelerio, viris certe magnis & eruditis, vix locum leviori & tenuiori reliquerint manipulo, ac ſpicilegio. Imo fere omnem præripuiſſent occaſionem fuſius diſſerendi de noſtro Polycarpo, niſi quædam, forſan non ita ad rem, ſuppeditaſſet

taſſet

taſſet qualiſcunque noſtra induſtria & memoria. Interea vix quenquam ſpero me habiturum tam imperitum Lectorem, qui hic à me monendus ſit, extare Librum cui nomen eſt Polycarpo, cum Martyre noſtro non confundendum. Inepte quondam viro neſcio cui eccidit jocularis error iſte, qui Polycarpum, opus, & Librum, pro Polycarpo Auctore urgebat ac allegabat; quod animadverſum, & exſibillatum ab Antonio Auguſtino Tarraconenſi, viro longe eruditiſſimo, & tam ſubactæ doctrinæ, ut nec ſibi nec aliis tales errores permitteret. Nec monendus etiam Lector varios extitiſſe Polycarpos, *Romanum, Carthaginenſem, alios; Omonymia vocis nullomodo confundendos, cum noſtro* Polycarpo *Apoſtolico viro, à Beato Joanne ordinato Epiſcopo, à Luciano ſub nomine Peregrini traducto & irriſo, à Themiſtio ſub nomine Empedoclis junioris laudato, Chriſtianorum* Patre *& doctore, claris amicitiis & neceſſitudinibus clariſſimo, variis ſcriptis inclyto, præcipue Epiſtola ad* Philippenſes *ſua, & qui ſub M. Aurel. & Luc. Ver. AA. &* Coſſ. *Luc. Ver. & Quadrat. Aſia* Proconſ. *Stat. Quadrat. Anno* D. 167. *Martyrio coronatus eſt Smyrnæ, in Nicæa. Ut habetur in vetuſtiſſimo Martyrologio à Dacherio viro diligentiſſimo publicato, in Spicilegio ſuo, ſed majori cum cura edito & notis Doctiſſimis illuſtrato à Franciſ. Maria, Florentio, viro doctrinæ non vulgaris. Sed ibi legendum in Aſia, vel in Lycia, vel Jonia, vel Achaja, vel Jani* XXVI. *pro Januarii* 26. *Unde fluxit in Nicæa, vel in nova Smyrna, νεὰ Σμυρνὴ, quæ ſic dicebatur propter Epheſum, quæ etiam Smyrna vocabatur, unde forſan* Polycarpus *etiam Epheſi Epiſcopus habitus eſt; niſi malueris Smyrnam hic vocari novam, & νεὰν, oppoſitione ad παλαιὰν, de qua Strabo conſulendus L.* VII. *&* XIV. *quibus Amaſon Smyrna, & Homerus, & Quinctius* Calaber, *&* Proconſulum *ſedes, & κοινὰ ſeu ſpectacula, & literæ, & mercatura, & portus, minorem pepererunt gloriam, quam fides, doctrina, merita, Martyrium, cineres, miracula, B.* Polycarpi *utramque nobilitarunt.*

Sed

Sed de Polycarpo, ejusque Martyrio, qui plura volet, neque enim hoc agimus præcipue, nec aliorum ſcrinia compilamus, conſerat Baronium, Uſſerium, Holoixium, Bollandum, qui primus edidit in Actis Sanctorum Menſ. Januar. Interpretationem Latinam veterem Epiſtolæ Smyrnenſis de Martyrio Polycarpi, ex tribus Codicibus MSS. Trevirenſi, Audomarenſi, & Cliſletiano, ſive Burgundico, in quibus variantes occurrunt quædam Lectiones, ſicut in duobus Codicibus Anglicanis Sarisburienſi, & Cottoniano, quibus uſus eſt Uſſerius, qui cum veteri iſta interpretatione Latina, exemplar Græcum cum notulis quibusdam, & ſtricturis primus ipſe publicavit. Quibus Codicibus Latinis tam frequentibus in Gallia, Germania, Britannnia conſtare mihi videtur, revera Acta Polycarpi Lecta in Occidente, fuiſſe Epiſtolam iſtam Smyrnenſis Eccleſiæ, non vero Acta Pionii, quorum Latina fere nulla proſtant exemplaria; & Polycarpi famam maximam fuiſſe in Gallia, ut pote qui primus Galliarum Apoſtolus jure haberi poſſit, ut videre eſt apud Sauſſayum Virum doctum & diligentiſſimum in Martyrologio Gallicano.

EXERCITATIUNCULA
DE BARNABA.

Qua occaſione Epiſtolam Barnabæ ediderimus ſuperius eſt explicatum, nec eſt ut dictis quædam ſuperaddamus, ad faſtidium Lectoris removendum, & ut contemptum vel invidiam, ob repetitam iſtius Epiſtolæ editionem, poſſimus à moliri. Rullæi error ſed condonandus, peperit iſtam, ſi aliis intempeſtivam, mihi certe gratam & jucundiſſimam moleſtiam. Nam ad veterum Lectionem non horret animus mollis & delicatus, nec nauſeat fractus, & fœmineus appetitus.

Ca-

Capi certe ſummopere debent, qui ſuæ & aliorum ſalutis ſollicitam curam gerunt, ſcriptis Apoſtolorum, Apoſtolicorum virorum, Confeſſorum, Martyrum, qui ringente, & furente perſecutione, non Philiſophi Cathedrales, Eccleſiam, dictis, factis, Doctrina, praxi, Lingua, ſanguine, primis tribus ſeculis docuerunt & illuſtrarunt. Et magis ipſe delector ſimplicitate, Zelo, unctione, Charitate, minutioribus etiam fragmentis Clementium, Ignatiorum, Polycarporum, Juſtinorum, Irenæorum, Quadratorum, Dionyſiorum Athenienſium, & Corinthiacorum, & aliorum θεοφόρων, *quam conditis iſtis cupediis, mellitis bellariis, puerilibus Luconculis & placentis, acutis ſubtilitatibus, aculeatis & Galeatis ſcriptis hodiernis, in quibus Ars, Ambitio, dolus, fraudes, furor, nimium partium ſtudium,* ἀμετριότητι τῆς ἀνθολκῆς *ſæpiſſime ſe ſolent exerere. De quamplurimis dicas per me licet*

Qui bibit inde, furit, procul hinc diſcedite queis eſt
Cura bona mentis, qui bibit inde furit.

Ad fontes cum patent, eſt omnino recurrendum,

Purius, ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Ad ipſos fontibus proximiores rivulos eſt aſſurgendum, quos lapſu temporis aquæ peregrinæ non turbarunt, infeſti meatus non corruperunt, Bruta animalia homines ψυχικοὶ, *Hæretici veneno, pulvere, Luto non inquinarunt, & qui vivas Limpidiores, & ſalubriores aquas, & ſalientes ad vitam æternam, adhuc ſecum vehere, & voluere conſueverunt. Talis Epiſtola Polycarpi; Talis Epiſtola Barnabæ, quam licet illi non tribuamus, eam tamen, eſſe ævi vetuſtioris, & venerandi, & in illa multa bonæ frugis contineri, omnes juxta mecum tenentur profiteri.*

Fuit vero Barnabas Judæus. Hoc ex ſolo nomine facile colligi poteſt. Eſt enim nomen Hebraicum, quod notat filium Prophetiæ vel conſolationis, & exhortationis, ὑιὸν τῆς παρακλήσεως. בר *notat filium. Vox uſitatior & magis familiaris apud Chaldæos & Syros, occurrit tamen etiam apud Judæos. Hinc locus ille Pſalmi 2.* נשקו בר *oſculamini filium.* LXX. *reddunt δράξασθε παιδείας, amplectimini doctrinam. Sed ſatis mihi ſit veriſimile, illos ſcripſiſſe παίδιον. δράξασθε παίδιον, oſculamini amplectimini filium, pro quo παιδείαν, proclivi lapſu deinde deflexerit. παίδιον eſt* בר*, παῖς, puer, filius. Vox apud Chaldæos & Syros frequentiſſima. Occurrit vox iſta in Novo Teſtamento, loco à multis vexato, ſed præfiſcine dicam, non ſatis intellecto. Locus extat Math. 4. 24. Ubi Lunatici Σεληνιαζόμενοι dicuntur* ܒܢܝ̈ ܐܓܪܐ. דבר אגרא. *Reddit Tremellius, filii agrorum & deſertorum, quæ Lunatici, & Melancholici ſoleant frequentare. Eſt alius qui legit* ܐܓܕܐ אגדא *per* ד *Daleth, non per* ר *Reſch. Quaſi eſſet filius veſtium fractarum, Lacerarum, quod ſatis eſt ſolenne Lunaticis. Sed falſus eſt vir ille doctus, & vel male legit, vel depravato uſus eſt Codice. Nam ubique, & in omnibus editionibus Novi Teſtamenti perpetuo legitur* ܐܓܪܐ. *Non* ܐܓܕܐ. *Quæ vox proprie notat tectum. Unde Fullerus vir eruditiſſimus, reddidit extra tecta, ideſt inquit ille, foras, ex tectis, extra, à Domo ac ædibus, nam ſubintelligenda particula* מן. *Adeo ut plena ſit Oratio* דבר מן אגרא. *Qui eſt longe à tecto, à domo, ac vivit in locis, remotioribus ab omni hominum conſortio. Sed pace virorum doctiſſimorum putarem reddendum filios tecti, quæ loquendi ratione utitur Syrus interpres, ad Lunaticos, ac Σεληνιαζομένους nobis reprenſentandos. Quæ interpretatio commoda ac erudita mihi videtur. Nam Lunatici ac Melancholici, aliorum conſortia vitant, ſed non opus eſt, ut ad intima uſque, ac remotiora penetrent, ac magis avia deſerta. Tecta ſcandunt, & ibi ſui, vaporum, Lunaque pleni, ſolitariam vitam agunt. Ac proinde poſſunt*

voca-

vocari Filii tectorum. Deinde in Tectis habebant veteres Seleniaca, Lunaria, Lunatica, ut ita dicam, ac loca ubi ad Lunam ſolebant etiam quieti ſe componere, ac tempus fallere, ſicut in ſolariis, ἡλιαςηρίοις, ſolebant apricari. De ſolariis ac Lunariis meo Judicio ſic Hieronymus Epiſtol. ad Fretel. Δῶμα in Orientalibus Provinciis ipſum dicitur, quod apud Latinos Tectum. In Paleſtina enim, & Ægypto, & aliis in locis ubi ſcripti ſunt Libri divini, vel Interpretati, non habent in tectis Culmina, ſed Domata, quæ Romæ ſolaria vel Meniana vocant, ideſt plana tecta, quæ transverſis trabibus ſuſtentantur. Iſta Meniana quidem deducunt, à Menio quodam, qui primus iſtis projectis tectis uſus eſt. Alii à manibus ſeu περιβόλοις, quia Tecta iſta plana, erant περιβόλοις, ac Cancellis, ac Lorica munita, ne facilis ac proclivis nimis, in præceps lapſus eſſet, ut loquitur ibidem Hieronymus. Hinc eſt quod peribulum dicatur etiam tectum iſtud Menianum planum ad ambulandum veſperi, poſt lapſos, ac temperatos ſolis, ac aëris torrentes ac ingratos calores. Gloſſæ quædam veteres. Peribulum deambulatorium. Sed ſententia iſta licet erudita, ac celeberrimo Patrono ac Auctore ſe tueatur, non poſſum aſſenſum meum ac fidem accommodare, ac facile adducor ut credam, Meniana dicta à Μήνη à Luna quaſi Lunatica ac Lunaria, ac Seleniaca, ἀπὸ τῆς σελήνης. Sic Μηνιακὰ vel Meniana ἀπὸ τῆς Μήνης, quia exſtructa erant ut poſt ſolis occaſum, ac ad plurimam noctem, ibi vel ſomnos captarent, vel liberiorem & frigidiorem aërem ſpirarent ac haurirent, & alio quocunque modo degerent & deliciarentur, poſt intolerabiles, & urentes dierum longiorum æſtus & ardores. Nam qui mollius cuticulam curabant, habebant ſolaria, & Meniana, à ſolariis diſtincta. Solaria vocabantur, ἡλιαςήρια, ἡλιαςικὰ, ἡλιοκάμινοι, ἐξῶςαι, projecta tecta, ἔχουσαι ἀνάπαυσιν ἐπ᾽ οἰκίας, Gloſſæ Philox. Edition. Poſtrema Labbaana, projecta Tecta, ἀναπεπταμένην, ἀνάςασιν

 ἔχου-

ἔχουσαι ἐπ' οἰκίας. Lege ἀναπεπταμένη, ἀνάπτασιν ἔχουσαι. Nam eran projecta & expanſa ſuper domorum faſtigia plana, ad ambulandum vel conſabulandum, vel quieſcendum comparata. Ea Tecta vocabant Solaria, quia in illis ſolebant apricari. Forſan primo inſtituta ut ibi Solem orientem adorarent. Unde dicta Solaria & Meniana, ad Solis & Lunæ cultum conſecrata. Vel ut Æſtate matutino tempore, ac veſperi, auram refrigerantem captarent, hieme vero diei ipſius calore commodius foverentur. De iſtis Solariis frequens occurrit memoria. Sueton. in Claud. prorepſit ad Solarium vicinum. Bene ſe habet iſte locus, nec eſt ſollicitandus. Non legendum Scolarium. Vel Scalarium ſeu Cænaculum, ſed ſolarium velis oppanſum, ac ἀναπεπτάμενον. Hinc Luſus Auguſti apud Macrobium lib. II. Saturn. cap. IV. Ut me populus Romanus dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum; ideſt ſublimi & excelſo Palatii loco ubi ſunt tecta plana, & deambulatoria, omnium oculis & inſpectui expoſitus, & ex iſta celſitudine obſcuritas purpuræ meæ, nimis Satura, magis diluta, ac radians, longeque ſplendidior, & λαμπροτέρα omnibus videbitur. Gloſſæ Cyrilli, ἡλιαστήριον, ſolarium. Sic etiam Meniana dicta. Tecta nimirum, ubi ad Lunæ lucem oculos non perſtringentem, ac ad illius moderatum, & temperatum frigus ſolebant etiam ſe recipere. Quod cum non ignoraret, Doctus N. T. Syriaci Interpres, Lunaticos exiſtimavit eos qui talia Mæniana frequentarent, in illis quaſi Lunicolæ jacerent, ac Melancholia tetro virori, totos ſe permitterent, ac Σεληνιαζομένους interpretatus ܒܢܝ̈ ܐܓܪ̈ܐ filios tectorum, ſeu, menianorum. Vel eos qui frequentabant filios tectorum, ſeu Meniana. Nam ipſa Meniana optime vocari poterant, filii tectorum. Nam vox בר etiam iſtam induit ſæpe ſignificationem apud Chaldæos ac Syros. Sic בר שורא dicitur Antemurale, quaſi filius muri, iſta ergo Meniana, vel ſolaria poterant dici, בר אגרא Filii Tecti, quia erant pars tecti, ac ab illo pendebant. Unde pro Σεληνιαζομένοις habet Syrus ܒܢܝ̈ ܐܓܪ̈ܐ, eos qui

qui jacebant in filiis tecti, ideſt in Lunianis, *ſive Menianis ut amabant loqui Romani.* Ex בר *voce quæ filium notat, fit etiam, Bar Jeſus, Filius Jeſu. Bar Timæus, Filius Timæi, Bartholomæus, Filius* Ptolomæi, *nam Tolmæus, ac* Ptolomæus *mihi videntur unum ac idem eſſe nomen. Baroſus vel Beroſus, Filius* Hoſeæ. *Bar Cocab, Filius Cocab, non ſtellæ ut vulgo redditur, ſed Cocab vici in Palæſtina, unde impoſtor iſte erat oriundus, ut patet ex* Epiphanio. *Sic Barnabas, quaſi Filius* παρακλήσεως. *Nam* נבה, *Hortari, conſolari, docere, vaticinari; unde Nebo Deus, mons Nebo ubi colebatur, Nebonaſſar, Nebopolaſſar, Nebucadnetſar, Nebuzardan. Hinc etiam Navius vates & poëta. Additur vero in fine nominis, S. Sicut ſæpe in nominibus Peregrinis quæ terminantur in A. Eſajas pro Eſaja. Micheas pro Michea, Obodias pro Obodia, Malachias, pro Malachia, Jonas pro Jona, Ezechias pro Ezechia, Azarias pro Azaria, Meſſias pro Meſſia, Obodas Deus Arabum pro Oboda, ab* ابد *æternus, vel* אבד *perdens unde Abaddon, Apolluon. Vel* עבד *ſervus, quia Sol erat, qui dicebatur etiam* שמש *ideſt ſervus. Sic ergo Barnabas pro Barnaba apud Græcos & Latinos dicebatur. Sicut Barrabas pro Barraba. Vocabatur Barnabas etiam Joſeph, &* Ιώσης *ſed ab Apoſtolis vocatus Barnabas* בר נבאוה *Filius Prophetiæ, conſolationis, hortationis Act.* 4. *quia dotes ad loquendum & hortandum, facultatemque bene & graviter dicendi poſſidebat, unde pro Deo, & ipſo Jove, etiam apud Lycaonios olim habebatur Actor.* 14. *De illo vide Actor.* 14. *& Galat. Cap.* 2.

Fuit vero Socius Apoſtoli Pauli, & pro Eccleſia, fideliumque commodis varias cum Paulo *ſuſcepit legationes, & Peregrinationes, quibus ſtrenue ac alacriter magnoque cum ſucceſſu ſemper defunctus eſt. An vero Romam venerit antequam Paulus vel Petrus illuc appellerent, ac Roma Mediolanum contenderit, Eccleſiaque Mediolanenſis jecerit fundamenta, res eſt alterius loci ac temporis,*

 ac

ac nos qui in Barnabæ vitam, geſta, & omnes laudes non excurrimus, argumentum iſtud volentes prætermittimus. Hoc tantum aſſerentes vix credibile videri poſſe, Barnabam, quem Judæorum cura & ſollicitudo tangebat præcipue, excurriſſe ad extremas mundi Gentes, Præteritis Judæis qui ſuo tempore in Judæa, locisque circumvicinis degebant frequentiſſimi. Ideo quocunque perrexerit, rediit ad populares ſuos Cyprios. Nam erat Cypro Oriundus, ubi ſemper baſit numeroſiſſima Judæorum copia. Hinc Simeon Magus Judæus, quem Felix ad Druſillam miſit, ut illa repudiato marito, ad Fælicis nuptias convolaret, dicitur fuiſſe Cyprius, apud Joſeph. Antiq. L. xx. Cap. v. Quem eundem fuiſſe cum Simone Mago facile crediderim, de quo Actor. Cap. 8. Nam licet alicubi dicatur Simon, de quo Actor. 8. Γιττιεὺς, *quaſi pagus Gitthicus illi Patria fuiſſet, hoc nullomodo ſtringit; nam non legendum* Γιττιεὺς, *ſed* Κιττιεὺς *vel* Κιττιαῖος. Ex *urbe Cittium, quæ erat Cypri urbs nobiliſſima, à Kittim; unde & ipſi Cyprii in Scriptura vocantur Cittim, ac poſtea omnes inſularum vicinarum populi, Macedones, Itali ipſi, dicti Cittim. Sed primo Cypro Inſulæ hæc tributa denominatio, ut pote quæ ex Syria, ac Judæa ſolventibus, prima navigantibus occurreret, unde à Syris & Judæis ut plurimum incolebatur. Qui viribus & numero, tandem in iſta inſula ita creverunt, ut ſuperiores ſub Trajano, omnes inſulæ accolas Ethnicos, & Idololatras, ad internecionem deleverint. Abraham Zachutus in Juchaſim* והיהודי״ אשר בניפרי שמעו בדבר הזה ויקמו ויהרגו כל בנו׳ על בלתי ששאיר להם שריד. Cujus rei cum rumor ad Judæos perveniſſet, inſurrexerunt, ac deleverunt omnes Gentes in Cypro, adeout nullus ex Ethnicis ſuperſtes remaneret. *Ibi non legendum* גיפרי *, per* ר*, quaſi Ægyptus eſſet intelligenda, ut voluit vir doctus, nec pagus* גפר, Φρούριον ὕπερ Ἱεριχοῦντος, ὃ ὀχυρότητι, καὶ κάλλει διάφορον τειχίσας Ἡρώδης, ἀνέθηκε τῇ μητρὶ, προσειπὼν Κύπρον. Caſtellum ſupra Jericho, quod ſitu, & pulchritudine eximium ædificavit

vit

vit Herodes, illudque Cyprum vocavit, memoriæ matris conſecratum. *Verba Zacbuti ſunt intelligenda de Inſula Cypro, quod etiam confirmatur Teſtimonio R. D. Gans in Chronico.* Judæi quoque in Gophri, quæ eſt Tſipharan, ſeu Cypros, internecione deleverunt omnes Gentiles, adeo ut nullus inter eos ſuperſtes relinqueretur. *Nec de alia Cypro hoc patitur intelligi Euſebius; in Chronic.* Τοὺς, *inquit*, ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου Ἕλληνας Ἰουδαῖοι ἀνελόντες τὴν πόλιν καθέσκαψαν. Salaminam Cypri *ambiguam non veram Salaminam*, interfectis in ea Gentilibus, ſubverterunt Judæi. *Ex quibus Euſebii verbis, Auctor ad finem Hieronymi de locis Hebraicis.* Salamis civitas in Cypro inſula, nunc Conſtantia dicta, quam Trajani Principis tempore, Judæi, interfectis omnibus accolis, deleverunt. *Ad iſtam vero cladem, Romanorum ita exarſit ira & indignatio, ut in Inſula Cypro, non tantum Judaos deleverint, ſed omnibus omnino aliis Judais Inſula acceſſum ac aditum penitus prohibuerint. Abrah. Zachut. Loc. cit.* וכשמוע טראגאנוס הדבר הזה וישלח את אדריאנוס עליהם ויכניעם וישימו דת ברומא שלא יכנס שום יהודי בניפרי. Quod cum intellexiſſet Trajanus, miſit contra Judæos Adrianum, qui illos proſtravit, & ſub jugum miſit. Et Romæ Lex lata & ſancitum decretum, quo prohibetur Judæis omnis Cypri acceſſus. *Et eo cæca ruit Romanorum indignatio, ut tempeſtate jactatos Iudæos ac ad littora Cypria naufragos appellentes, à littoribus arcere ac removeri juberent, mallentque illos ventorum ludibria tempeſtate quati, ac agitari, imo, mergi, & naufragio perire, quam aſylum, ac ſecuritatis in portu beneficium, ad breve tantum tempus, donec deferbuiſſent maris æſtus, & ventorum tempeſtas ac hyemes, Iudæis concedere. Hoc Dion obſervavit Hiſtor. Lib. 68.* ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πολλὰ ἔδρασαν ὅμοια, καὶ ἐν τῇ Κύπρῳ, ἡγουμένου σφίσιν Ἀρτεμίωνος, καὶ ἀπώλοντο καὶ ἐκεῖ μυριάδες τέσσαρες καὶ εἴκοσι. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν Ἰουδαίῳ ἐπιβῆναι αὐτῆς ἔξεστιν, ἀλλὰ κἂν ἀνέμῳ τις βιασθεὶς, εἰς τὴν νῆσον ἐμπέσῃ,

θανατῦται. Atque in Ægypto multa ſimilia ab eis patrata ſunt, & in Cypro, Duce illorum Artemione, ubi occiſa ducenta & quadraginta hominum millia. Ex eo factum eſt, ut nulli Judæo illuc venire liceret, & etiam ſi tempeſtate jactatus illuc appelleret, ſtatim interficiebatur. *Ideo poſtea rari in Cypro inventi Iudæi, cum ante hæc tempora ibi rerum potirentur, ac auctoritate, ac numero omnes inſulæ incolas facile ſuperarent. Frequentiores forſan in Cyrenia, ac Labithi ſeu Lapetho urbibus Cypri, de quibus Strabo ac Stephanus, ex quibus, ob portus ac ſtationis commoditatem facilius in Iudeam, ac Hieroſolymas ſolvebant ac pergebant Iudæi. Unde forſan Synogogæ Hieroſolymis, Cyrenæorum ac Libertinorum. Quod non intelligendum videtur, de Iudæis Cyrenenſibus ac Lybiſtinis in Africa; ſed de Cyrenæis, ac Labithenis in Cypro, quorum urbs* Labithus *dicebatur, à* لبث *quod portum, ſtationem,* ὅρμον *ſignificat; cum vero in iſtis urbibus frequentes degerent Iudæi, Sacrorum ac Feſtorum cauſa Hieroſolymam ſæpe confluebant, ac ideo Synagogæ illis peculiariter deſtinatæ, diſtinguebantur ac curabantur. Cypriis nimirum Iudæis, quorum numerus copioſiſſimus, in inſula proxima Cypro.*

Ideo in Cyprum ſe recipit Barnabas, non minori erga populares Iudæos fervens ſtudio ac deſiderio, quam ſocius illius Paulus, quem Anathema non terrebat, modo poſſet fratrum ſalutem promovere. Sic Barnabas media in Cypro Iudæis convertendis, ac ad Evangelium pertrahendis invigilabat, donec vigiliis ac laboribus fractus, tandem pro Chriſti doctrina Martyrio ibidem coronaretur. Ex Origine vero, vita, geſtis, Martyrio Barnabæ in Inſula Cypro, ortum crediderim Privilegium Αὐτοκεφαλίας, *quod Metropolitanus Cyprius ſemper in Eccleſia ſibi vindicavit. Nam à fundatoribus ſemper non mediocrem ſibi conciliarunt Auctoritatem ac dignitatem Eccleſiæ. Sic Antiochena, à Petro, Hieroſolymitana, à Chriſto, Apoſtolis, Diſcipulis, Alexandrina à Marco, Romana à Petro & Paulo, non levem ſibi ſemper tribuerunt exiſtimationem. Sic Byſan-*

tina

tina ſeu Conſtantinopolitana ab Andraa, Orientalis ſeu Meliapurenſis à Thema; Axumitana à Frumentio, Epheſina à Joanne Apoſtolo vel ipſo Polycarpo, magnum decus inter alias Eccleſias ſibi vindicaverunt. Unde Epheſinus Epiſcopus, vocabatur ὑπέρτιμος ἔξαρχος πάσης Ἀσίας. *Ut videre eſt apud Codinum de Officiis Conſtant. Eccleſ. & ut nos ipſi vix Ephebi didicimus, ex Metropolita quodam Epheſino, qui hic Leida tunc agebat, cum hic humanis & Sacris Diſciplinis primum informaremur. Sic ergo Cyprius Metropolita Conſtantinus ſeu Conſtantia Epiſcopus,* Ἀυτοκέφαλος *haberi voluit, quia Barnabam Apoſtolum Cypria Eccleſia fundatorem agnoſcebat, & in tota Cypro Inſula, memoria Barnaba eſſet à primis Eccleſia incunabulis, longe florentiſſima. Nam hoc tribuendum non videtur tempori inventionis Reliquiarum Barnaba in Cypro inſula. Hoc tantum contigit ſub Zenone Imperatore: Anno* 485. *Cedrenus,* τούτῳ τῷ χρόνῳ, *nimirum An.* IV. *Imperii Zenonis,* τούτῳ τῷ χρόνῳ, τὸ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Βαρνάβα λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ, ὑπὸ δένδρον Κερατίαν κείμενον. *Notitia Nili Doxopatrii, qua extat inter noſtra hac varia Sacra,* ὥσπερ καὶ ἡ νῆσος Κύπρος, ἔμεινεν Ἀυτοκέφαλος, παντελῶς, καὶ μηδενὶ τῶν μεγίστων θρόνων ὑποκειμένη, ἀλλ' αὐτεξούσιος οὖσα διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐν αὐτῇ τὸν Ἀπόστολον Βαρνάβαν. *Notitia qua Leoni adſcribi ſolet, ſecul.* IX. Δεῖ εἰδέναι ὅτι αὕτη ἡ Κύπρος Ἀυτοκέφαλός ἐστι, μὴ τελοῦσα ὑπὸ ἀποστολικὸν θρόνον, ἀλλὰ τιμηθεῖσα, διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐν αὐτῇ τὸν ἅγιον Ἀπόστολον Βαρνάβαν. Sciendum Cyprum ſui juris eſſe, nulli Apoſtolico Throno obnoxiam, ſed eo dignitatis promotam, ob inventum in ea Sanctum Apoſtolum Barnabam. *Niceph. L.* XVI. C. XXXVII. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ ἡγεμονίας, καὶ τὸ λείψανον Βαρνάβα τοῦ Ἀποστόλου εὑρέθη, ἐν Κύπρῳ ὑπὸ δένδρον, ὃ κεράτιον λέγεται, κείμενον. Ἐκ ταύτης τοίνυν προφάσεως καὶ Κύπριοι, τὸ κατ' ἀρχὰς περιγεγόνασιν, Ἀυτοκέ-

φα-

φαλον ἔχειν τὴν καθ' αὑτοὺς μητρόπολιν. Sub ejuſdem (*Zenonis*) Imperio corpus etiam Barnabæ in Cypro, ſub arbore quæ Siliqua dicitur inventum eſt. Hac de cauſa primum Cyprii ſui juris haberi cæperunt. *Ubi obſervandum interpretem Nicephori optime reddidiſſe Siliquam, arborem iſtam ſub qua reperta Barnabæ Reliquiæ, quod alii male de Ceraſo intelligunt. Joelus Chronographus, in Zenone,* Καὶ τοῦ Ἀποστόλου τὸ λείψανον εὑρέθη, ὑπὸ δένδρον κερατίαν. *Quæ ſic reddit vir Græce cætera doctiſſimus.* Item Barnabæ Apoſtoli corpus ſub Ceraſo inventum eſt. Κεράτια *vel* Κεράτιον, *non eſt Ceraſus, ſed eſt Siliqua. Quæ vox etiam occurrit in Evangelio Lucæ,* C. xv. *ubi agitur de filio qui erat* ζῶν ἀσώτως, *de illo quippe dicitur verſu* 16 ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι. Deſiderabat ventrem ſaginare, *non Ceraſis, ſed ſiliquis, quas porci comedebant.* Κεράτια *non ſunt etiam leguminum tegmenta, thecæ, involucrum, rejectanea poſt, ex illorum cortice ac folliculis, eruta & enucleata legumina. Sunt ipſi fructus arborum quæ dicuntur Siliquæ. Quos fructus Gallice dicimus,* Carouges, *non à voce* κυράβιον *quod folliculum notat, ut vult vir Doctus. Sed à voce Arabica Syriaca, Chaldaica* חרובא. *Sic vocem* Κεράτια *reddiderunt Syrus & Arabs Interpretes.* Κερατώνια *dicitur arbor Græcis, &* ξυλοκεράτια, *unde male alicubi legitur Xulocaracta, vel Xulocaracte, pro Xulocerate vel Xulocarate.* Κορατώνια *vero non dicebatur, nec* Κεράτιον *ſive* Κερατία, *à* גרה *grano, ſemine, ut voluit vir quidem eruditus.* Fuit inquit Gera numulus, tantum pendens argenti, quantum ſedecim grana hordei, ſive ſemen ſiliquæ, quam חרוב appellant Hebræi & Arabes, & Græci Κεράτιον, ab ea ipſa voce Gerah. Cum vero fuerit מטבע קטנה moneta parva, veriſimile eſt, ab illa etiam derivatam vocem Græcam γρῦ, quæ apud Heſychium eſt εἶδος μικροῦ νομίσματος. Vnde μηδὲ γρῦ φθέγγεσθαι, ne gru quidem loquitur.

r

Hac

Hæc ingenioſa & docta, ſed à veritate aliena. γρῦ *& gru loqui, eſt grunnire, voce à ſuibus, & Marcis Grunniis Corocottaporcellis per* ὀνοματοποιΐαν *derivata.* Κεράτιον *non eſt à* גרה, *ſed à* Κέρας *cornu, quia ſiliquæ ſunt corniculatæ & falcatæ ut apud Plinium videre eſt. Melius Budæus de Aſſe Lib.* 3. Bonitas auri in 24. Caractis conſommatur. Caractas à Curatio verbo Græco deflexit. Eſt enim Coratium, minuti ponderis vocabulum, à grano ſiliquæ dictum, qui fructus eſt Italicæ arboris, digitorum hominis longitudine; intus ſunt grana quæ Coratia dicuntur, nomine cum fructu communicato. De quo Columella, & Dioſcorides. Genuæ vocatur Caruba. *Hæc ſunt præcedentibus veriſimiliora. Fallitur tamen etiam Budæus, cum Caractas quos Gallice dicimus,* Caras, de l'or à vingt quatre Caras, *à* Κερατίω *vocem detortam exiſtimat. Nam eſt à* χαράσσω *inſculpo & Caractere quodam noto. Unde* χαράτζιον, *denarius, & Tributi cujuſdam genus, quod Imperatoribus Conſtantinopolitanis ſolvebatur, & quo adhuc ſub Turca, hodie Chriſtiani onerantur ſi non obruuntur. Fallitur etiam quod arborem iſtam Italicam vocet, eſt Græca, etiam Syra, ſeu Damaſcena, & Orientalis. Arabibus dicitur* الحروب الشامي, *&* حروب النبتي. *Ut videre eſt apud Avicennam, Lib. 2. Can. Med. & Abenbitarem, apud quem dicitur etiam* خروب المغري *Elmagri, niſi forſan legendum* المغربي *occidentale; &* ينبوت *Janbut. Unde vox intelligenda in Lexico Bellunenſi.* Xylocaracte *lege Xylocerate,* Carnub Leucce, *lege Carnub, Leuce, non* λεύκη, *populus arbor, ſed Leuce Carnub,* plurimum reperitur Damaſci, & dicitur Aljembuth. *Quæ eadem ipſa vox eſt,* ينبوت, *quæ occurrit apud Abenbiter. Non vero tantum creſcit in Syria, & Damaſci, ſed in aliis locis, Theoph. L.* 4. περὶ Συρίαν γίνεται, καὶ ἐν Ἰωνίᾳ, καὶ περὶ Κνίδον, καὶ Ῥόδον. Naſcitur in Syria, in Jonia, circa Cnidum, circa Rhodum. *Unde non mirum*

ſi in Cypro vicina inſula etiam occurreret, & ſi ſub Caruba vel Carnuba, ſeu Κερατίῳ *ibi deliteſcentes Barnabæ Reliquiæ tandem inventæ fuerunt. Arbor quippe eſt cujus rami, lati ſatis, & expanſi; unde frigida iſta fabula Judæorum in Rabbot, qui notant Abſalomi Capillorum annuas ſuperfluitates abraſas ducentas Libras pondere ſuperaſſe, quia illius Cæſaries* היה גדולה כחרובים, erat magna, ſicut arbor Charubi, *& Cincinnis diffuſis, graniſque & Stolonibus ut ita dicam quaqua verſum Luxuriantibus, inſtar ramorum arboris* Κερατίου. *Hæc ineptiſſimi iſti homines, de ducentis ſiclis Capillitii Abſalomitici, de cujus pundere videndus Nobiliſſimus genere ac Doctrina Bochartus, in Diſſertationibus ſuis ineditis, & extrema ſupremaque Auctoris voluntate nuncupandis Illuſtriſſimo Heroi, Montauſerio Duci, Herculi* Μουσηγέτῃ, *& literarum literatorumque Patrono generoſiſſimo. Sub iſta vero Arbore inventum Barnabæ corpus, tranſlatum fuit Conſtantinopolim, & in Baſilica Palatii, Sancto Stephano dicata, fuit collacatum, cum Evangelio Mathæi, manu propria Barnabæ exarato. Theodor. Lector.* Βαρνάβα τοῦ Ἀποστόλου τὸ λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ ὑπὸ δένδρον Κεράτιαν, ἔχον ἐπὶ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ἰδιόγραφον τοῦ Βαρνάβα. Τὸ δὲ τοιοῦτον Εὐαγγέλιον Ζήνων ἀπέθετο ἐν τῷ Παλατίῳ, ἐν τῷ ἄλλῳ στεφάνῳ. Reliquiæ Apoſtoli Barnabæ inventæ ſub Arbore Ceratonia, ſeu Siliqua, ſuper cujus pectore erat Evangelium Mathæi. Iſtud vero Evangelium Zeno depoſuit, in Palatio, in æde Sancti Stephani. *Sic nuperus Theodori Interpres, qui facile animadvertit hæc Theodori verba,* ἐν ἄλλῳ στεφάνῳ *nullum congruum fundere ſenſum. Ideo legit* ἐν ἁγίῳ στεφάνῳ. *Sed dicendum foret* ἐν στεφάνου. *Sicut* ἐν Ἀθηνᾶς, ἐν Δημήτρος, ἐν Ἀπόλλωνος, Ἀγλαύρου *&c. In æde Minervæ, Cereris, Apollinis, Aglauri, &c. Ideo mallem legere* ἐν ναῷ *unde factum per corruptionem,* ἐν ἄλλῳ. *Sic Joelus in ſua Chronogr.*

εὐ-

εὑρέθη λείψανον Βαρνάβα, ἔχον ἐπὶ στήθους, τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον; ὅπερ ἀποτεθὲν παρὰ Ζήνωνος ἐν τῷ Παλατίῳ εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου στεφάνου &c. Quæ verba deſumpſiſſe videtur Joelus ab ipſo Theodoro Lectore.

Et revera in Palatio, in parte quæ dicebatur Δάφνης, ædes Sacra Sancto Stephano, boni ominis cauſa exſtructa fuerat, ab Imperatrice Pulcheria, & in qua Imperatores Orientis ſolebant Coronari. Luitprandus, in narratione Legationis ſuæ, in Domo, quæ Stephano, ideſt Coronaria dicitur, adductus ſum. *Et illam fuiſſe Stephano Protomartyri Sacram, & in illa Coronatos Imperatores, Auguſtas, Imperatorum Liberos, patet ex variis Theophanis, Cedreni, Chronici Alexandrini locis, ut obſervatum viro miranda doctrina & diligentia ſingularis, Carolo du Freſne Cangio, in eximio ſuo opere Conſtantinopoleos Chriſtianæ. Illuc vero tranſlatum fuit Evangelium Mathæi, quod quidam intelligunt de Originali Hebraico. Hebraice quippe ſcripſerat Mathæus ſecundum ſententiam omnium fere Patrum. Auctor vitarum Apoſtolorum & Evangeliſtarum Arabice.*

بدايه البشره متي بفلسطين وكمله في الهند عبرني

Principium Exangelii Mathæi in Paleſtina, & complevit illud in India Hebraica. *Sic Kirſtenius, qui mirum in modum ſe torquet, & varias in partes ſe vertit, ut poſſit Indiam Hebraicam invenire, quo poſſit non minus quam America inventione gloriari. Et tandem exiſtimat Indiam iſtam Hebraicam, eſſe Arabiam Petræam, Paleſtinæ conterminam, & contiguam, quam ſicut Paleſtinam radiis Evangelii illuſtraverat, & in qua tandem occubuerat. Certe fruſtra hic Coſmographiam ſollicitat, & ſibi & aliis moleſtus eſt Kirſtenius. De India ſcilicet Hebraica nulla hic eſt prorſus mentio. Non de loco tantum ſunt intelligenda Auctoris Arabis verba, ſed de loco, & Lingua in qua ſuum Evangelium ſcripſerit Evangeliſta & Apoſtolus Mathæus. Scripſit* بالهند عبرني. In India,

dia, Hebraice. *Hoc colligere licet ex additis ad Evangelia Arabica editionis Erpenii, in hoc Athenæo quondam Linguarum Orientalium maximi columinis, & cujus manes liceat nunc mihi jure compellare, hoc quem facit indignatio verſu.*

Exoriatur ovans tantis ex oſsibus ultor,
Collapſas docto Linguas qui vindicet ore,
Arabicasque ſuo, reſtauret marte ruinas,
Et Leydæ Rhenoque Syrum cito reddat Orontem.

Hæc enim ibi ad calcem Mathæi leguntur. كمل نسخ بشارة متي الرسول وكان كتبها بارضا فلسطس بالهام روح القدس عبرني. Explicit Liber Evangelii Mathæi Apoſtoli, quod ſcripſit ope, & auxilio Spiritus Sancti, Hebraice. *Quod certe ex ipſo Auctore Arabe facile colligi poterat. Hæc enim apud illum leguntur.* طلبو منه ان يقوي عزمهم بنصر مادعاهم وبشرهم ويكتاب بالغت عبرنية. *Quæ ſi reddenda cenſeo.* Turbæ, quæſiverunt ut illorum mentes & Conſilia corroboraret in Chriſtianiſmo, ad quem illos vocaverat, & Evangeliſaverat; & ſcripſit, *non* كتب في *ſeparatis ſyllabis*, ſed فبكتب ac ſcripſit Lingua Hebraica. *Quæ ſententia placuit venerandæ turbæ, & coronæ omnium veterum Patrum. Facile igitur adducor ut credam Exemplar iſtud, Barnabæ propria manu deſcriptum fuiſſe Hebraice, ad uſum ipſius Barnabæ, qui Gente Judæus erat, & qui Judæorum ſaluti & converſioni vigilantiſſimus incumbebat. Cum vero Mathæus, quem Judæorum cura urebat præcipue, Evangelium ſuum Hebraice ſcripſerit, ſatis ſit vero conſentaneum, Barnabam, fratrum ſuorum ſecundum carnem ſollicitum, eodem exemplari, &*

Lin-

Lingua Judæis familiari, ſcripto uſum fuiſſe, ut clarius myſteria Evangelii, & tota Diſciplina Chriſtiana illis repreſentaretur, faciliusque & celerius illis aſſueſcerent. Voluit vero ſecum humi condi, quaſi ἐπιστήθιον, ut omnibus innoteſceret, ſe ad mortem uſque, Evangelii Doctrinam eſſe profeſſum. Illam non verbo ſed corde annuntiaſſe, illoque tanquam viatico, munitum, ſe animam Deo reddidiſſe, corpusque expectare beatam reſurrectionem. Nam ſicut apud Judæos, ſolebant Doctores ſepelire cum clave & pugillaribus, inſignibus Doctoratus. Sicut apud Chriſtianos, Reliquias Sanctorum Martyrum ſecum terræ mandari quidam volebant; ut patet in Daniele Stylita, Bernardo, Martino, Mauro. Sicut alii ipſam Sacram Eucbariſtiam ſupra pectus mortuorum imponi, & cum cadaveribus ſepulchro condi curabant, ut patet Teſtimonio Bedæ, Amalarii Fortunati, Gregorii Dialogiſtæ, Iſonis Monachi Sangallenſis, in vita Othmari Abbatis. Quod tamen prohibitum Canonibus Conciliorum, Altiſiodorenſis, Hipponenſis, Carthaginenſis, Trullani; ſic non ſuperſtitione quadam, ſed nobiliori quodam Conſilio voluit Barnabas ſepeliri cum Evangelio Mathæi, ἰδιογράφῳ, tanquam doctore ſuo unico, ex quo ſolo hauſerat, ea quæ Judæis & omnibus auditoribus ſuis declaraverat & annuntiauerat. Non vero ea fine & mente, quam illi tribuit nuperus Auctor Libelli de prohibitione Lectionis Sacræ Scripturæ, illius que verſione, Lingua vulgari, & plebi nota & communi. Bartholomæus, *inquit*, & Barnabas, duo inſignes Apoſtoli, cum Doctrina Chriſtiana Gentes varias imbuerent & informarent, ſecum habebant Evangelium Mathæi, ut pignus, & Teſtem veritatum quas publice profitebantur, non vero ut depoſitum quod populi manibus credere & permittere deberent. Hinc eſt quod nunquam paſſi ſint, illud verſionibus vulgaribus veſtiri, & donari, imo nec à manibus ſuis excuti & removeri noluerunt, ſed in eodem ſepulchro ſecum condi poſtularunt, ut ſic verbo Dei veritas ſua ſemper conſtaret, & populorum attrectatione,

&

& verſionibus vulgaribus, Textus illius puritati & ſinceritati nullomodo delibaretur. Hæc illuſtria exempla mirum in modum commendant ſapientiam Eccleſiæ, & adverſariorum funditus evertunt ſententiam injuſtam, qua literas Sacras vertendas, & cum populo & Laicis communicandas iniquiſſime contendunt. *Ad quæ verba Arnaldus vir doctiſſimus, & qui per convitia & laudes maximum nomen ſibi comparavit, jure ac merito ſic reſpondet ſtupens & attonitus.* An poſſibile eſt D. Mallet, tam cæcum eſſe, ut non videat horrendas conſequentias quæ ex illius verbis facile necti poſſunt. An non eſt impietas maxima, ita duos Apoſtolos committere cum tota Eccleſia, quæ contrarium ſemper & ubique ſtatuit. Dubium eſt & incertum, an in hoc præſenti ſeculo talium enormitatum pœnas debeat luere, ſed admodum verendum eſt, ne in futuro ſeculo, & Coram Tribunali Deī, non eandem quam nunc experiatur impunitatem. *Et ſane, ad Malleti ſtupendum iſtud dogma, nullus eſt Chriſtianus qui ſtatim non horreat; quod feciſſent procul omni dubio Polycarpus meus, & illius Diſcipulus Irenæus, qui ſi redivivus talia audiret, nullus dubito quin Maletum, invaderet his acrioribus verbis, quibus olim Florinum, in Epiſtola ad iſtum Hæreticum ſua.* Ταῦτα τὰ δόγματα Μαλέτι, οὐκ ἔστιν ὑγιοῦς γνώμης. Ταῦτα τὰ δόγματα ἀσύμφωνά ἐστι τῇ Ἐκκλησίᾳ, εἰς τὴν μεγίστην ἀσέβειαν περιβάλλοντα τοὺς πειθομένοις αὐτοῖς. Ταῦτα τὰ δόγματα, οὐδὲ οἱ ἔξω τῆς Ἐκκλησίας Αἱρετικοὶ, ἐτόλμησαν ἀποφήνασθαί ποτε. Ταῦτα τὰ δόγματα, οἱ πρὸ ἡμῶν Πρεσβύτεροι, οἱ καὶ τοῖς Ἀποστόλοις συμφοιτήσαντες οὐ παρέδωκάν σοι. Καὶ δύναμαι διαμαρτύρεσθαι ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ, ὅτι εἴ τι τοιοῦτον ἠκηκόει ἐκεῖνος ὁ μακάριος Πολύκαρπος Ἀποστολικὸς Πρεσβύτερος ἀνακράξας ἂν καὶ ἐμφράξας τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ σύνηθες εἰπὼν, ὦ καλὲ θεὲ, εἰς οἵους μὲ καιροὺς τετήρηκας], ἵνα τούτων ἀνέχωμαι. πεφοίγοι ἂν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος ἢ ἑστὼς τῶν τοιούτων ἀκηκόει λόγων.

Hæc

Hæc dogmata, ô Malete, ſanam ſententiam non habent. Hæc dogmata diſſentiunt ab Eccleſia, & in maximam impietatem eos conjiciunt, qui ipſis obtemperant. Hæc dogmata nec Hæretici quidem, qui ſunt extra Eccleſiam, auſi ſunt pronuntiare. Hæc dogmata, qui ante nos fuerunt Presbyteri, & qui Apoſtolorum uſi ſunt conſortio, non tibi tradiderunt. Et poſſum coram Deo teſtificari, B. Polycarpum, Presbyterum illum Apoſtolicum, ſi tale quid audiſſet, reclamaturum & aures ſuas obturaturum, proque conſuetudine ſua dicturum, Bone Deus, ad quam iniqua tempora me reſervaſti, ut iſta patiar? quin & ipſum, locum declinaturum, in quo vel ſedendo vel ſtando tales Sermones audiſſet. *Ac proinde Arnaldi zelus & ſententia omnibus probis laudanda & confirmanda veniunt, & omnium Chriſtianorum vota & ſuffragia impoſterum merebuntur. Nec credibile eſt tam infelicia futura, ſequentia ſecula, ut quemquam poſt Maletum, alium unquam ferant, qui tam turpiter & neſarie abutatur conſilio & mente Apoſtoli Barnabæ, qui Evangelio Mathæi, tanquam pectorali, Rationali, Ephod,* ἐπιςηθίω, *cadaver ſuum & ſepulchrum voluit condecorari.*

Evangelio vero Mathæi muniri pectus ſuum juſſit & poſtulavit, non vero Epiſtola quæ hodie illi tribuitur. Unde certa ſatis conjectura omnes poſſunt aſſequi, illam non agnoſcere Barnabam, Auctorem, & eſſe fœtum ſecundi non vero primi ſeculi. Et revera ſi genuinus foret illa B. Barnabæ partus, non video quare inter ſcripturas Canonicas non relata fuiſſet, & parentis dignitas Apoſtoli nempe Barnabæ, Pauli Apoſtoli Socii, & de Eccleſia inſtar aliorum Apoſtolorum tam bene meriti, illi locum inter Libros Sacros proculdubio vindicaſſet. Quod factum de Epiſtola ad Hebræos, cujus illum Auctorem, vel ſaltem Interpretem, agnoſcunt quam plurimi, qua de re nos alibi fuſe. Deinde Epiſtola quæ Barnabæ ſolet adſcribi, ſcripta fuit poſt Eccidium Hieroſolymitarum, nam in illa fit mentio Templi everſi & deleti. Quod contigit diu poſt quam rebus humanis ereptus

fuit Apoſtolus Barnabas. Poſſumus & illud addere, multa citari in iſta Epiſtola, ex fontibus hauſta & petita, qui Apoſtolis ac Apoſtolicis viris ignoti prorſus, vel minus frequentati, imo neglecti fuerunt. Plurima quippe in ea memorantur ex Apocryphis, ac Lacunis Judaicis derivata, more prorſus inſolito beatis Apoſtolis, ac qui tantum ſeculo ſecundo incæpit uſurpari. Deinde ſi vera eſt quorumdam opinio, Barnabam eſſe Auctorem ſeu Interpretem Epiſtolæ ad Hebræos, in quam ſententiam patior facile me perduci, non video, quare ſecundis curis, argumentum iſtud iterum pertractaſſet, cum quadam primæ delibatione, quaſi in Epiſtola ad Hebræos materiam iſtam nimis perfunctorie, minuſque fæliciter eſſet proſequutus. Et hinc forſan occaſio adſcriptæ hujus poſterioris Epiſtolæ, Apoſtolo Barnabæ. Nam cum illa ad Hebræos Cononica, illi tribueretur, et apud quam plurimos vigeret iſte rumor, imo ſententia, Barnabæ illam eſſe legitimam prolem, alii vero Paulo vindicandam exiſtimarent. Lis tandem ab aliis fuit compoſita, hac nempe conditione, ut prior, ad Hebræos, Paulo Apoſtolo cederetur, poſterior vero Apoſtolo Barnabæ. Quem cum ad Hebræos ſcripſiſſe, unanimi fere conſenſu ab omnibus agnoſceretur, facile viri graviſſimi paſſi ſunt; poſteriorem hanc ad Hebræos illi tandem adſcribi, cum tamen illius minime Auctor eſſet. Enim vero loca Sacræ ſcripturæ minus apte allegata, & aliquando detorta, non levem eccitant ſuſpicionem, hanc non ab Apoſtolo ſcriptam fuiſſe, qui Spiritus Sancti præſentia afflaretur & regeretur. Talis eſt locus Eſajæ 3. 11. quem pro Meſſiæ per Judæos rejectione, mira animi urget contentione, cum tamen ad rem iſtam locus iſte ſit prorſus ἀπροσδιόνυσος, *ut oſtendimus obſervationum noſtrarum pag. 595. Ibi quippe dicitur quod varia futura ſit ſors et conditio juſtorum et impiorum; hi quippe ſunt perituri. Sed inquit Deus per Prophetam,* אמרו צדיק כי טוב, *dicite juſto, quod bonum et merces optima illi* ἀνακεῖται *ac reſervatur.* LXX. *vero Interpretes prave, vel pravis uſi codicibus,* δήσωμεν δίκαιον ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. *Quæ prorſus à textu ſunt aliena,*

&

& quæ divinus Apoſtolus, Judæus ipſe, & Codicibus Hebræis terendis aſſuetus non uſurpaſſet, de Meßia, & iſto ſenſu tam detorto, cum Hebraica in Textu Originali alium planum & congruum omnino repreſentent. Et revera tempore Barnabæ et Apoſtolorum, iſta verba de Meßia nullomodo intelligebantur, ſed de Jacobo Fratre Domini, Epiſcopo Hieroſolymitano, qui juſtus vocabatur, ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ, inquit Hegeſippus. Alludens ad hunc locum Eſayæ, ubi ſit mentio juſti in genere; ſed Judæi & Chriſtiani tempore Jacobi, hoc de Jacobo intellexerunt, ὃς δίκαιος ἐκαλεῖτο, qui vocabatur juſtus. Ideo Judæi, referente Hegeſippo, abutentes loco Eſayæ. ἐπλήρωσαν τὸ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γεγραμμένον, κράζοντες καὶ λέγοντες, ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι ἡμῖν δύσχρηστος ἐστί. Impleverunt vaticinium Eſajæ Clamantes, Tollamus juſtum, Jacobum, nam nobis moleſtus eſt. Multum abeſt ut hæc de Chriſto intelligenda & urgenda exiſtimarent, ut fecit ſuppoſititius Barnabas. Cujus etiam Epiſtola, cum à nullo primi & ſecundi ſeculi citetur, videtur non tantæ eſſe antiquitatis, quanta illi vulgo tribuitur. Nam de illa nec Clemens, nec Ignatius, nec Polycarpus, nec Juſtinus loquuntur, viri quibus negotia cum Judæis agitanda fuerunt, & qui ab Epiſtola Barnabæ alleganda non ſibi temperaſſent, ſi ante illos ab Apoſtolo fuiſſet exarata. Juncta deinde occurreret aliquando vel cum Clementis Epiſtola, vel cum Ignatianis, quod tamen nonquam contigit, et ſemper cum Polycarpi Epiſtola ſociata reperitur. Quod certe caſu ſemper factum, repugnante temporis, et Auctorum dignitatis ratione, vix eſt veriſimile. Quibus & hoc etiam poſſumus addere, illam revera ſemper adnexam occurrere Epiſtolæ Polycarpi, ſed nonquam illi præfigitur, et in vetuſtioribus codicibus ſemper ſcribitur ad calcem, non vero in capite voluminis, quod complectitur Epiſtolam Polycarpi. Unde vero ſitus iſte, et locus poſtremus, ſemper Epiſtolæ Barnabæ adſignatus, ſi veteres credidiſſent, illam revera eſſe Barnabæ, Apoſtoli, Socii D. Pauli, de Eccleſia bene meritiſſimi, et cui Polycar-

pus, inſignis licet Chriſtianorum Doctor, Primatum, omni jure cedere debuiſſet.

Non levi ergo ſuſpicione adducor ut exiſtmem, ſaluo tamen meliori judicio iſtam Epiſtolam tribui poſſe ipſi B. Polycarpo. Nam ante Polycarpum non videtur extitiſſe. Nonquam ſola occurrit, nonquam aliis Epiſtolis vel operibus adnectitur, ſed ſemper Polycarpi Epiſtolæ ſociata legitur. Hinc eſt quod poſtrema verba Epiſtolæ Polycarpi, ab incautis Lectoribus habeantur pro capite Epiſtolæ quæ ſub nomine Barnabæ circumfertur, adeo arctus erat nexus iſtarum Epiſtolarum. Et cum Polycarpus varias exaraverit Epiſtolas, ut ſupra dicebamus, non video ullum periculum, quo illi & Epiſtolam Barnabæ tribuere prohibeamur. Præcipue cum ſeries continua & perpetua Epiſtolarum hoc ſuadeat, cum tempus omnino quadret, cum in illa nihil occurrat quare Polycarpo debeat abjudicari, & argumentum Epiſtolæ, nimirum Judæorum informatio congruat, tempori, Zelo, induſtriæ Polycarpi, & loco ubi per 86. annos vixit & docuit Beatus ille Martyr. Smyrnæ nimirum, Ephesi, Antiochiæ, & in tota Aſia Minori, ubi numeroſiſſima Judæorum copia. Hinc Epiſtola Apoſtolorum ad converſos Judæos, ſparſos per Cappadociam, Pontum, Bythiniam, Aſiam. Hinc variæ Synagogæ Ancyræ in Galatia, ubi Judæis conceſſa ab Imperatoribus Privilegia aſſervabantur. Ἐν Ἀγκύρῃ *apud Ioſephum, non* ἐν Ἀργύρῃ *ut voluit vir doctus, quaſi Privilegia ſcripta eſſent in columna argentea, quod figmentum farfari foliis levius, alibi difflamus, & removemus. Hinc etiam Epheſi tantus Iudæorum numerus, quorum artibus, et furore, parum abſuit quin Paulus obrueretur. Denique Smyrnæ in ipſa frequentes erant Iudæi, quorum multi, induſtria Polycarpi ad fidem perducebantur, alii vero efferati, et furentes, nihil intentatum prætermittebant, quo poſſent eſſe graves et moleſti Polycarpo, odiumque quo illum proſequebantur proderent, ac manifeſtarent. Hinc prava conſilia, molimina, inſidiæ, perſecutiones contra Polycarpum, quo periculum*

ricu-

riculoſiorem Synagoga, et ritibus Iudaicis, inter omnes Chriſtianos ſui temporis, nullum experiebantur. Ideo cum proditus et ad Martyrium raperetur Polycarpus, ignique adjudicatus eſſet, veriti Iudai, ne merito, conſtantia, dictis, veneranda Canitie Martyris, mollirentur ipſorum Ethnicorum præſentium corda, ſtatim rogum ipſi pracipui pararunt, ut citius ille vivus combureretur. Τότε ἔδοξεν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε τὸν Πολύκαρπον κατακαυθῆναι. Καὶ ταῦτα μὲν τοιούτου τάχους ἐγένετο, θᾶττον ἢ λεχθῆναι, τῶν ὄχλων παραχρῆμα συναγαγόντων ξύλα καὶ φρύγανα, μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων. Tunc unanimitus, *inquiunt Smyrnenſes, Polycarpi populares, in eorum* Epiſtola, Clamarunt ut vivus Polycarpus arderet. Quod dicto citius factum eſt, turbis ligna & ſarmenta ſtatim colligentibus, & Judæis præcipue ad iſta, more ſuo, alacriter miniſtrantibus. *Adeo ardebant ipſi erga Polycarpum invidia, et ira implacabili. Ideo cum Reliquias glorioſi martyrii peterent Chriſtiani,* ἐνέτυχον τῷ Ἄρχοντι, ὥστε μὴ δοῦναι, μή, φησιν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβεσθαι. Καὶ ταῦτα εἶπον, ὑποβαλλόντων καὶ ἐνισχυόντων Ἰουδαίων. Interceſſerunt Turbæ apud Præſidem, ut eas Chriſtianis non concederet, ne relinquentes Crucifixum, inciperent Polycarpum adorare. Iſta vero dicebant inſtantibus & inſtigantibus Judæis. *Unde patet Iudaos frequentes fuiſſe Smyrna, & in iſta Polycarpi Tragadia, non fuiſſe* κωφὰ πρόσωπα, *et Polycarpi, ac Chriſti ſe prodidiſſe hoſtes inſenſiſſimos. Ideo per contemptum, et Sarcaſtice, Chriſtum, vocant more ſuo familiari* ἐσταυρωμένον, *crucifixum, non Ieſum, non Chriſtum, ſed* ἐσταυρωμένον, *ſicut hodie illum vocant* תלוי. *Nomine quod peperit cacus judaorum furor, non vero quod illorum Patres, illud de Meſſia in bonam partem, et citra ullam invidiam et contemptum aliquando uſurpaverint. Hoc voluit vir maximus eruere ex loco quem tamen non intellexit, licet nullus aque ac ille, litteras He-*

 braicas

braicas tanta cum doctrina, et industria tractaverit. Extat locus iſte in במדבר רבה, *in Seder*, אלה מסעי, *Paraſcha* 23. *Ubi occurrit Interpretatio vocis* נחית, *quæ occurrit Pſalm.* 77. *Verſu ultimo. Eſt vero interpretatio per Notarikon, ſeu figuram Iudæis familiarem, qua ſingulæ litteræ, vocem integram, vel ſententiam deſignant. Sic vero ſonat iſte locus,* ר יהושע אמר נפלאות עשית להם חירות נתת להם ימינך הושיע אותם תלוי ראש נתת להם. *Quæ ſic redduntur à viro iſto maximo.* R. Joſua dixit, litera נ nun, vocis נחית, notat vocem נפלאות mirabilia, & ſignificat Deum mirabilia feciſſe, in gratiam populi ſui. Littera ח notat vocem חירות libertatem, & ſignificat Deum illos in libertatem aſſeruiſſe. Littera י notat vocem ימינך dextera tua, & ſignificat Deum, dextera ſua illos ſervaſſe. Denique litera ת notat vocem תלוי ſuſpenſum, & ſignificat Deum dediſſe illis ſuſpenſum pro capite, תלוי ראש. Jam vero, *inquit ille*, quis poſſit eſſe verborum iſtorum ſenſus, dedit ſuſpenſum pro capite, niſi R. iſte Joſua voluerit, intelligendum eſſe Meſſiam, populi Dei caput, ſuſpenſum, & repreſentatum per Serpentem æneum. Certe dubium non eſt, quin per iſtum תלוי ſuſpenſum, intellexerit Meſſiam, qui Serpentis ænei in deſerto ſuſpenſi typo adumbratus fuerit. Neque enim alius, תלוי, ſuſpenſus poteſt eſſe populi caput, ראש, Princeps, niſi Meſſias. *Hæc docta, ingenioſa, externa veritatis quadam ſpecie ſeſe commendantia, et quibus aſſenſus, vix jure negari poteſt. Sed quæ primo intuitu ita placent non ſemper ſunt ſolidiora. Hoc patet, exemplo quod præ manibus habemus. Nam in iſto loco, nihil prorſus habetur de ſuſpenſo, nihil de ſuſpenſo capite, nihil de ſuſpenſo ac Crucifixo Principe populi, adumbrato per ſerpentem æneum. R. iſte Ioſua non eſt, R. Ieſus, chriſtus. Non eſt R. quidam Nazarenus, Legi juxta ac* Evangelio *addictus. Eſt R. Iehoſua, filius Levi, Coetaneus R. Akibæ, et R. Simeonis Ben Iochai, de quo, & illius colloquiis cum* Elia, *et Meſſia, illiusque raptu in Paradiſum, multa fabuloſa leguntur, in Talm. Tract. Sanhed. C. ultim.*

C. ultim. Gemar. Babyl. Maſſech. Ketuboth, et in Scebille Halleket, Fol. 55.
Iſte vero reddit ultimam literam vocis נחית*: nimirum.* ת*. per* נתת להם תלוי ראש
Dediſti illis, *non ſuſpenſum caput, & Principem, ſed,* caput elatum, *erectum,*
Indicium animi, fortitudinis, fiduciæ, omnis timoris expertis & vacuæ. Nam
תלל *notat accumulare, coacervare, in tumulos cogere & erigere, attollere.*
Hinc תלוי ראש *elatio & erectio capitis, quod per* רם*, &* נשא *in ſcriptura ſolet*
etiam deſignari, "שאת פני *erectio vultus.* ישא ראש *attollet caput, ideſt victor,*
ovans, lætus, incedet; ſicut contra, demiſſo capite, & κατηφείᾳ ſeu
vultus dejectione, metus, ignavia, langor, captivitas, ſolent repreſentari.
Ergo cum Iſraëlitæ ex Ægypto victores egrederentur, præ gaudio geſtientes,
erecto incedebant capite, Pharaonis jugum graviſſimum, & exactorum obruentes moleſtias, non amplius metuentes; & Deus illis dicitur dediſſe תלוי ראש
elatum caput, non vero crucifixum & ſuſpenſum caput, & Principem, nimirum
Meſſiam Jeſum Chriſtum, qui apud Doctores Hebræorum ſemper vocatur תלוי*,*
Beata virgo Maria תלויה*, Herba Mariæ, Herba* תלויה*. Sic ergo impudentes*
& Blaſphemi Judæi ab ipſis Evangelii primordiis Dominum noſtrum convitiis,
& contumeliis, ſolebant onerare, & cum frequentes Smyrnæ adeſſent Martyrio
Polycarpi, petulantes & inverecundi, & Martyrem & Martyris Deum invadunt. Deum, תלוי*, ἐσταυρωμένον deſpuunt & deſpiciunt; Martyris vero dolores & Martyrium augent & accelerant, ſpe forſan ſe lactantes illa, extincto*
Martyre ruiturum Evangelium, & mortem Polycarpi futuram vitam & conſervationem Synagogæ, et ſe vindicaturos forſan jacturas, & damna quæ ipſi diu paſſi fuerant, dictis, geſtis, ſcriptis B. Polycarpi, et præcipue Epiſtola quæ Barnabæ fuit
ſuppoſita, ut forſan gratior Judæis legeretur, et cujus unicus ſcopus, eſt Hebræos
convertere, illorumque præjudicatas opiniones refellere et refutare.

Cum vero illam Polycarpo tribuo, hoc tantum hæſitanter expono. Scio quid de
iſta Epiſtola ſentiant Clemens Alexandrinus, Origenes, Euſebius, Hieronymus, alii.

 Hic

Hic nihil ſtatuo vel determino, οὐδὲν ὁρίζω, *nec conjecturam noſtram ut* κυρίαν δόξαν *admittendam jubeo. Illam permitto eruditiorum judicio; quibus aſſurgam libens, et lubens, ſi meliora docuerint.*

Iſtud vero mihi ſemper viſum eſt vehementer mirum, Auctorem hujus Epiſtolæ & alios veteres & acutiſſimos Patres, Judæorum proterviam & contumaciam variis ſolidiſſimis argumentis contriviſſe & confudiſſe, & innumeris ſcripturæ locis, illorum perfidiam profligaſſe, aliquando aptiſſimis, aliquando vero minus congrue allegatis. Nonquam vero ex loco Geneſ. 49. de Silo venturo, nec de Vaticinio Danielis de 70. Hebdomadibus, nec de loco Aggæi, & Malachiæ de Domino in ſecundam Domum & Templum ſuum venturo præcipue diſputaſſe. Hæc certe multo aptius agitata fuiſſent contra Judæos, quam alia multa quæ à patribus moventur, & detorquentur. Ad iſtum vero nodum ſolvendum vel ſcindendum, nihil meo judicio aptius dici poteſt, quam primis iſtis Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus nullam fuiſſe litem inter Chriſtianos & Judæos de tempore adventus Meſſiæ. Ideo loca quæ ſpectabant tempus adventus Meſſiæ non ita urgebant veteres. Tempus iſtud in dubium non vocabatur; ea de re Chriſto & Apoſtolis nullus unquam Judæus controverſiam movit. Conſtabat apud omnes adeſſe beatiſſima illa tempora, quæ Meſſiam & Regem orbi parere debebant. Hinc apud ipſos Ethnicos oraculum de Rege orituro, qui totius orbis habenas deberet moderari. Hinc apud Iudæos anhelans iſta expectatio, & ſpes fervidiſſima, conſolationis, ideſt conſolatoris Iſraëlis. Hinc plurimi Pſeudo-Meſſiæ, qui circumſtantia temporis congrui, ſua commoda, vanos que conatus, juvari poſſe exiſtimabant. Hinc Herodes ipſe, ſuo tempore Meſſias, ſalutatus, quia opera, facinora, laudes, et tempus præcipue, quadrare videbantur. Hinc etiam Secta Herodianorum, quæ Herodem ut Meſſiam colebat, et venerabatur. Sed quæ ſententia et Sectæ non diu duravit. Nam quod vir magnus aſſerit Meſſiam futurum Proſelytum, Herodem dictum הגר, *ab iſta voce detortam eſſe vocem, Æra, et Hegira, Iu-*

daos

dæos illam excogitaſſe, illa uſos fuiſſe in Hiſpania, poſt perſecutionem Siſibuthi & Dagoberti, et Heraclii, illam obtinuiſſe et viguiſſe, tunc temporis Iudæos Herodem adhuc pro Meſsia habuiſſe, et vocem Æra, ſeu Hegira, in voce Heraclii, quæſiviſſe Petrum Alphonſum, iſta omnia ut mitiſſime loquar, gratis omnino dicuntur, ac nullo prorſus nituntur fundamento. Nam locus Petri Alphonſi fraudi fuit viro maximo, quem cum male legerit, vel male deſcriptum habuerit, hinc illi varia acciderunt, quibus ego, qui lubens illius doctrinam ſuſpicio, et erudita ſcripta ſæpe ſoleo deoſculari, non poſſum acquieſcere. Sic enim ille, non probo ſententiam Petri Alphonſi, qui in ſcripto continente Diſputationem inter Moyſem & Petrum quendam, putabat vocem hanc, Æra, vel Hegira, eſſe detruncatam ex voce Heraclii. Sic enim ſcribit in præfatione. Hoc autem factum eſt anno nativitatis Domini 1106. Eraclii 1144. Et hinc ea quæ de Heraclio, quæ de perſecutione ſub Heraclio, de computo novo Iudæorum; & Epocha nova ſub Heraclio, & varia alia quæ ingenioſe congerit vir ille doctiſſimus. Sed uno halitu iſta diſſlari poſſunt. Et de Heraclio bonus Petrus Alphonſus, nihil quicquam cogitavit. Non enim apud Alphonſum hæc leguntur. Anno nativitatis 1106. Heraclii 1144. Hoc certe foret ineptiſſimum. An nativitatis Chriſti potuit annus eſſe 1106. & annus Eraclii 1144. an nativitas Chriſti tantum Eraclium præceſſit, 42. duobus annis, cum Eraclius vixerit 7. ſeculo, 640. annis poſt D. N. J. Non tantus fuit fungus iſte Petrus Alphonſus, ut tanto Anachroniſmo præfationem ſuam contaminaret. Et revera in illius impreſſis Codicibus legitur, Anno nativitatis Domini 1106. Ætatis meæ 44. Vixit iſte converſus Judæus XI. ſeculo, & cum collatio de qua loquitur, ageretur, agebat annum 44. In locum vero iſtarum vocum, Ætatis meæ 44. irrepſerunt voces iſtæ, Heraclii 1144, quæ virum celeberrimum in errorem perduxerunt. Qui tamen recte judicavit, Herodem tempore Chriſti habitum pro Meſsia. Quia Judæi tunc ſe ad beatiſſima & deſiderata Meſsiæ venturi tempora perveniſſe, nullo

 prorſus

prorſus repugnante, omnes profitebantur. Ideo apud veteres nulla de tempore Meſſiæ, & de vaticiniis, illius adventum ſpectantibus lis vel controverſia, & de iſto argumento, in Epiſtola noſtra Barnabæ, nulla ſe prodit memoria.

Utinam vero extaret editio Uſſerii, quæ incendio Oxonienſi conflagravit, & tota periit, nullo quod ſciam exemplari ſuperſtite; ingenti certe jactura & nonquam reparanda; vel extaret modo, Libellus iſte de Nominibus Hebraicis, quæ occurrunt in Epiſtola Barnabæ. Iſto opuſculo multa forſan ſuppeditarentur, quibus emendatior prodiret Epiſtola, quibus ſenſus variis in locis, luculentior appareret, et quibus variæ Lacunæ facile poſſent impleri. Extat in Bibliotheca Vindobonenſi, Codic. xxxiv. *Theologico, Græco, in* 4. *Qui Codex fuit quondam* Κτῆμα Ἀρσενίου τοῦ Μονεμβασίας; *conſtat Trecentis ſexaginta foliis. Ad calcem vero Apocalypſeos, quæ cum integro novo Teſtamento in illo continetur, additur commentariolus de nominibus peregrinis, & Hebraicis, quæ in Apocalypſi continentur, & deinde Fol.* 354. *Interpretatio nominum Hebraicorum Epiſtolæ Sancti Barnabæ Apoſtoli. Quæ opuſcula uni & eidem Auctori tribui per me licet, nimirum Dorotheo, quod non ſine quodam fundamento conjiciebat olim Sambucus, narrante Lambecio. Et hæc quidem de Barnaba, poſt Menardi, Voſſii, Cotelerii virorum præſtantiſſimorum eximias Lucubrationes, quas ſi Lector conſulat, temporis, & diligentiæ ſuæ non mediocrem mercedem reportabit.*

DE HIPPOLYTO DIATRIBE.

De Hippolyto quæ nobis dicenda ſuperſunt, eadem methodo proſequemur, qua, de Polycarpo, ac Barnaba ſupra diſſervimus. Ideſt compendioſe, & ſumma legentes rerum faſtigia. Fuit Gente Arabs Hippolytus. Nam Arabiam

Digitized by Google

ʒiam non ſemper eadem quæ nunc, occupavit barbaries. Olim literis, artibus, diſciplinis, ſapientia admodum ſe commendavit. Hinc memorantur in Scriptura, ſapientia Filiorum Seir. Balaam, varia rerum cognitione et magia clarus. Jobus et illius Amici, Philoſophia celeberrimi. Orientales ſeu קדמנים, *unde Sapientes et Magi, qui Bethlehemum venerunt, Regem recens natum ſupplices veneraturi; unde etiam Judæi qui illorum artibus aſſueverant, dicuntur pleni oriente, ſeu* קדם, *ideſt ſcientia et ſapientia iſtorum* קדמנים, *et orientalium Arabum. Cum vero Apoſtolus Paulus Arabiam peragraſſet, et ſementem Evangelicam ibi diſſeminaſſet, tantis, et tam ſubitis incrementis ibi pullulavit et propagata eſt, ut Arabia ipſa miraretur ſe tam cito Chriſtianam et Evangelicam evaſiſſe. Ideo paulo poſt, variis doctoribus inclaruit, et primis Eccleſiæ ſeculis, et Orthodoxorum, et Hæreticorum, et Aſcetarum, et Monachorum, et Scriptorum fuit longe feraciſſima. Inter illos celeberrimum nomen ſibi comparavit Hippolytus noſter. Qui diu vixit Boſtræ Arabiæ Petrææ Metropoli nobiliſſimæ. Quæ cum Baſora confundi non debet, quod à quibuſdam fieri ſolet. Nam Baſora eſt ad finem Deſerti Arabiæ non longe à littore Tigris, & ab Arabibus vocatur altera* عرق, *quia ſicut Cuſa, eſt quaſi fluvialis, & ad littus fluminis ſita, & duobus etiam aliis fluviis tota iſta regio alluitur, & irrigatur,* نهر ابلة, *&* نهر مصقل. *Fluvio Abela, & fluvio Muacali. Unde Tractus iſte habetur inter quatuor amæniſſimos totius orbis hortos, & tempe, cum* صغد سمرقند Sog Samarcanda. شعب بوان, Rivo Bavanitarum. Et غوط دمشق Viridario, *vel potius valle*, Damaſci. *Nam* غوط *eſt vallis, & Cale-ſyria,* Συρία Κοίλη, *vocatur* الغوط, *ut patet ex Idriſio in ſua Geograph. Climat.* 5. *Part.* 3. *Sic vero dicebatur, non ab* עין, *ut voluit maximum hujus ſeculi ornamentum, ſed à* غوط *quod vallem notat, quia vallibus non præruptis & aſperis, ſed in declives profunditates deſinentibus, Meſſibus, vineis, & viridariis ſitum præbebat amæniſſimum. Ideo etiam vocabatur* الغوس.

 Hinc

Digitized by Google

Hinc eſt quod Marci Interpres Arabs ab Erpenio editus, pro γυνὴ Συρο-φοίνισσα, *Marc. 7. 26. reddit* من الغور, *quæ erat ex Algoura, ideſt* Συρία Κοιλή, *ex Syria Cava, variis diſtincta vallibus & colliculis, qui Damaſco adjacebant. Hinc etiam* اهل الغور *apud Eutych. &* بهرام كور *inter Reges Perſiæ. Forſan Goraranes apud Theodoretum. De iſtius denominationis ratione ſic Teixera, de R. Per.* A eſte Rey Baharon, le fue dado el ſobra nombre, de Gur, por eſſe reſpecto. Es Gur Palabre Perſia equivoca; quiere dezir una fiera, à que llamamos Aſno Salvage, à cuya caſa eſte Rey fue porticularmente afficionado. Y tambien ſignifica la cueva, ado quelquier cuerpo muerto es ſepultado. *Vocabatur Gur vel ab Aſino Sylveſtri;* ערד *Hebraice, cujus venationi indulgebat. Vel foſſa Antro ſepulchro ubi cadavera conduntur. Unde etiam* מערה *Hebraice, unde fluxit magalia, vel à* מגור*. Foſſis ergo vel potius vallibus abundabat* الغور *ſeu* الغوط*, Cale Syria & Baſora Regio, unde nominis ratio. Sed Botſra eſt Metropolis Arabiæ Petrææ à* بصر *ſic dicta, quaſi Lapidoſa, & cujus ſitus variis rupibus & ſaxis erat aſper & horridus. In ea vixit Hippolytus, intra forſan illius Diœceſis Pomaria, natus, in Pago Arabiæ deſertæ, ad confinia forſan* בר נות, *ſeu Barathena, de qua videndus Ptolemeus. Quam non notari ab Interprete Chaldeo Libri Iobi, in obſervationibus noſtris indicavimus. In eo vehementer falluntur viri graviſſimi, & mirum eſt errorem iſtum qui facile poterat animadverti, tam perſpicaces oculos fallere potuiſſe: Neque enim ibi Lilit Regina Sabæorum, quæ Iobi armenta populata eſt, & dicitur Regina* ומרגד ודברתנו, *deſignatur Regina Smaragdæ & Barathena, ſed dicitur quod Lilit Regina Smaragdæ, vel Samarcandæ, venerit, invaſerit armenta Iobi,* ודברתנו, *et illa abſtulerit;* דבר *eſt auferre, et de loco non cogitavit Interpres, nec illi quicquam in mentem venit de Baratena Regione vel urbe, quæ videtur fuiſſe ſub Diœceſi Metropolitani Boſtrenſis. Hippolytus Arabs, nomine Græco deſignatur. Hoc temporum iſtorum mores, et conſue-*

Digitized by Google

conſuetudo ferebant. Nam à tempore Alexandri M. qui totum fere orientem ſub jugum miſit, Lingua Græca fuit in oriente uſurpata, et florebat in Syria, Paleſtina, Arabia, imo illius uſus multo frequentior, ipſa Latina Lingua, cum Romani rerum poſt Græcos potirentur, fatente ipſo Romuli nepotum diſertiſſimo Cicerone, in Orat. pro Archia Poëta. Hinc in ipſa Arabia, nomina Græca Auctorum frequentiſſima. Dionyſii, Titi, Theodori, & aliorum ὅσα κόνις. Iſtud vero nomen Hippolyti depravatum occurrit in Litaniis Carolinis à Chifletio, D Acherio, & Mabillonio vulgatis et publicatis. Ibi quippe dicitur, Sancte Appoliti ora pro nobis. *Sed certe mihi videntur ita Barbaræ iſtæ Litaniæ, ut non poſſim illas tribuere temporibus Karoli Magni, quæ licet ab elegantia ſeculi Auguſti, vel Domitiani, ac Trajani, imo poſteriorum ſeculorum admodum deflexiſſent, tamen in iſtam fædiſſimam barbariem non ruerant, quæ ubique apparet in iſtis Litaniis. Doctius erat ſeculum Alcuini, Clementis, Theodulfi, Rabbani, Amalarii, Hincmari, Remigii, Joannis Scoti, Lupi, Strabi, & aliorum, quam ut ferre potuiſſet, tam incultum, barbarum, et agreſtem Stylum, in Orationibus publicis, & Litaniis in ipſo Palatio uſurpatis, & ab ipſo Karolo Imperatore varia rerum cognitione florentiſſimo decantatis. Nam quid minus congruum non dico cum elegantia, ſed cum indole Linguæ Latinæ quam non prorſus ejuraverat Carolus M. quam iſtud,* tulo juva, *pro tu illos* juva. *Hoc forſan ruſticorum Litaniis jure tribui poſſet, ſed Litaniis Regiis, Imperialibus, Carolinis nulla ratione adſcribi poteſt. Deinde quænam eſt iſta* Faſtredana Regina, *cujus ſalus tam devote poſtulatur. Quid ſibi volunt iſtæ ad Angelos Orationes,* Sancti Angeli, Sancti Archangeli, Sancti Throni, Sanctæ Virtutes, Sanctæ Seraphim, Sanctæ Cherubim, orate pro nobis. *quaſi fæminæ ſicut mares, inter Seraphinos & Cherubinos, venirent invocandæ. Quid iſta invocatio,* Sancte Seraphim ora pro nobis, Sancte Cherubim ora pro nobis, *quaſi Seraphim eſſet Angelus ſingularis, ſicut & Cherubim*

Angelus unicus. Quid denique ingeminatæ iſtæ ad ſingulares Angelos Orationes; Sancte Michaël, ora pro nobis, Sancte Gabriël, ora pro nobis, Sancte Tobiël, ora pro nobis, Sancte Raghuël, ora pro nobis, Sancte Orihel, ora pro nobis. *Quæ tria poſteriora nomina, ſecundum Papam Zachariam, non ſunt Angelorum nomina, ſed Dæmonum. Adeout in iſtis Litaniis Dæmones cum Deo, Chriſto, & Angelis, etiam invocarentur. Hoc malo verbis Mabillonii, viri Doctiſſimi quam meis repreſentari.* In recenſione Sanctorum, *inquit ille*, unum obſervo, nempe inter Sanctos Angelos, invocari Orielem, Raghuëlem, Tobiëlem, quæ nomina non Angelorum ſed Dæmonum eſſe definivit Zacharias Papa, in Concilio Romano, quod contra Clementem, & Adelbertum Ann. DCCXLV. coactum eſt. Huc ſpectat eruditi viri, J. B. Thierſii Epiſtola præfixa Diſſertationi, de retinenda voce, Paraclitus. *Ubi mirum videri poteſt Concilii Romani Decretum, & magis mirum, poſt Decretum iſtud, Carolum qui Romam ipſam non ſemel contenderat, & qui ritibus Romanis omnino aſſueverat, in Litaniis ſuis adhuc nomina uſurpaſſe, quæ Zacharias Pontifex Romanus, in Concilio Romano ſedens, execranda, et Dæmonum deteſtanda nomina Canone declaraverat, et uſurpari probibuerat. Adeo ut Litanias iſtas Illuſtri Carolinarum titulo inſigniendas non exiſtimem, cum ſit potius farrago variarum Litaniarum. Ubi multa turbata, et interpolata occurrunt. Ut nomen Appoliti, pro Hippolyto.*

Floruit vero ſub Alexandro Severo Hippolytus, *quod patet ex Titulo Canonis Paſchalis, ubi annotat ad* I. *An. Alexandri, ſe temporum rationem deduxiſſe. Sub illo vero. Ann.* 230. *Martyrii Coronam non adeptum fuiſſe, ut vulgo creditur, ſed ulterius vitam ſuam prorogaſſe facile crediderim, cum inter illum et Severam Auguſtam, quædam videatur interceſſiſſe neceſſitudo, eamque protreptico, et Epiſtola parænetica proſequutus fuerit* Hippolytus. *Hanc vero non eſſe Severinam Aureliani uxorem, oſtendimus in notis, quod revera temporum ratio*

nullo

nullomodo patitur. Probavimus etiam non eſſe Iuliam Severam, Septimii Severi uxorem. Nam Severus ingenti clade affecit Chriſtianos, nec vero ſimile videtur, Iuliam Severam illos foviſſe, cum à Severo conjuge, horrenda perſecutione delerentur. Fuit revera, Auguſta Severa egregiis dotibus inſtructa, variis culta Diſciplinis, et rerum humanarum et Divinarum cognitione præſtantiſſima. Ideo apud ſe varios alebat Philoſophos, non vero Chriſtianos, et eadem etiam ratione, ipſa vocatur φιλόσοφος *apud Philoſtratum, loco quem ſe non ſatis intellexiſſe fatetur vir in hoc Atheneo, imo in toto orbe eruditio, literarum facile Princeps. Sic vero Philoſtratus, in vitis Sophiſtarum, in Philiſco,* Ἀντωνεῖνος γὰρ ἦν ὁ τοῦ φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας. Antoninus erat Filius Philoſophi Juliæ. *Ad quæ verba hærens et attonitus Scaliger,* Antonino Philoſopho alius filius quam Commodus, alia uxor præter Fauſtinam? Niſi legamus ὁ τοῦ Σεβήρου παῖς καὶ Ἰουλίας. Hoc etiam tenuit ancipitem Tſetſem, nec mihi minorem movit admirationem. Quæ nos proponimus Chronologis eruditis, & Antiquitatis inveſtigatoribus, ut quærant, & nos doceant, quæ ingenue nos neſcire profitemur. *Sed mirum, hic retuſum Scaligeri acumen, & moratam iſtam fælicem audaciam, quæ loca, hoc, multo difficiliora, tam ſtrenue & alacriter ſuperaverat. Nam primo dici poteſt locum ſic eſſe legendum, ſine ulla fere verborum mutatione,* Ἀντωνῖνος ἦν τοῦ φιλοσόφου παῖς καὶ Ἰουλίας. *Ubi per Philoſophum non intelligendus M. Aurel. Imperator Philoſophus, ſed Severus ipſe, qui Philoſophiæ admodum fuit additus, ut patet ex Spartiano, Aurelio victore, & Suida. Iſte vero Antoninus non vocatur filius M. Aurelii, Philoſophi, ſed Severi, & fuit Baſſianus Caracalla, qui etiam vocabatur Antoninus. Adeout Philoſtratus innuerit Antoninum Caracallam fuiſſe filium Severi Philoſophi, et Juliæ Severæ. Sed hic de marito Juliæ nullam fieri mentionem facile ipſe mihi perſuadeo, et locum Philoſtrati olim aliter ſe habuiſſe*

 omni-

omnino adducor ut credam. Sic vero legebatur. Ἀντωνῖνος ἦν τῆς, *non* τοῦ, φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας. Antoninus erat filius, Juliæ Philoſophæ, *quæ Diſciplinis capiebatur et delectabatur, et quæ in aula, numeroſiſſimam Philoſophorum, et Grammaticorum alebat turbam. Ideo dicitur Dioni,* φιλοσοφεῖν, καὶ τοῖς σοφισταῖς συνημερεύειν. *Quod etiam innuit Tſetſes, loco quem tangit Scaliger, et videtur etiam illi negotium faceſſiſſe. Sic vero Tſetſes.*

Φιλόστρατος ὁ Φλαύιος, Τύριος οἶμαι ῥήτωρ,
Ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ Ἀττικὸς, ὁ Τύριος οὖν οὗτος,
Ἦν ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῦ βιβλίοις διαγράφει
Εἷς τοῦ χόρου ῥητόρων τε καὶ γραμματευόντων
Τῇ Ἰουλίᾳ τῇ κραταιᾷ πλούσῃ βασιλίδι,
Σύζυγος δ' αὐτῇ, οὐ φησὶ τινὸς ἦν βασιλέως.

Philoſtratus Flavius, Tyrius ut puto Rhetor. Alius quippe Atticus extitit; ille ergo erat Tyrius, ut ipſe memorat in ſuis ſcriptis, fuit unus illorum Rhetorum, & Grammaticorum, qui Juliæ Imperatrici frequentes adeſſe ſolebant. Non dicit vero cujus Imperatoris illa fuerit conjunx. *Unde meo judicio patet Tſetſem non legiſſe in loco Philoſtrati,* τοῦ φιλοσόφου. *Quaſi Julia à Philoſtrato dicta fuiſſet uxor Imperatoris Philoſophi. Nam ſic ſatis deſignaſſet, cuinam Imperatori fuiſſet matrimonio juncta, nimirum Marco, Aurelio, Philoſopho, vel Septimio, Severo, etiam* φιλοσοφοῦντι, *qui revera fuit Juliæ Severæ maritus. Sed dicit Tſetſes, à Philoſtrato, non fuiſſe indicatum Juliæ maritum, à quo Antoninum filium ſuſceperit, urgente ſatis argumento, Tſetſem legiſſe locum Philoſtrati, ſicut illum ego legendum exiſtimo.*

Ἀγ-

Digitized by Google

Α᾽ντωνῖνος ἦν τῆς φιλοσόφε παῖς Ιȣλίας. Antoninus erat filius Juliæ. *Quæ erat* φιλοσοφȣ̃σα. *Unde patet invicta demonſtratione, nimirum Teſtimonio Philoſtrati Juliæ coetanei, et familiaris, Antoninum Caracallam, revera fuiſſe filium Juliæ, non vero Privignum, quod in notis etiam probamus, et ipſam Juliam Philoſophis, et Sophiſtis impenſe admodum faviſſe, illoſque liberaliter aluiſſe, ſed erga Chriſtianos, qui Sophiſtas ſibi contrarios ſolebant experiri, animo prorſus fuiſſe alieno. Adeout non potuerit Hippolytus, aliquod cum Julia Severa fovere literarum commercium, & ad illam deſtinare & dirigere Epiſtolam iſtam, de qua in laterculo operum Hippolyti fit mentio. Sed ad Severam, Philippi Arabis uxorem, ut probavimus. Exemplo nimirum Origenis, cujus perpetuus fuit æmulus Hippolytus, ut docemus in obſervationibus.*

Fuit, cum ſuſpicarer, per iſtam Severam Auguſtam, ſeu Severinam, ipſam Alexandri Severi uxorem ſub quo floruit Hippolytus, eſſe intelligendam, cui Severianæ nomen fuiſſet, à conjuge Alexandro Severo. Nam urbes quas ornabant Imperatores, vel in quas Coloniæ deducebantur, ab Imperatoribus nomina mutuabantur. Unde Juliæ, Hadrianæ, Antonianæ, Alexandrinæ, Septimiæ, Juliæ Septimiæ, hinc etiam Julia Severiana. Sic enim vocatur Laodicea Syriæ, in Numo Severi Imperatoris, & uxoris Juliæ, qui aſſervatur in Gazis Chriſtinæ Reginæ. Ibi enim ſic legitur, ΙΟΥΛ. ΛΑΟΔΙ. ΣΕΟΥΗ. ΜΕΤΡΟΠΟΛ. *Ut obſervavit Spanhemius, Vir Politiſſimi & cultiſſimi ingenii, ad Ludovicum Magnum, Orator Brandenburgicus. Sicut vero urbes, ab Imperatoribus, vel conditoribus, vel cultoribus nomina ſortiebantur, ſic & Imperatorum uxores ab illis nomen adipiſci, non mihi prorſus videbatur improbabile. Non poſſum tamen à priori ſententia dimoveri. Et per Severam vel Severinam, ad quam ſcripſit Hippolytus, Severam Auguſtam, Philippi Arabis uxo-*

rem intelligendam cenſeo, quam eodem etiam officio proſequutus fuit Origenes, quæ Chriſtianis favebat, quæ erat filia Juliæ Mammeæ, & quæ Philippi uxor erat, Philippi inquam qui à Sacris Chriſtianorum non erat alienus. Quod in notis obſervamus. Quæ cum typis eſſent mandata, incidi in Quæſtiones Sacras viri docti, quæ nuper prodierunt, & qui ſententiam iſtam de Chriſtianiſmo Philippi vehementius quam par erat, mihi videtur exagitaſſe. Aſinos quippe vocat eos qui talem fovent ſententiam, & Theatrali & Comico quodam Epiphonemate, os ſolvit in hæc injurioſa verba. ὦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν. O ingeniola, tenuitate & exili capacitate ſua, deſpicienda & contemnenda. *Quicquid tamen congerit, non elevat pondus Auctoritatis Euſebii, qui natus fere tempore Philippi, qui Epiſtolas Origenis ſe vidiſſe memorat, & illas aſſervari in Bibliotheca Pamphili, ideſt in ſuo proprio Muſæo, qui Conſtantino & illius gloriæ ſupra modum favebat et conſulebat, & qui Philippi Chriſtianiſmum non memoraſſet, ſi vel minimam, res pati potuiſſet, dubitationem vel ſuſpicionem. Deceptum vero fuiſſe Euſebium & illum accepiſſe Philippum Auguſtum, pro Præfecto Auguſtali, Præfectum Ægypti, pro Imperatore qui fuerat Præfectus Prætorio;* ἔπαρχον *pro* ἐπάρχῳ, *res eſt tam aliena à vero, quam id quod quam maxime. Nec error tam craſſus poteſt Euſebio tribui, qui in vicinia Ægypti vivebat, qui res Imperatorum, & Eccleſiæ ſcribebat, qui tot adminiculis & ſubſidiis inſtructus Hiſtoriam deſcribendam aggrediebatur, qui cum res Philippi & Conſtantini narraret, res fere ſui temporis, & ſibi compertiſſimas narrabat; non inquam error tam craſſus Euſebio tribui poteſt, ſine majori temeritate, ea, qua Philippo Chriſtianiſmus tribuitur & aſſeritur. Ad quem aſſerendum revera nollem uti Numo Apamenſium, in honorem Philippi cuſo, & à Falconerio viro doctiſſimo, & longiori fato digniſſimo nuper explicato & illuſtrato. In illo quippe nulla mentio Diluvii, nulla Noæ memoria, & quæ ibi narrantur & repræſentantur, nullam cum rebus Sacris habent affinitatem. Eſt numus cuſus ut*

OMO-

Digitized by Google

ΟΜΟΝΟΙΑΝ *inter Alexandrinos Troadas*, & *Apamenſes Phrygas repræſentaretur. Ibi columbæ duæ, cum ramo olivæ, quæ pacem & concordiam inter utroſque æternum colendam indicant: Extant ibi quatuor perſonæ, mares & fæminæ, quarum duæ Alexandrinos, aliæ duæ Apamenſes, exhibent. Duæ ſunt in Arca quia Apamæa Arca*, & Κίβωτος *vocabatur, quaſi penu, & horreum totius Aſiæ Minoris. Infra, ad pedes figurarum, ſcribitur* ΑΠΑΜΕΩΝ. *quia numus Apameæ cuſus. In circulo, quod mihi videtur apprime obſervandum, ſcribitur* ΑΛΕΞΑΝΔΡ. *Deinde relicta linea circulari, & quaſi* βουστροφηδὸν *ſcribendo, & lineam inflectendo, additur* ΝΩΕ. *quæ literæ non ſeparatim legendæ ſunt, ſed jungendæ cum* ΑΛΕΞΑΝΔΡ. *unde exurgit* ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. *Quod cum non animadverteret vir eruditiſſimus, exiſtimavit literas* ΝΩΕ *diviſim eſſe legendas, nec eſſe reliquias, & ultimas Syllabas vocis* ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. *Sed ad veram vocis iſtius lectionem facile deduci poterat exemplo alterius nummi, paulo ante Philippeum cuſi, nimirum ſub Septimio Severo. In illius quippe adverſa parte, eadem prorſus occurrunt figuræ, Duæ columbæ, ramus Olivæ, quatuor perſonæ, mares duo, duæ fæminæ, vox* ΑΠΑΜΕΩΝ, *infra, & in circulo* ΜΑΓ. *Interrupta vero circulari ſcriptione, ad Latus anterius Arcæ, additur* ΝΗΤΩΝ. *quæ ſunt poſteriores Syllabæ vocis* ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Eſt nimirum iſte numus cuſus in memoriam* ΟΜΟΝΟΙΑϹ ΑΠΑΜΕΩΝ & ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Apamenſium, & Magneſiorum, ſicut alter Philippi, eſt ſignum & monumentum* ΟΜΟΝΟΙΑϹ ΑΠΑΜΕΩΝ & ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. *Sicut vero in Numo Severi* ΝΗΤΩΝ *ſunt ultimæ Syllabæ* ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Sic in Numo Philippi* ΝΩΕ *ſunt poſteriores literæ, nominis* ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. *Et hic Noæ non eſt quærendus, ut voluit Falconerius, & poſt illum Kircherus. Nam Noë à Græcis non vocabatur Noë, ſed Noachus, vel Annachus, vel Oanes, vel Alio nomine.*

Nec hic cogitandum Diluvium, nec advocanda Hiſtoria Sacra, nec Chriſtianiſmus Philippi ullo jure, hinc derivandus. Quod qui faciunt Chriſtianiſmum Philippi prodere mihi videntur. Ad cujus uxorem Marciam Otacillam Severam cum ſcripſerit Origenes, non mirum ſi erga eandem Auguſtam, eadem uſus fuerit Libertate Hippolytus, perpetuus Origenis æmulus, ut modo contendebam.

Dico æmulum, non ἐργοδιώκτην. *In eo vehementer errat Conſtantinopolitanus Patriarcha Photius,* Cod. 121. *Ibi enim cum de Hippolyto verba feciſſet, addit,* λέγεται καὶ οὗτος προσομιλεῖν τῷ λαῷ, κατὰ μίμησιν Ὠριγένους, οὗ καὶ συνήθης μάλιστα, καὶ ἐραστὴς τῶν λόγων ὑπῆρχεν, ὡς καὶ προτρέψασθαι αὐτὸν τὰς θείας ὑπομνηματίσαι γραφὰς, ἐγκαταστήσας αὐτῷ, καὶ ὑπογραφέας ἑπτὰ ταχυγράφους, καὶ ἑτέροις τοσούτοις γράφοντας εἰς κάλλος. ὧν ἦν καὶ αὐτὸς τῆς δαπάνης χορηγός. Καὶ ταῦτα ὑπηρετούμενος αὐτῷ, ἀπαιτεῖν αὐτὸν ἀπαραιτήτως τὸ ἔργον. ἐξ οὗ καὶ ἐργοδιώκτην ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν παρὰ Ὠριγένους κληθῆναι. Dicitur etiam ille conciones & Homilias ad populum habuiſſe, exemplo & imitatione Origenis, cui admodum familiaris fuit, & adeo Sermonum illius cupidus & admirator, ut illum pelleret & urgeret, ad commentarios in Sacram Scripturam adornandos. Suppeditans etiam ſeptem Notarios qui penderent ab ore loquentis, & dicta celeriter ecciperent, additis librariis qui accurate illa deſcriberent. Quibus etiam ſumptus liberaliter ſuppeditabat. Cumque Origenem talibus ſubſidiis juvaret Hippolytus, ſine remiſſione exigebat opus quod ſingulis diebus perageret Origenes. Unde dicitur operis exactor in quadam Origenis Epiſtola. *Mirum certe iſta Photio eccidiſſe, quæ Hippolyto minime congruebant. Nam Hippolytus non fuit Origenis* ἐργοδιώκτης, *ſed Ambroſius, quod poſt tempora* Photii *ipſius annotarunt Cedrenus,*

Suidas v. Ὠριγένης. *Nicephorus Calliſti L. v. C.* 15. *& ante Photium Hieronymus. Sic enim Stridonienſis Presbyter, in Interpretatione Græca Catalog. Script. Eccleſiaſt.* v. Ἀμβρόσιος. Ἀμβρόσιος πρῶτον Μαρκιωνιστής, ὕστερον παρὰ Ὠριγένους διορθωθεὶς Διάκονος Ἐκκλησίας ἐπίσημος ἐγένετο. Τῇ σπουδῇ τούτου, καὶ ἀναλώμασι, καὶ ἐπείξει, πρὸς τοῦτον Ὠριγένης, πάμπολλα ἐπέστειλε συντάγματα. Ambroſius, primum Marcionita, deinde ab Origene correctus, Eccleſiæ Diaconus inſignis fuit. Hujus induſtria, & ſumptu, & inſtantia, ad hunc infinita Origenes, dictavit volumina. *Idem etiam innuit Hieronymus Ibid. v. Hippolytus, quem locum adhuc non gravabor deſcribere, quia non intellectus frandi fuit Photio, & errorem peperit, cui ſe ſupra alligavit.* Ἱππόλυτος &c. ἔγραψεν περὶ ἐπαίνων Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν οἷς παρόντος Ὠριγένους ἑαυτὸν ὡμιληκέναι καὶ μίμησιν αὐτοῦ, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ δηλοῖ. Ἀμβρόσιος ὅντινα ἀπὸ τῆς πλάνης τοῦ Μαρκίωνος, εἰς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἐπιστρέψαι προείρηται, προετρέψατο Ὠριγένη, τὰς θείας ὑπομνηματίσαι γραφάς, παρεσχηκὼς αὐτῷ ἑπτὰ καὶ πλείους Νοταρίους, καὶ τὰς τούτων δαπάνας, καὶ καλλιγράφους τὸν ἴσον ἀριθμόν. Καὶ ὅπερ ἐστὶ μεῖζον, ἀνυποίστῳ σπουδῇ ἑκάστοτε ἔργον, παρ' αὐτοῦ ἀπαιτῶν. διὸ ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ ἐργοδιώκτην αὐτὸν Ὠριγένης καλεῖ. Hippolytus &c. Scripſit Homilias de laudibus D. N. J. C. in quibus præſente Origene ſe loqui in Eccleſia ſignificat, in hujus æmulationem. Ambroſius, quem ut ſupra dictum eſt, v. *Ambroſius*, liberaverat Origenes ab errore Marcionitarum, impulit Origenem, ad Sacram Scripturam commentariis Illuſtrandam. Suppeditans illi ſeptem & plures Notarios, quos etiam ſuis propriis ſumptibus alebat, & eodem numero, etiam accuratiores deſcriptores. Et quod majus eſt, indeſinenter & incredibili diligentia ſingulis diebus, ſingula Origenis opera ſo-

lebat efflagitare. Vnde ab ipſo Origene in quadam Epiſtola vocatur ἐργοδιώκτης. *Hunc vero locum à Librariis aliquando per compendium & abbreviaturam ſcriptum exiſtimaverim, & cum in illo* ἄμβος *occurreret pro* Ἀμβρόσιος, *ex* ἄμβος *facile fieri potuit* αὐτὸς. *Quod cum ad Hippolytum de quo ſuperioribus verbis loquutus fuerat Hieronymus, neceſſario referri deberet, in talem codicem cum incidiſſet Photius, & legeret* αὐτὸς *non* ἄμβος *exiſtimavit, Hippolytum, non Ambroſium fuiſſe Origenis* ἐργοδιώκτην; *cum tamen contrarium aſſerat ibidem Hieronymus, & voce, Ambroſius, & ante Hieronymum Euſebius, quorum teſtimoniis mirum eſt Photium qua erat diligentia errorem non emendaſſe. Euſeb. Lib.* VI. *H. E. Cap.* 23. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ Ὠριγένει τῶν εἰς τὰς θείας γραφὰς ὑπομνημάτων ἐγίνετο ἀρχὴ, Ἀμβροσίου ἐς τὰ μάλιστα παρορμοῦντος αὐτὸν, μυρίαις ὅσαις οὖν προτροπαῖς, οὐ ταῖς διὰ λόγων, καὶ παρακλήσεσιν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφθονωτάταις τῶν ἐπιτηδείων χορηγίαις. Ταχυγράφοι γὰρ αὐτῷ, πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν, παρῆσαν τῷ ὑπαγορεύοντι, χρόνοις τεταγμένοις, ἀλλήλοις ἀμείβοντες. βιβλιογράφοι οὐχ ἥττους, ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν, ἠσκημέναις. ὧν ἁπάντων τὴν δέουσαν τῶν ἐπιτηδείων ἄφθονον περιουσίαν ὁ Ἀμβρόσιος παρεστήσατο. Ex eo tempore Origenes in divinas ſcripturas cœpit commentarios conſcribere. Ambroſio innumeris ſtimulis illum incitante. Nec ſolum verbis atque hortationibus, ſed etiam largiſſimis rerum neceſſariarum præbitionibus. Quippe ſeptem & amplius Notarii, illi dictanti aderant, qui præſtituto tempore ſibi per vices ſuccedebant. Nec pauciores antiquarii, ſimul cum puellis elegantius ſcribere aſſuetis, quibus omnibus neceſſarios ſumptus copioſiſſime ſuppeditabat Ambroſius. *Exiſtimat Doctiſſimus Valeſius, iſtud* Ἐξ ἐκείνου *male acceptum ab Hieron. Quaſi non ad tempus quo ſcripſit Orig. ſed ad Hippolytum*

illa

illa verba retulerit Hieronymus, innuens ab Hippolyto, qui variis in Sacram Scripturam commentariis, & Tractatibus ſe commendaverat, de quibus, verbis immediate præcedentibus, dixerat Euſebius, Origenem, motum, & compulſum fuiſſe, ad Sacram Scripturam variis commentariis, & explanationibus illuſtrandam; unde forſan fluxerit iſta ſententia, Hippolytum fuiſſe, Origenis monitorem, hortatorem, & ἐργοδιώκτην. *Sed revera* ἐξ ἐκείνου *poteſt etiam referri ad Hippolytum, & ſive ad tempus referatur, intelligendum eſt Origenem, iſto tempore, imitatione Hippolyti, de quo ante egerat Euſebius, commentarios etiam in Sacram Scripturam paraſſe & adornaſſe. Sed quod Hippolytus fuerit* ἐργοδιώκτης *Origenis, hoc ex verbis iſtis male intellectis non mihi videtur derivatum, ſed quia pro* ἄμβος *legerunt* αὐτός, *pro Ambroſio, ille, nimirum Hippolytus de quo verba fecerat Hieronymus. Sed immediate poſt, loquitur de Ambroſio, qui verus fuit Origenis* ἐργοδιώκτης; *fatente ipſo Origene, Philocalias C. v. ex præfat. Tom. v. in Evang. Johann. & in Epiſtola quam memorat Hieronymus, & Photius ipſe poſt Hieronymum, qui perſpicue Ambroſio tribuit, id quod admodum negligenter Photius tribuit Hippolyto. Origenis Epiſtola viſa fuerat Photio, vel ſaltem videri potuerat, & illius fragmentum, diu poſt Photii tempora à Cedreno repreſentatur.* Ἀμβρόσιος πολλὰ προσαγορεύει σε. ὅστις νομίζων με φιλόπονον εἶναι, καὶ πάνυ διψᾶν τοῦ θείου λόγου, ἤλεγξε τῇ ἰδίᾳ φιλοπονίᾳ, ὅτε γὰρ δειπνῆσαι ἐστὶν ἡμῖν ἀντιβάλλουσιν, ὅτε δειπνήσασιν ἔξεστι περιπατῆσαι, καὶ διαναπαῦσαι τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φιλολογεῖν, καὶ ἀκριβοῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγκαζόμεθα, ὅτε μὴν ὅλην ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ σώματος, τὴν νύκτα, ἔξεστιν ἡμῖν κοιμᾶσθαι. &c. Ambroſius tibi ſalutem Impertitur. Is cum me exiſtimet eſſe laborum patientem, & Sacræ Scripturæ cupidiſſimum, propria ſua diligentia & indeſinenti labore hoc

voluit explorare. Nam cænare nobis conferentibus non licet, neque à cæna, deambulatione & quiete corpora noſtra curare, ſed eo ipſo tempore quod relaxationi impendi deberet, de rebus literas ſpectantibus, diſſerere & exemplaria conferre, & corrigere cogimur, & nox integra non nobis conceditur recreando & refocillando corpori. *Unde colligi poteſt quanto fervore Ambroſius Origenem urgeret, quod certe nullibi de Hippolyto narratur. Et revera non ita familiariter utebatur Origine Hippolytus, nec iiſdem cum illo ſedibus & ædibus utebatur, nec illorum munera & officia, Presbyteratus & Epiſcopatus, talem conſuetudinem patiebantur. Denique Hippolytus non ita dives erat, ut poſſet tot ſumptibus in gratiam Origenis ſe onerare. Ambroſius, erat Laicus, Alexandrinus, unde forſan prima inter illum & Origenem neceſſitudinis occaſio, opibus abundabat, et tantis, ut ſumptus iſtos facile tolerare poſſet. Unde quarela apud Hieronym. quod cum moreretur & humanitatem exueret Ambroſius, ſuperſtitem Origenem ullo legato, amicitiæ* μνημείῳ *& pignore non eſſet proſequutus, cum tamen copioſiſſimis divitiis afflueret. Quam forſan amici prætermiſſionem extorſit Ambroſio, uxoris et Liberorum ratio, nam erat uxoratus, ut patet ex Origenis* προτρεπτικῷ *ad Martyrium, ad ipſum Ambroſium, et Protoctetum deſtinato. Hippolytus vero erat peregrinus, Epiſcopus, paupertati Eccleſiaſticæ, prout tempora ferebant alligatus, et qui vix propriam ſuam vitam poterat tolerare.*

Fuit quippe Epiſcopus Hippolytus. Sed cujus urbis, quærunt eruditi, et adhuc ſub Judice lis eſt. Communis ſententia aſſerit illum fuiſſe, Portuenſem Epiſcopum, et Romanum. Germanus Conſtantinopolitanus in Theor. Eccleſ. ὁ ἅγιος Κύριλλος, καὶ Ἱππόλυτος Ῥώμης, τοῦτο λέγουσιν ἐν τοῖς αὐτῶν περὶ Ἀντιχρίστου λόγοις. Sanctus Cyrillus, & Hippolytus Romanus Epiſcopus, hoc dicunt in Scriptis ſuis de Antichriſto. *Zonaras.* Ἱππόλυτος Ἐπίσκοπος τοῦ κατὰ Ῥώμην Πόρτου. Hippolytus Epiſcopus

pus Portus Romani. *Nicephorus.* Ἱππόλυτος Πόρτου τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἐπίσκοπος. Hippolytus Epiſcopus Portus Veteris Romæ. *Quod et ante præfatos annotaverat J. Damaſcenus. Quod memini me obſervaſſe in illius Ecclogis, in quas MSS. forte fortuna incidebam cum Bibliothec. P. Jeſuitarum Paris. Locupletiſſimam certe et ſplendidiſſimam luſtrarem, præſente Coſſartio viro Doctiſſimo et Politiſſimo, et Nobiliſſimo Huetio, literis Clariſſimo, et Studiorum Sereniſſimi Delphini, Muſarum Alumni Auguſtiſſimi, Moderatore digniſſimo. Vix enim Codicem aperueram, cum ſtatim quædam ſelecta loca occurrebant, quæ Chryſorrhoas Damaſcenus, ſe deſcripſiſſe profitebatur,* ἐξ Ἱππολύτου Ῥώμης Ἐπισκόπου. *Sic in Catena in Pſalmos quæ Codice ſatis vetuſto in Bibliotheca Medicea continetur, hæc in Titulo Præfationis Hippolyti leguntur.* Ἱππολύτου Ἐπισκόπου Ῥώμης ὑπόθεσις διηγήσεως εἰς τοὺς Ψάλμους. Hippolyti Epiſcopi Romæ, Argumentum Explanationis in Pſalmos. *Titulus Catenæ in Proverbia, in Bibliotheca Scorialenſi non longe à Madritio Carpetanorum, apud Barvoetium in Catalogo.* Salomonis Proverbiorum Liber, & in eum Catena enarrationum, Sanctorum Patrum, Baſilii, Hippolyti Papæ Romani, Origenis, Didymi. &c. *Et Titulus Tractatus de Suzanna, quem eundem exiſtimo cum Tractatu in Danielem, quem Hippolyto tribuunt, Hieronymus, & Photius, Titulus inquam Tractatus iſtius ſic ſe habet.* Ἱππολύτου Ἐπισκόπου Ῥώμης εἰς Σουσάνναν. *Et alterum Fragmentum de Daniele, quod prioris de Suzanna exiſtimo eſſe* ἀποσπασμάτιον, *hunc etiam Titulum repreſentat,* τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου Ἐπισκόπου Ῥώμης. Sancti Hippolyti Epiſcopi Romæ. *Sed ut altius etiam aſſurgamus, extat egregius locus quem non poſſum prætermittere, ex quo conſtat ſententiam de Epiſcopatu Romano Hippolyti, tam altas ſeculo VI. egiſſe radices, ut eandem cum Clemente Romano ſedem occupaſſe, Scriptores iſtius ævi aſſerere non dubitarent. Locus eſt*

 Leon-

Leontii gente Cyprii, Domo Conſtantinopolytani ſeu Byſantini. Sic vero Leontius Act. 3. de Sectis. Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ χριστοῦ, μέχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου διδάσκαλοι, καὶ πατέρες οἵδε. Ἰγνάτιος θεοφόρος, Εἰρηναῖος, Ἰουστῖνος φιλόσοφος, καὶ Μάρτυς, Κλήμης, καὶ Ἱππόλυτος Ἐπίσκοποι Ῥώμης. Floruerunt vero hi doctores & Patres, à tempore nativitatis Chriſti, ad tempora Imperii Conſtantini, Ignatius Theophorus, Iræneus, Juſtinus Philoſophus, & Martyr, Clemens, & Hippolytus Epiſcopi Romani. *Unde forſan dicitur Hippolytus attigiſſe tempora Apoſtolorum, Cyrillo Scythopolitano, Auctore ejusdem cum Leontio Seculi & temporis. Non enim floruit Cyrillus, v. Seculo, ſub Zenone, & Anaſtaſio, ut contendit vir Magnus. Sed ſeculo* VI. *exeunte. Ille quippe in vita Euthymii quæ extat apud Surium Tom. 1. memorat Synodum* V. *Conſtantinopoli habitam, ubi Origenis, & Neſtorii dogmata Anathemate percuſſa fuerunt. Quæ Synodus, tantum ſub Imp. Juſtiniano coacta fuit, Ann.* CCCCCLIII. *In eadem vero vita Euthymii, Lauræ Sabæ Archimandritæ præſtantiſſimi, dicitur Hippolytum fuiſſe notum Apoſtolis, inſtar forſan Clementis* I. *cui jungitur & ſociatur à Leontio Byſantino, tanquam qui Epiſcopatum Romanum, æque ac ipſe Clemens, rexerat & adminiſtraverat. Talis ergo de Hippolyto obtinebat ſententia ſeculo* VI. *Sed ſeculo* V. *erat prorſus inaudita, & cujus Diœceſis Epiſcopus fuiſſet Hippolytus, præſtantiores & doctiores ſcriptores, omnino tunc latebat.*

Hieronymus Catal. de Script. Eccleſ. v. Hippolytus. Hippolytus cujusdam Eccleſiæ Epiſcopus (nomen quippe urbis ſcire non potui) *& illius Interpres Græcus.* Ἱππόλυτος, οὐκ οἶδα ποίας Ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος, ἢ τίνος πόλεως τὴν προσηγορίαν μαθεῖν οὐκ ἠδυνήθην. *Quod certe mirum foret, ſi Romanus, vel Portuenſis Eccleſiæ fuiſſet Epiſcopus; quod non fugiſſet*

fugiſſet Hieronymum, qui diu vixit Romæ, cui res Romanæ ſatis erant compertæ; & qui quadam cum cura & diligentia videtur quæſiviſſe, cujus urbis fuiſſet Epiſcopus Hippolytus; ſed inquit fruſtra fui, nec potui unquam ſcire. Adeo tempore Hieronymi res erat obſcura, & ab omnibus oculatioribus, juxta cum ignariſſimis ignorata. Quod confirmari poteſt teſtimonio ipſius Gelaſii, Pontificis Romani, qui eodem ſeculo. v. paulo poſt fata Hieronymi, ſedem Romanam occupavit. Is quippe in Libro de duabus in Chriſto Naturis citat, Hippolytum Epiſcopum Metropolis Arabiæ, in memoria Hæreſeon. *Quod non ſuſpectum debuit reddere iſtud Opuſculum Eminentiſſimo Cardinali, quaſi non eſſet opus Gelaſii Pontificis Romani, qui, inquit Cardinalis, non potuit ignorare Hippolytum fuiſſe Epiſcopum Romanum, non vero Arabem Metropolitanum. Sed hoc ignoravit Hieronymus, in ipſa Roma, 50. annis ante Gelaſium; quid ni ergo Gelaſius, idem etiam ignoraſſet. Certe opus iſtud propterea in ſuſpicionem venire non debuit. Nec eſt ſatus Gennadii, nec Gelaſii Cæſarienſis, nec Gelaſii Cyziceni, ſed Gelaſii Pontificis Romani. Quod tandem calculo ſuo contra tres Eminentiſſimos Cardinales, Baron. Bellarmin. Perron. confirmarunt, Sirmondus, Petavius, Chifletius, Labbæus, alii, viri laudibus literariis ornati & inſignes. Ignorarunt ergo Hieronymus, Gelaſius, alii, cujus urbis Epiſcopus fuiſſet Hippolytus. Quod nulli certe mirum videri debet, cum Euſebius ipſe videatur hoc ignoraſſe. Lib.* VI. *H. E. C.* XX. Βήρυλλος ἦν Ἐπίσκοπος τῶν κατὰ τὴν Βόστραν Ἀράβων. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος, ἑτέρας πȣ καὶ αὐτὸς, προεστὼς Ἐκκλησίας. Beryllus fuit Epiſcopus Boſtrenorum in Arabia: Similiter & Hippolytus, alterius cujuſdam Epiſcopus. *Unde patet non æque compertum fuiſſe Euſebio, cujus nam loci eſſet Epiſcopus Hippolytus ac ipſe Beryllus, quem diſertis verbis Boſtrorum Epiſcopum & Metropolitam fuiſſe affirmat. Et ex iſta Euſebii ignorantia, fluxit ea quâ laboravit, & quam loco ſupra laudato Hieronymus ipſe profitetur.* Scio virum egregie doctum, ex loco

Euſebii colligere Hippolytum fuiſſe Epiſcopum ſub Metropoli Boſtrorum, *& Gelaſium eadem cum Euſebio cenſuiſſe cum aſſeruit*, *Hippolytum fuiſſe Epiſcopum Metropolitanum in Arabia. Nam inquit vir ille Doctiſſimus*, *cum dixiſſet Euſebius Beryllum Epiſcopum Boſra in Arabia fuiſſe*, *de Hippolyto immediate poſt ſubjungit* ὡσαύτως ϗ Ἱππόλυτος ἑτέρας πȣ̃ ϗ αὐτὸς Ἐπίσκοπος παροικίας; *qua verba inquit ſic reddi poſſunt*, ſimiliter Hippolytus, alterius circiter, Boſram ſcilicet, Parociæ Epiſcopus. Enclyticum enim illud πȣ, aliquando ſic accipitur. *Sed non ſic aſſeritur conſenſus Gelaſii & Euſebii. Nam Euſebius dicit Berillum fuiſſe*, *Boſra Metropolitanum*; *Gelaſius vero hoc tribuit* Hippolyto, *quem* ἑτέρας πȣ̃ Ἐκκλησίας Ἐπίσκοπον, *fuiſſe aſſerit Euſebius*, *& quam prorſus ignoraſſe videtur Cæſarienſis. Nam* πȣ, *ibi accipere pro circiter*, *& circa*, *eſt abuti eruditione & acumine ſuo. Non dicitur ibi* Hippolytus *fuiſſe ſuffraganeus Metropolytani Boſtrorum. Boſtra*, *forſan nondum erat Metropolis*, *tempore Euſebii. Fuit primo ſub Archiepiſcopatu Alexandrino*, *poſtea ſub Antiocheno*, *tandem*, *ſub* Hieroſolymitano, *& florens Metropolis evaſit*, *dicta aliquando Becerra*, *aliquando Buſereth*, *aliquando Beiſſereth*, *ſed tamen vero & proprio nomine*, *& veteribus paſſim*, *Boſtra*, *& dicitur habuiſſe modo novemdecim Epiſcopatus ſub ſe*, *modo* 35. *quorum nullus à recentioribus vel vetuſtioribus Scriptoribus* Hippolyto *tribuitur. Sed vel illius Epiſcopatum ſe ignoraſſe profitentur*, *vel illum Arabem Epiſcopum*, *vel Portuenſem*, *vel Romanum*, *Romæ ipſius Epiſcopum illum aſſerere non verentur. Quod unde fluxerit non facile eſt divinare. Forſan quia Epiſcopus in Imperio Romano. Nam paulo ante* Hippolytum, *omnes Imperii Romani ſubditi & incolæ*, *civitate Romana donati fuerunt*, *ab Antonino* Pio. *Ulpianus Lib.* 22. *L.* 9. D. *Tit. de Statu* Hominum. In Orbe Romano, *non in urbe Roma ut legerunt Accurſius*, *Bartolus*, *Baldus*, *ſed ut in Pandectis Florentinis legitur*, in Orbe Romano qui ſunt, ex Conſtitutione Imperatoris Antonini, cives Romani effecti ſunt. *Unde poſt illa tempora*, *rara pere-*

peregrinorum, & Prætoris peregrini memoria; & Numatianus in Itenerario, ad Romam ipſam.

Urbem feciſti, quod prius Orbis erat.

Qua ratione Hippolytus *non amplius peregrinus, ſed Romana civitate donatus, & Epiſcopus Romanus haberi jure potuit. Vel quia in occidente agebat. Occidentales vero Romani vocabantur. Sic ipſi Euſebio, Tertullianus vocatur Auctor Romanus. Lib. 2. Cap. 2.* Τερτύλλιανος τοὺς Ῥωμαίων νόμοις ἠκριβωκώς. Tertullianus Romanorum & Latinorum legibus egregie informatus. εἷς τῶν ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν. Inter Illuſtres Romanos, ideſt Latinos, ſcriptores Nobiliſſimus. *Et L. 2. C. 25.* Τούτου δὲ πάλιν ὁ Ῥωμαῖος Τερτυλλιανὸς ὧδέ πως λέγων μνημονεύει. Hujus rei etiam Tertullianus Romanus alicubi meminit, his verbis. *Tertullianus Romanus, eſt Latinus & occidentalis. Sic* Hippolytus *dicitur* Ῥωμαῖος *&* ἐπὶ Ῥώμης, *quia in Occidente degebat. Quem forſan eodem nomine deſignavit Euſeb. L. 3. C. 3. agens de* Epiſtola *Pauli ad* Hebræos, πρὸς τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ὡς μὴ Παύλου οὖσαν αὐτὴν, ἀντιλέγεσθαι φήσαντες. Quam dicunt non admitti à Romana Eccleſia tanquam Pauli Epiſtolam. *Vide & L. 6. Cap. 20. Ubi per Romanos, Occidentales deſignantur, & Latini, apud quos Cajus &* Hippolytus *degerunt, qui revera non admittebant* Epiſtolam *ad* Hebræos, *tanquam* Epiſtolam *Pauli, ut patet ex Photio, Cod. 48. & 121. Quam etiam Latina non recipiebat conſuetudo inquit Hieronymus, ideſt Romana. Forſan etiam* Hippolytus *dictus* Epiſcopus *Romanus, quia in Provincia Romana vel in Latio* Epiſcopalem *aliquam ſedem adminiſtrabat & regebat. Sic Roma ſumitur pro Provincia &* ἐπαρχία *Romana. In Synodo Sardicenſi, Epiſtola ad Alexandrinos;*

ἡ ἁγία σύνοδος συναχθεῖσα ἀπὸ Ῥώμης, καὶ Ἰταλίας, καὶ Καμπανίας. *Ibi Italia ſtricte ſumitur, pro Diœceſi Mediolanenſi, unde Mediolanum* Μητρόπολις Ἰταλίας *dicitur Athanaſio,* Epiſt. *ad ſolitarios; quæ ſtricta Italia ſeptem Provincias Civiles comprehendebat. Secus, Italia undecim complectebatur, ex diviſione Auguſti, apud Plinium, Lib. 3. Cap. 15. Roma vero in loco Synodi Sardicenſis, ſumitur pro Provincia Romana. Sic in Epiſtola Aureliani, de Negotio Pauli Samoſateni, de quo nos in Obſervationibus,* Αὐρηλιανὸς βασιλεὺς προσέταξε οἶκον νεῖμαι, οἷς οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν Ἐπίσκοποι τοῦ δόγματος ἐπιστέλλοιεν. Domum concedi mandavit, iis quibuſcum Itali & Romani Epiſcopi communicarent. *Apud* Euſeb. *Lib.* VIII. *Cap.* 30. Ἔστι τάξις εὐπρεπής, ἡ κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν, καὶ Ἀφρικήν, Ἰταλίαν τε ἅπασαν &c. μιᾷ γνώμῃ φυλάττεται. *Apud eundem* Euſ. *de vita Conſtant. Saltem ſi ſit illius. Lib. 3. Cap. 19. Ubi Italia, & Roma, diſtinguntur tanquam diverſæ Provinciæ, & Provincia Romana, vocatur Roma, vel* ὑπὸ πόλιν, *vel* κατὰ πόλιν. *Ideo* Epiſcopi *Provinciæ Romanæ vocantur à Græcis,* οἱ ἀπὸ Ῥώμης, *vel* οἱ κατὰ Ῥώμην Ἐπίσκοποι, *qui in Notitia Metropoleos Romæ, à Sirmundo edita, memorantur ultra ſexaginta. Sic ergo Hippolytus potuit vocari* Ἐπίσκοπος ἀπὸ Ῥώμης, *vel* ὁ κατὰ Ῥώμην. *Unde tandem ſententia de* Epiſcopatu *Romano Hippolyti. Vel forſan etiam ſic vocabatur, quia in urbe agebat,* Epiſcopus *quidem, ſed non* Epiſcopus *Romanus. Sicut enim Caſſianus Gente Scytha, Domo Athenienſis, cum Romæ tandem degeret, vocatus eſt Romanus, ſic Hippolytus, licet Arabs & in Arabia* Epiſcopus, *cum tandem Romam contendiſſet, & ibi fixas elegiſſet ſedes, vocatus etiam Romanus, & Romæ* Epiſcopus, *non quod Romanum* Epiſcopatum *regeret, ſed quia media in ipſa Roma,* Epiſcopali *dignitate florens & ornatus viveret. Sed rem forſan, non à vero ita alienam aſſeremus, ſi dicamus*

camus

camus, illum etiam, ex parte, in ſe ſuſcepiſſe onus regendi ipſius Epiſcopa-*tus Romani. Nam Hippolyti tempore multi Arabes, & Græci, Romæ agebant, quos forſan Epiſcopus* Hippolytus *regebat, & quibus Sacra, Græce, vel Arabice adminiſtrabat. Nec inſolentis hoc erat moris, duos in una urbe* Epiſco-*pali, admittere Epiſcopos. Sic Romæ in ipſa, Linus, & Clemens, & Cletus, dicuntur ſucceſſores Petri, quod videtur* Seriem *& ordinem ſucceſſionis Epiſcoporum Romanorum aliquomodo turbare. Sed optime à viris egregie doctis hoc Conciliatur, aſſerendo Clementem, Linum, Cletum fuiſſe Epiſcopos ſimul & eodem tempore, unum Pauli, alterum* Petri, *unum Circumciſionis, alterum Præputii, unum Judæorum, alterum Gentium, unum Latinorum, alterum Græcorum & Peregrinorum, qui in urbe degebant, & nondum Latinæ Linguæ ſatis aſſueverant. Sic Antiochiæ Evodius & Ignatius eodem tempore Epiſcopatum rexiſſe, non improbabile videtur Cardin. Baronio, quod & ante placuerat Balduino Junio, Flandro Ninevenſi in Chron. ad A.71. Sic Hieroſolymis, unus erat Epiſcopus Circumciſionis, & Naſareorum, & alius Gentium. Sola Alexandria ab iſta Epiſcoporum multitudine et pluralitate ſe vindicavit.* οὐ γὰρ ποτὲ Ἀλεξάνδρεια δύο Ἐπισκόπους ἔσχεν ὡς αἱ ἄλλαι πόλεις. Alexandria non habuit duos Epiſcopos ſicut aliæ urbes quam plurimæ, *inquit Epiphanius. Quod revera de Schiſmate, & diviſione optime intelligunt Petavius & Blondellus viri magni, quam nullam paſſa fuiſſet* Eccleſia *Alexandrina, ſed tamen hoc etiam arguit,* Epiphanium *in aliis urbibus plures etiam agnoviſſe* Epiſcopos. *Imo ſi quibusdam creditur,* XII. *Presbyteri Alexandrini, de quibus Hieronymus* Epiſtola *ad* Evagrium, *erant totidem* Epiſcopi. *Qui mos etiam videtur Galliam ipſam penetraſſe.* Sic Treviris, *Maximinus* Epi-*ſcopus conſecratur & ſucceſſor deſignatur ab Agritio tunc Trevirorum* Epi-*ſcopo, & ſatis credibile videtur ambos junctis operis poſt Maximini ordinationem Trevirenſem* Epiſcopatum; *in Gallia Belgica adminiſtraſſe. Sic Tu-*

 ronis.

ronis Licinius & Diniſius Epiſcopi *ambo videntur* Epiſcopatum *rexiſſe. Nam Diniſius à Rege Clodovaro ſeu Clodoveo electus fuit, & ſucceſſor deſignatus Licinii. Jam vero, An. D.* 511. *Licinii* 11. *deſiit eſſe Clodovarus, & Licinius, An. Dom.* 513. *deceſſit.* Si ergo *ad* Epiſcopatum *acceſſit Diniſius vivente Clodovaro, hoc debuit fieri, vivente Licinio, adeout tunc temporis duo extiterint Turonenſes* Epiſcopi. *V. Gr. Tur. L.* 3. *C.* 2. *L.* 10. *C.* 13. *Sic Irenæus vivente Pothino* Epiſcopus *Lugd. conſecratur.* Et *revera hoc ubique fere obſervabatur. Cum Hæretici* Epiſcopi *convertebantur, illis ſervabatur dignitas* Epiſcopalis, *et illi ſemper obtinebant* πρεσβεῖα τῆς τιμῆς. *In Africa cum Donatiſtæ ad Orthodoxos revertebantur, dignitate* Epiſcopali *cum Epiſcopis urbium ſemper etiam gaudebant. Imo Hipponi Auguſtinus ipſe, à Valerio* Epiſcopo, *Epiſcopus etiam Hipponenſis ordinatur, qui in partes Laboris Epiſcopalis cum Valerio veniret. Et in eadem Africa Severus, cum alio* Epiſcopo *Eccleſiam Milevitanam gubernavit, apud Auguſt.* Epiſt. 110. *Sic Maximus cum Macario* Eccleſiam *Hieroſ. rexit apud* Soz. L. 2. C. 20. *Hinc forſan* ὑποψήφιοι, *Chorepiſcopi, & Coadjutores quorum exemplum egregium habemus apud* Euſeb. *L.* VII. *H. E.* C. 32. *de Anatolio.* Ἀνατολίῳ πρῶτος ὁ τῆς Παλαιστίνων Καισαρείας Ἐπίσκοπος Θεότεκνος χεῖρας εἰς Ἐπισκοπὴν ἐπιτέθεικε, διάδοχον, μετὰ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν ποιεῖσθαι, τῇ ἰδίᾳ παροικίᾳ προνοούμενος. Καὶ δὴ ἐπὶ σμικρόν τινα χρόνον ἄμφω τῆς αὐτῆς προύστησαν Ἐκκλησίας. Anatolio Theotecnus Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus, primus manus impoſuit, cumque Epiſcopum ordinavit, ſucceſſorem illum Eccleſiæ ſuæ deſpondens. Ambo autem aliquantiſper eandem Eccleſiam ſimul gubernarunt. *Cujus rei & alterum huic geminum exemplum ſuppeditat idem Euſebius L.* VI. C. XI. *de Alexandro qui una cum Narciſſo* Eccleſiam *Hieroſolymitanam gubernavit. Ad qua exempla ſic Valeſius, vir doctrinæ ſingularis, & Judicii acerrimi.*

Vi-

Vide quomodo etiam & uni Eccleſiæ, duo præfuerunt Epiſcopi. Hæc ſunt vetuſtiſſima exempla Coadjutorum, ut nunc vocant Epiſcoporum, qui cum ad ſublevandam priorum Epiſcoporum ſenectutem, inſtituti primum fuiſſent, re poſtea in conſuetudinem verſa, nulla neceſſitate, id exigente, per gratiam & ambitionem creari cæperunt. Cui malo ne longius ſerperet, remedium adhibuere Patres Sardicenſes. *Sed ante Sardicenſes, ipſi* θεοφόροι *Nicani, graſſanti iſti conſuetudini voluerunt etiam obſiſtere. Sic enim illi*, Can. 8. εἰ δὲ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσκοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χορεπισκόπου, ἢ πρεσβυτέρου, ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ Κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει, δύο Ἐπίσκοποι ὦσιν. Si hoc autem ei minime placuerit, inveniat ei locum Chorepiſcopi, aut Presbytéri, ut omnino in Clero eſſe videantur, ne in Civitate duo ſint Epiſcopi. *Quo decreto ſatis innuitur ante Concilium Nicenum, & primis Eccleſiæ ſeculis obtinuiſſe morem iſtum, plures Epiſcopos conſecrandi, qui unicum regerent Epiſcopatum. Hoc obſervat ipſe Marca, vir dignitate, & eruditione Illuſtris: Nam in Libro de ſingulari primatu Petri, adnotat*, Petrum & Paulum ſimul rexiſſe Eccleſiam Romanam, quamvis non ex æquo, & eam ante Concilium Nicænum, fuiſſe in Eccleſia Diſciplinam, ut fas eſſet duos Epiſcopos uni Eccleſiæ præeſſe, *referente Baluſio viro celeberrimo. Vide & ipſum Marcam in Opuſculis, Pag. 65. 65. 67. 71. De eadem materia videantur Balduinus & alii qui diligentius res Donatiſtarum cum Orthodoxis pertractarunt; & Fileſacus, Sa-Savaro, Natalis Alexander, & vir Præſtantiſſimus, qui media in ipſa Roma vindicias ſcripſit, & totum Caput* XIII. *impendit, ad confirmandum morem iſtum, illumque fere ubique obtinuiſſe, imo in ipſa Eccleſia Romana acerrime contendit. Quæ cum ita ſint, non puto eccitandam eruditorum invidiam & cenſuram, ſi aſſeratur, Hippolytum vocari Epiſcopum Romanum, quia cum Zepheryno Epiſcopo, vel alio Epiſcopo Romanæ Eccleſiæ ad quam propter potentiorem urbis Principali-*

litatem multi Peregrini confluebant, Peregrinus, & ſecundus Epiſcopus curam etiam geſſerit. Ingenue tamen profiteor me, cum multis, facile admiſſurum, Hippolytum dictum Epiſcopum Romanum, quia Portus in Diœceſi Romana erat Epiſcopus, ſi conſtaret, Portum fuiſſe Epiſcopatum, tempore Hippolyti, & Epiſcopo Portuenſi, eadem permiſſa, quæ poſterioribus temporibus illi permiſſa ſunt, in Ordine Cardinalium, in Ordinatione, & Conſecratione Pontificis Romani, & in Sacris quibusdam obeundis, in variis Romæ Sacellis & Baſilicis. Sed iſta ſunt ſequioris ævi. Nec Portus Epiſcopatus, tanta ſe poteſt vetuſtate commendare. Erat Portus Oſtienſis à Claudio conſtructus, à Trajano reparatus, gravi & inclementi aeri obnoxius, & qui pauciſſimos ſemper aluit indigenas & incolas. De eo videantur Bar. Aringhius, Ughellus in Italia Sacra, qui nunc non eſt ad manum, & quo in Gallia uſi ſumus, ex Bibliotheca Emerici Bigotii, viri quem omnibus probis & eruditis, Humanitas, candor, doctrina hodie commendarunt. Non ergo Hippolytum Portuenſem Romanum Epiſcopum fuiſſe, facile admiſerim, multo minus Oſtienſem, quod voluerunt Centuriatores Magdeburgenſes, qui diſcrimen inter Oſtiam, & Portum videntur ignoraſſe.

Sed ſi mentem noſtram ulterius liceat aperire, et ſi nova conjectura præcedentes cumulare adhuc mihi concedatur, quid impedit quominus dicamus Hippolytum fuiſſe Epiſcopum Portus Romani. Non quidem Portus Oſtienſis, Portus ad littus Maris Tyrrheni, ad oſtia Tiberis. Sed Portus Romani in Arabia. Nam revera in Arabia Portus erat nobiliſſimus, Romanis præcipue notus, et qui cum ab illis admodum frequentaretur, vocabatur Portus Romanus. De eo Philoſtorgius, Lib. 3. Cap. IV. Καθιδρύσατο Ἐκκλησίαν ἐν ᾧ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐμπόριον ἐτύγχανεν, ἔξω πρὸς τὸν ὠκεανὸν τετραμμένον, καλοῦσι δὲ τὸ χωρίον Ἀδάνην, ἔνθα καὶ τοὺς ἐκ Ῥωμαίων ἐτύγχανεν ἀφικνουμένους ἔθος ἦν καθορμίζεσθαι. Theophilus ædificavit Eccleſiam ubi Romanum erat emporium, extrorſum ad Oceanum poſitum, vocant vero Regio-

gionem Adanem, quo ii, quos ex Romanis venire contingit, appellere mos eſt. *Eadem habet Nicephorus, ſed quæ hauſit ex Philoſtorgio. Emporium iſtud Romanum, Ptolomæo vocatur* ἐμπόριον Ἀραβίας. L. 6. & L. 8. *Quia totius Arabiæ erat nobiliſſimum, et ad illud Græci, Romani, Ægyptii per Mare Rubrum ex Cliſmate Portu, vel pedeſtri itinere Copto ad Berenicem, tandem totum iſtud mare præterlapſi, extra Babelmandel, et fauces ſinus Arabici ad Portum Romanum in Oceano ſitum appellebant. Vocatur aliis Aden, ut ex Uranio apud Stephanum conſtat. Quod nomen adhuc ſuperſtes manet, et Regioni tribuitur Arabiæ Fælicis, ubi eſt Portus iſte Romanus, qui Arriano dicitur ni fallor, Arabia Fælix, in Periplo maris Rubri, et aliis Adana. De Adana Regno vide Marcum Paulum Venetum*, L. 3. C. 46. *Alfragan. De Elementis, Aſtronom. Cap.* IX. الاقليم الاول يقطع ارضا اليمن فتكون فيه من المداين المعروفة مدينه ظفار وعمان وحضرموت وعدن Primum Clima tranſit Terram Jeman, ubi urbes Claræ, Dafara, Oman, Hadramuta, Aden. *Scherif Elidris, in Geographia quæ perperam vocatur Nubienſis, Climat.* I. *Par.* 6. ومدينة عدن مدينة صغيره وانما اشتهر ذكرها لانها مرسي البحرين ومنها تسافر مركب السند والهند والصين واليها يجلب متاع الصين. Eſt vero Aden urbs Parva, celebris tamen, quia eſt Portus utriuſque maris, & ex ipſa ſolvuntur navigia Sindæ, Indiæ, & Sinarum, & ad ipſam deferuntur vaſa Sinica. *Unde patet fuiſſe Portum Arabiæ nobiliſſimum, et propter Situm, et Orientalibus, & Occidentalibis omnium magis frequentatum. Ideo vocatur Portus, Emporium, Emporium Arabiæ, imo vocabatur Arabia Fælix, ut patet ex Periplo Arriani, quia erat totius Arabiæ Fælicis locus amæniſſimus, & iſtius beatiſſimæ Regionis nobiliſſimum compendium. Ideo Regio vocabatur* اليمن *non tantum quia ad dextram ſita, ortum reſpicientibus. Sed quia Benedicta. Nam cum benedictionem dextra impertiri ſolerent, dextra etiam apud Arabes ſumitur*

pro Benedictione. Portus vero dicitur Aden, ſicut & tota regio, اليمن, *non à filio Sabæ, Abrahami ex Cethura filii. Nec à Græco quodam Adano, ut voluit Salmaſius.* Ἀδάνος *inquit*, nomen proprium; pleriſque enim Inſulis Maris Rubri nomina impoſita Græca, ab Alexandrinis Mercatoribus, qui in Indiam navigabant, aut à Gubernatoribus, vel Ducibus, quos mittebant Ptolomæi Reges, ad ea Maria exploranda, & navigationem Indicam periclitandam. Hinc pleræque earum, ab iis denominatæ, à quibus detectæ fuerant, aut navem ad eas appulerunt. Ἀλαλαίου νῆσοι, Διωδώρου, Αἴνου, Τιμαγένοις, Σωκράτοις, Σιωοβίου, Διοσκορίδου, Μαλίχου, Ἀδάνου. *Sed Aden, eſt vox Arabica, quæ notat delicias, & voluptatem, unde Paradyſus Terreſtris vocabatur* גן ערן. *& Arabibus* جنة عدن Paradyſus voluptatis. *Et revera Arabes, regioni Adanæ, Paradiſum tribuunt & vindicant, & ibi à Deo conditum aſſerunt, quod terræ fæcunditas & amænitas exiſtimant adhuc comprobare: Eadem ratione urbs Adana ad Euphratem ſita nomen adepta eſt, ſicut et alia Adana in Cilicia. Non à Conditore ut legitur apud Stephanum, ſed à loci indole amæniſſima et feraciſſima, quem* Κοίρανος *fluvius alluebat et irrigabat, et qui vocatus fuit Sarus,* Σάρος, *non à viro quodam ſedes ibi collocante, ſed à* שר *quod Principem notat, et quod idem eſt ac* Κοίρανος. *Sic Adana vocabatur, ab* عدن *quaſi amæniſſima, et Portus Arabiæ,* عدن *Aden, propter eandem rationem, quia Paradiſum terreſtrem ubertate et amænitate ſua referre videbatur, imo et Paradyſi reliquias ab Arabibus eſſe crederetur. Hinc meo judicio intelligendus locus Nonni in Paraphraſi Evang. D. Job. Cap. XIX.*

Ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος, ὃς ἤλυθε νυκτὸς ὁδίτης
Ἐς μέγαρον χριστοῖο φυλασσομένῳ ποδὶ βαίνων

Σμύρ-

Σμύρναν ἄγων θυόεσσαν, ἐρυθραίοιο ἢ κήπου
Ἰνδώης ἀλόης δονακοτρεφὲς ἔρνος ἀρούρης.

Venit autem Nicodemus, qui venerat noctu viator, in domum Chriſti, cauto pede incedens, Myrrham ferens fragrantem, rubicundi etiam horti Indicæ Aloes in Arundinibus creſcens germen. *Græca hujus loci optime ſe habent. Nec ſollicitandus eſt iſte locus. Erraverit qui pro* Κήπου *legerit* Κόλπου. *Loquitur ibi Nonnus de Aloe. Videtur accepiſſe pro Calamo Aromatico. Ideo vocat Aloem,* δονακοτρεφὲς ἔρνος, *vocat Ramum Indicæ terræ, et ex India allatum, et allatum ad* Κῆπον, *non* Κόλπον, ἐρυθραῖον. *Unde in Ægyptum, Arabiam, Palæſtinam, Iudæam poſtea diſtrahebatur. Male vero reddit Interpres,* rubicundi horti; *ibi* ἐρυθραίου, *eſt nomen proprium, et reddendum,* Erythrei, *ſeu* Arabici horti. *Nimirum ex Aden, ex* جنة عدن, *Paradyſo Aden,* Ἐμπορίῳ Ἀραβίας, Ἐμπορίῳ Ρομαικῷ, *ſeu Portu Romano omnium Mercium Theſauro, et Gazophulacio, unde merces tandem in Arabiam, Aſiam, Africam,* Europam, *commode tranſportabantur. Frequentabatur vero ab omnibus iſte Portus. Et ibi Apoſtolus Paulus forſan Evangelium annunciavit. Apoſtolus Thomas antequam ulteriores Indos penetraret, dicitur etiam ibi haſiſſe, & Evangelii, opes & Margaritas, cum iſtis omnium Gentium Mercatoribus fæliciter communicaſſe. Hinc eſt quod ſeculo ſecundo, cum Evangelii veſtigia adhuc ibi ſupereſſent, & Meſſis, non contemnenda, propter Mercatorum undique appellentium concurſum, colligenda appareret, ineunte ſtatim ſeculo tertio Boſtra Epiſcopatu Arabia, potuit illuc ſe conferre Hippolytus, tanquam loci Epiſcopus, unde poſt indeſeſſam, & utiliſſimam promovendo Evangelio navatam operam, Romam ipſam tandem contendit. Ubi Epiſcopus Peregrinus vivebat, Epiſcopus Arabs, Epiſcopus Portus Romani. Non Portus Oſtienſis ad*

Tyberis Oſtia. Sed Portus Romani, in Arabia, ubi Hippolytus diu vixiſſe memoratur. Et revera ſi Portus Oſtienſis fuiſſet Epiſcopus, *& ibi Martyrio fuiſſet conſummatus. Monumentum iſtud illius memoriæ conſecratum, ſtatua iſta Cathedralis Marmorea literis Græcis utrinque circumſcripta ſeculo præterito ex ruderibus quibusdam eruta, in ſede* Epiſcopali *quam occupaſſet Hippolytus, ab illius cultoribus poſita & collocata fuiſſet. Nimirum intra Portus Oſtienſis territorium & Pomæria. Jam vero inventa eſt in æde Laurentiana ad urbem; quo conſtare mihi videtur Romanos illum ſibi vindicaſſe, Romæ præcipue egiſſe, ibi Evangelio propagando, & Hæreſum viro & veneno extinguendo alacriter & ſtrenue incubuiſſe, nullius Epiſcopalis ſedis vicinæ Rectorem fuiſſe, & ſi Portus Epiſcopus habitus eſt, non Portus in Latio, & Diœceſis Romanæ, ſed Portus Romani in Arabia* Epiſcopum, *agnitum et reputatum fuiſſe.*

Enim vero in Arabia illum diu vixiſſe neceſſum eſt, ſi vera ſunt ea quæ de illo à quibuſdam narrantur. Nimirum illius opera 30000. *Saracenorum et Arabum, ad fidem Chriſtianam fuiſſe converſa.* Sic enim de illo *Petrus Damiani Epiſtol. Lib.* I. *Epiſtol.* IX. *ad Nicol.* II. *Pontificem Romanum.* Beatus quoque Nonus Martyr, qui & Hippolytus, memoriæ noſtræ, non prætereundus occurrit: Qui nimirum poſtquam triginta millia Saracenorum, ad Chriſti fidem efficaciſſima prædicatione convertit, poſtquam beatam quoque Pelagiam de Lupanaribus, ad Eccleſiæ pudicitiam provocavit, poſtquam denique nonnullos Sanctarum expoſitionum Libros luculenter explicuit, tandem Epiſcopatum deſeruit, de Antiochenis partibus unde erat oriundus, abſceſſit, Romanos fines appetiit. Cumque B. Aurea, apud Oſtiam Civitatem Saxo cervicibus alligato, in Marinis fluctibus Martyrium conſummaſſet, B. Nonus Sanctum Cadaver, Pia devotione collegit, & cum omni diligentia tumulavit. Quem mox idem perſecutor, qui dicebatur Ulpius, juxta Tyberis Alveum, in foveam aquis plenam

mer-

mergi præcepit, cujus poſtmodum corpus, conſummato triumphali Martyrio, in civitate quæ Portus dicitur, Chriſtiana devotio ſepelivit. Illico audita eſt vox veluti Infantium, per unam fere horam clamantium, Deo gratias. Qui ergo talem vitæ meruit Clauſulam, liquido patuit, quia Epiſcopatum deſerens, coram Deo non incurrit offenſam. *Locus prolixus ſatis, & qui legatur, vel deſcribatur, faſtidioſis nimis longus. In eo tamen, quadam occurrunt de* Hippolyto, *qua alibi non invenias. Ex illo quippe patet illum fuiſſe Arabia Epiſcopum, qua olim Antiocheno Patriarchatui ſubjacebat, antequam Hieroſolymitano creſcenti & ad Patriarchatum graſſanti diviſa tribueretur. Illum vocatum Nonum, Auream tumulaſſe, Pelagiam convertiſſe, Epiſcopatum deſeruiſſe, Roma vixiſſe ſine alio* Epiſcopatu, *P. Damiani neſciviſſe Hippolytum fuiſſe Portuenſem, Latinum* Epiſcopum. Hippolytum *ſub Ulpio, Martyrio Coronatum, & in Portu tandem, devotione Chriſtiana ſepultum. Ulpius eſt iſte Ulpianus, qui vixit ſub Alexandro Severo. Memoratur in Aurea ſeu Chryſa Martyris, qua nunc proſtant Actis, & cura* Hippolyti *pro mortua, iisdem in Actis etiam non pratermittitur. Tempora ſatis quadrant. Sed quod addit Petrus Damiani Hippolytum Panitentem Pelagiam convertiſſe, & illam à turpiſſimis moribus, & proſtituitis, ad meliorem frugem, & vitam caſtiſſimam perduxiſſe; hic tempora congrua deſiderari poſſunt. Nam Pelagia ſub Theodoſio juniore Panitens & recluſa vixit Hieroſolymis, quod ad avum* Hippolyti *aptari nullo modo poteſt. Et videtur hic* Petrus *Damiani*, Hippolytum *Nonnum, cum Nonno Epiſcopo Edeſſeno confudiſſe, & unum pro altero habuiſſe. Nonnus poſt ejectum Ibam, fuit Edeſſenus Epiſcopus. Cum Ibas purgatus in Concilio Chalcedonenſi ann.* CCCCLI. *Sedem Edeſſenam recuperaſſet, Nonnus ſine Epiſcopatu vixit Antiochia. Vacante vero ſede* Heliopolitana, *ad Libanum, illam occupavit, & tandem Iba defuncto, Nonnus ſecundo, Edeſſam vocatus eſt, & tandem mortuus Epiſcopus Edeſſenus. De illo videantur Menologium Gracorum, Acta* Pelagia,

Nicephorus Lib. 14. *Cap.* 30. *Liberatus in Breviario, Cap.* 12. *&* Epiſtola Edeſſenorum *pro confirmatione & comprobatione* Concil. *Chalcedon. In Actis iſtius* Concilii. *Quia vero ſedem deſerere coactus fuerat, hinc forſan à* P. *Damiani habitus alio pro Hippolyto, qui relicta ſua ſede* Epiſcopali *in Oriente, ſub* Patriarcha *Antiocheno, vel Alexandrino, Romam Epiſcopus venerat, & variis ſcriptis, geſtis, doctrinæ ſpeciminibus, moribus probiſſimis, Martyrio tandem ibi inclaruerat, & admodum ſe commendaverat. Sed de converſione* Pelagiæ *per Hippolytum* Porthenſem Epiſcopum *Romanum, nihil Kalendaria, & Martyrologia Romana. Adeo ut deceptus videatur fuiſſe* Petrus *Damiani, qui Hippolyto Nonno,* Portuenſi Epiſcopo, *tribuit emendationem &* Pænitentiam *Pelagiæ, ſicut alii falluntur qui converſionem* 30000. *Saracenorum tribuunt* Hippolyto *Nonno Edeſſeno, quæ forſan meliori jure tribui poteſt Hippolyto qui tamdiu vixerat in Arabia. Nam quod Nicolaus Abramus, vir politiorum literarum plenus, exiſtimat iſtam Saracenorum converſionem, factam opera, & miniſterio Nonni, Auctoris* Διονυσιακῶν, *&* Paraphraſeos *in Evangelium Johannis, in eo vehementius fallitur. Nam hic Nonnus fuit Ægyptius,* Panopolitanus, *nulla Eccleſiaſtica dignitate ornatus, literis humanioribus florentiſſimus, Homeri Lector & cultor indefeſſus, ad cujus fictiones & grande dicendi genus, indolem ſuam prorſus finxerat et conformaverat. Alter vero Nonnus cui hoc tribuitur, erat Edeſſenus,*Epiſcopus Heliopolitanus,*et tandem Edeſſenus,qui morum facilitate, humilitate, doctrina, zelo, virtute, non modicam apud Synodi Chalcedonenſis* Patres, *Maximum* Patriarcham *Antiochenum, et omnes populares ſuos famam et commendationem comparaverat. Sed facilis trahor ut credam numeroſiſſimam iſtam Saracenorum turbam ad Chriſtum perductam fuiſſe, exemplis, doctrina, et hortationibus Hippolyti noſtri, quem Nonnum vocat* Petr. *Damiani.* Et *Martyrologium ipſum Hieronymi, &* Acta *Auraæ, ex* Cod. *Lateran. & Vallec. apud* Aringhium. *L.* 1. *et* 3. *R.S. Sed neſcio quare. Nonnus*

nus videtur deſignare Monachum. Sic enim Monachi vocabantur; et dicebantur Nonni, ideſt filii. Nam ſicut præfixi Monaſteriis vocabantur ἡγȣμένοι, *Archimandritæ, Abbates, ab* אבא *quod ſignificat* Patrem; *ſic Monachi vocabantur, Nonni, à* נן *et* נין *quod notat filium. Inde Nonni Monachi, et Nonnæ Moniales. Sed* Hippolytus *nonquam fuit Monachus. Sicut nec Diaconus tantum, quæ tamen dignitas illi etiam tribuitur in Concilio Romano ſub Sylveſtro. Anno Dom.* CCCXXIV. *Ubi maxima etiam ignominia & infamia oneratur, quaſi tandem deflexiſſet ad partes Hæreticorum Valentinianorum. Sed certe in iſto Decreto Concilii Romani omnia turbata ſunt. Et ibi jungi debere videtur Hippolytus cum Victorio, quaſi qui de Cyclo Paſchali aliter ſentirent quam Eccleſia Romana.* Et *revera uterque Hippolytus, & Victorius Aquitanus, de Ratione Temporis Paſchatis eruditos Canones ediderant; qui tamen Latinis omnibus omnino non placuerunt. Hinc eſt quod in iſto Concilio Romano, tanquam Hæretici damnentur. Non enim ibi legendum eſt Victorinus, nec Victorinus Petavionenſis, qui fuit ante tempora iſtius Concilii, ut patet ex Hieronymo. Nec Victorinus Pictavienſis qui nullus unquam fuit, ut probatum Launoyo, viro diligentiſſimo. Sed Victorius, qui vixit ſeculò* V. *unde ſatis apparet Concilium iſtud Romanum initio ſecul.* IV. *omnino ſuppoſititium eſſe; quod tam firmis aſſervit argumentis Launoyus Doctor Sorbonicus, ut nullus nunc contrarium audeat propugnare, ſi pudori & honori proprio aliquantiſper voluerit conſulere. Nam Victorius diu vixit poſt annum* 324, *& Hippolytus criminis, ſceleris, Hæreſeoſque purus, prioribus omnibus ſeculis, maxima ſemper fama & gloria floruit. Neque enim contra Monothelitas ſcripſit, quaſi ad* 6. *&* 7. *ſeculum relegandus foret, ut videtur innuere vir egregiæ doctrinæ & Judicii non minoris. Nam revera vixit ineunte, & adulto ſeculo* 3, *Sed cum ſcripſerit de Duabus in Chriſto Naturis, & de Incarnatione verbi, contra Marcionitas, hinc eſt quod ille multa etiam de Operationibus, & voluntàtibus duarum*

 natu-

naturarum multa dixerit, quæ ad Monothelitarum ſententiam funditus evertendam facile trahi poſſunt. Selecta olim collegiſſe credebatur Anaſtaſius Bibliothecarius, quæ tandem prodierunt, cura & induſtria Sirmundi, Viri qui ad ἄκραν τῆς παιδείαν *aſſurrexiſſe videbatur. Hoc tamen ut obiter dicam, urgente conſcientia, profiteri cogor, iſta fragmenta admodum mihi ſuſpecta videri. Illorum meminerunt Poſſevinus, & Caniſius, & ſatis animadverterunt in illis multa contineri, de unica operatione in Chriſto, & de Naturarum illius confuſione, quæ tempora, Hippolyti ſeculo recentiora ſatis produnt. Unde admonitio Caniſii A. L. T. v.* Errorem de humanitate in Divinitatem mutata, contra quem diſputat Hippolytus, non cum Apollinari, vel Eutyche demum natum & Introductum, ſed longe antiquiorem eſſe. *Quod quam verum ſit, & quomodo, docebimus* σὺν Θεῷ *ſecunda Parte Obſervationum noſtrarum, cum ad Epiſtolam D. Chryſoſtomi ad Cæſarium Monachum tandem pervenerimus. Interea licet annotare, Poſſevinum, & Caniſium viros emunctæ, & exercitatæ naris, animadvertiſſe in iſtis fragmentis, quædam quæ Hæreſim Eutychianorum imo Monothelitarum virus & venenum, ſpirare & redolere videantur. Quod ita mihi patet, ut non poſſim quin iſta Fragmenta Hippolyto noſtro omnino abjudicem. Scio iſta Fragmenta hoc ipſo Titulo ornari.* Τοῦ Ἁγίου Ἱππολύτου Ἐπισκόπου Πόρτου, ἤγουν τοῦ λιμένος Ῥώμης, καὶ Μάρτυρος ἀληθείας, ἐκ τοῦ κατὰ Βήρωνος καὶ Ἥλικος Αἱρετικῶν. Sancti Hippolyti, Epiſcopi Portus Romani, & Martyris veritatis, contra Beronem & Helicum Hæreticos. *Sed Liberalibus iſtis Titulis non debent decipi Lectores, & iſto fuco non debent pati, ſibi nimis facilibus imponi. Certe appenſa iſta hædera, non genuina illa eſſe fragmenta, mihi perſuadere poteſt, & illa alteri Hippolyto adſcribere ſatius eſſe ſemper judicavi. Decepti ſæpe veteres, variorum Hippolytorum* ὁμωνυμίᾳ, *& alium pro alio, non raro acceperunt. Hunc ſcopulum non potuit declinare ipſe Prudentius, qui Hippolytum Antiochenum olim Novatianum, cum Hippo-*

lyto

lyto noſtro, Irenæi Diſcipulo, Lib. περὶ στεφανῶν. *Carmine ad Valerianum Epiſcop. de Paßione Hippolyti Martyris, confundit. Imo tres in unum conflavit. Hippolytus quippe Antiochenus, inſtar Hippolyti Theſei Filii, de quo* Eurip. *in Hippol. Coron. equis raptatus & dilaniatus fuit.* Hippolytus *vero Arabs aquis merſus & ſuffocatus fuit. Nam revera varii extiterunt* Hippolyti, *Antiochenus, Carthaginenſis, Romanus, Arabs noſter, quorum varii natales, in Martyrologiis, diverſis diebus recoli, & celebrari ſolebant. Imo & alter Senator* Romanus, *qui cum Apollonio, & ipſo Senatore paſſus eſt ſub Commodo: Primus de illo mentionem fecit Hieronymus, & poſt illum alii. Sic enim Hieronymus, Epiſtola ad Magnum Oratorem urbis Romæ.* Hippolytus quoque, & Apollonius, urbis Romæ Senatores, propria Opuſcula condiderunt. *Unde hoc de Hippolyto habuerit Hieronymus, nulla conjectura potuerunt aſſequi Doctiores. De Apollonio quidem apud* Euſebium *quædam revera leguntur. Sed quod fuerit Senator Romanus, & opus condiderit pro ſide* Chriſtiana, *hoc eſt de quo* Euſebius *nullam ingerit mentionem. Sic enim* Euſebius, *Lib.* v. *H. E. Cap.* xxi. Ἐπὶ γοῦν τῆς Ῥωμαίων πόλεως, Ἀπολλώνιον, ἄνδρα τῶν τότε πιστῶν ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένον, εἰς δικαστήριον ἄγει; ὁ δέ γε θεοφιλέστατος Μάρτυς, ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς λογιωτάτην ὑπὲρ ἧς ἐμαρτύρει πίστεως, ἐπὶ πάντων παρασχὼν Ἀπολογίαν, κεφαλικῇ κολάσει ὡς ἀπὸ δόγματος συγκλήτου τελειοῦται. Denique Romæ, Apollonium quemdam è numero fidelium, qui in humanioribus literis, & in Philoſophia eximius habebatur, in Judicium adduxit. Martyr vero Deo acceptiſſimus coram Senatu, cum Apologia elegantiſſima, fidei ſuæ teſtimonium præbuiſſet, capitali ſuplicio à Senatu damnatus eſt. *Hic de dignitate Apollonii, et de illius operibus, nulla prorſus memoria. Nam quod Apologia fidem ſuam vindicaverit præſente toto Senatu, hoc tantum innuit illum verbis & dictis elegantißimis coram Senatu veritatem, & fidem ſuam intrepide aſſeruiſſe, non*

vero, *quod Apologeticum aliquod, ad veritatis Patrocinium, ſcripto conſignaverit. Nec ab* Euſebio *dicitur quod fuerit Senator. Primus hoc innuit Rufinus, à quo Hieronymus & Nicephorus habuerunt. Hoc forſan colligebat Rufinus ex* Euſebio *ipſo, qui paucis antequam loqueretur de Apollonio, verbis dicit. Tunc florebat,* σωτήριος λόγος, ὥστε ἤδη, καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμης εὖ μάλα πλούτῳ, καὶ γένει διαφανῶν πλείους, ἐπὶ τὴν σφῶν ὁμόσε χωρεῖν πανοικί τε καὶ πανγενῇ σωτηρίαν Salutaris Dei Sermo. Adeout multi ex iis qui in urbe Roma, genere atque opibus eminebant, ſimul cum univerſa domo & familia, ſalutem conſecuturi occurrerent. *Unde tandem colligere facile fuit, Apollonium de quo immediate poſt agit* Euſebius, *fuiſſe genere nobilem & dignitatis Senatoria. Quod tamen vix eſt credibile, cum fuerit capite damnatus à Perenni, Pratorii* Praf*ecto, ad quem in Senatores, nullum jus & Imperium pertinebat. Hoc ergo à Rufino habuit Hieronymus, qui cum videret* Euſebium *aſſerere multos genere nobiles ad fidem fuiſſe perductos, non tantum, Apollonium Senatoria dignitate auxit, ſed illi etiam alium Senatorem ſociavit, nimirum Hippolytum, qui Martyrio, & Apologia etiam pro Chriſtianis, ut Apollonius inclaruerit.* Hippolytus quoque, *inquit Hieronymus*, & Apollonius urbis Romæ Senatores, propria Opuſcula condiderunt. *Ubi hunc Hippolytum, qui alibi non occurrit, videtur de ſuo addidiſſe. Prater hunc vero multi alii extitere ut modo dicebamus. De quibus videantur Martyrologia ad Januar. 30. Februar. 3. Auguſt. 13. 22. 23. Septemb. 11. Decemb. 2. Nam qui Jun. 19. memoratur non eſt alius à noſtro. Sed locus malè ſe habet, & eget emendatione. Sic enim ſonat et legitur, in vetuſtiſſimo Martyrologio Romano Hieronymi:* Romæ Hippolyti, Evoti, Petri. *Sed nullibi legitur Hippolytus cum iſtis Sociis Martyrii Corona auctus & cumulatus. Ideo locus aliter legitur in Codice MSS. Chriſtina Regina*, Romæ in Cæmeterio Hippolyti, SS. Honorii, Evodi, Petri. *Quidam vero amanuenſes incuria vel ignorantia locum iſtum deſcribentes, cum neſcirent, quid ſibi vellet ibi, vox*

Came-

Cæmeterio, illam expunxerunt, & ſcripſerunt, Romæ Natalis Hippolyti Evodi, Petri &c. *Sed bene ſe habet locus in Codice Reginæ. Erat enim Cæmeterium Hippolyti non longe ab urbe, in agro Verano, in via Tiburtina, de quo Anaſtaſius Bibliothecarius, Auctor vitæ Hadriani primi, Pontificis Romani. De eo quippe hæc ibi memorantur.* Simul & Cæmeterium B. Hippolyti juxta Sanctum Laurentium, quod à Priſcis marcuerat temporibus, à novo renovavit, pari modo & Eccleſiam B. Stephani, ſitam juxta prædictum Cæmeterium S. Hippolyti, ſimiliter reſtauravit. *Unde liquido conſtare poteſt, non hic agi de novo quodam Hippolyto Martyre, ſed de Cæmeterio Hippolyti, quod in agro Verano olim extructum fuerat in honorem Hippolyti* Arabis, *qui ibi bonum certamen fidei, pro veritate decertaverat.* Sic *in eodem Martyrologio, Laurentii & aliorum Natalis memoratur, cum debeat legi. In Laurentii, in* Titulo vel Cœmeterio *Laurentii Diaconi Martyris. Sic etiam ibidem Philippi, et Sociorum Martyrium memoratur. Cum legi debeat in Philippi, Cæmeterio Philippi, quod ad ſextum lapidem, ab urbe diſtabat. Innumeri tales errores Occurrunt in Tabulis iſtis* Eccleſiaſticis. *Sic etiam non Hippolyti, ſed in Hippolyti ibi legendum eſt, ideſt in Cæmeterio Hippolyti, in* Agro *Verano, in via Tiburtina, ad Laurentiam Baſilicam, ubi erant recondita* Hippolyti *noſtri Reliquiæ.*

Inde fuit erutum ſimulachrum Marmoreum, de quo ſupra diximus, variis Græcis literis & laterculis circumſcriptum. Unde colligi poſſet, Hippolytum iſtum non fuiſſe Portuenſem Epiſcopum. Quare enim, ut modo dicebamus, in agro Verano, in via Tiburtina, ad Titulum Laurentii tumulatus fuiſſet, cum in ſede Portuenſi, Diæceſani ſui, potuiſſent illum eodem cultu proſequi. Certe non video cur Epiſcopus Portuenſis, cum tanto venerando monumento, in alia Diæceſi terræ conditus fuiſſet, non vero in ea ipſa Eccleſia, quam moribus, Doctrina, Martyrio ſuo, docuiſſet, & illuſtraſſet. Ideo in iſto monumento non legitur quod fuerit Epiſcopus Portuenſis.

tuenſis. Indicio manifeſto quod iſtis prioribus temporibus, pro Epiſcopo Portus Oſtienſis nullomodo agnoſcebatur, quod ex Hieronymo & Euſebio ſupra probatum dedimus. Occurrunt revera in Chronico Euſebii hæc verba de Hippolyto. Ἱππόλυτος ἱερὸς φιλόσοφος, Ἐπίσκοπος Πόρτου τοῦ κατὰ τὴν Ῥώμην, σφόδρα διαπρεπῶς ἤνθει ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ, πλεῖστα ψυχωφελῆ συντάττων ὑπομνήματα. Hippolytus Sanctiſſimus Philoſophus Portus Romani, floruit, & admodum ſe commendavit, doctrinâ & fide Chriſtiana, & variis ſcriptis & commentariis, quam plurimorum fidelium utilitati, & ſaluti conſuluit. *Quæ verba in Chronico Latino Euſebii tam editionis Scaligeri, quam Pontaci deſiderantur, & facile colligere patiuntur, illa non eſſe Euſebii, ſed Georgii Monachi, Syncelli Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui Chronicon Euſebii, variis aſſumentis interpolavit, ut omnes eruditi norunt, & qui vixit exeunte ſeculo octavo, eo nimirum tempore, quo Epiſcopatus Portus Romani nulla hæſitatione,* Hippolyto *adſcribebatur. Ante vero, Epiſcopatus ignorabatur. In Baſilii quidam Menologio dicitur Papa. Sed Baſilius iſte non eſt Baſilius M. & ibi Papa non notat Epiſcopum Romanum, quo Titulo nunc ſolus gaudet Epiſcopus Romanus. Sed notat* Epiſcopum *in genere.* Eo *quippe nomine omnes* Epiſcopi *olim compellabantur. Fuit ergo Papa, & Epiſcopus* Hippolytus. *Sed cujus ſedis, ignoratur, nec conſtat quem Titulum et Paraciam adminiſtraverit. Et potius Tiburtinus dicendus foret, ſi ratio haberetur iſtius Marmorei monumenti, quod in via Tiburtina præterito ſeculo repertum eſt, & in urbem delatum. In Actis Hippolyti, dicitur quidem à fidelibus tumulatus, non longe à puteo in quo merſus fuerat, in inſula ad Oſtia Tyberis. Quæ vox, inſula, reſtituenda videtur Martyrologio* Hieronymi, *ubi Idibus Julii, legitur,* In Porto Romano, hoc eſt in Hiſclea, Natale Senatorum Etropi, Zoſomæ, Bonoſæ, Sororum. *Legebam olim,* Scala. *Nam Portus olim, & nunc,* Scala, *vocabantur, ut videre eſt in Notitia Regionum*

num

num urbis Romæ, tam veteris, quam novæ. Sed legi poteſt in, inſula, quæ Portui adjacebat, & quæ etiam in Portu ipſo comprehendebatur. Sicut Hippolytus dicitur humatus in Portu, ideſt in Inſula. Quod tamen non quadrat ut dicebam, cum monumento Marmoreo ex æde Laurentiana, in agro Verano, in via Tiburtina eruto, & in urbem delato, anno præcedentis ſeculi MDLI.

Monumentum ære Perennius, & auro certe nobilius & pretioſius. Ibi duo exſtant latercula, Inſcripta Canone Paſchali, ſeu ἑξκαιδεκαετηρίδι. De qua nihil diximus; poſt egregios quippe labores Scaligeri, & Bucherii, ad iſtum Cyclum, fruſtranea omnino fuiſſet opera noſtra. In uno iſtorum Laterculorum habentur Lemmata operum quæ Hippolytus adornavit. Nimirum in Pſalmos, non Pænitentiales, nam tempore Hippolyti nondum mentio Pſalmorum Pænitentialium. Longe poſt illum, Gregorio M. tribuuntur commentarii in Pſalmos Pænitentiales. Sed Epiſtola quadam ad Amicum, fuſe probamus illos non eſſe Gregor. M. ſed Gregor. VII. Scripſit & Hippolytus ᾠδὰς ut legimus in laterculo. Sed forſan legi poſſet εἰς Ἰουδαίους. Nam revera contra Judæos dicitur etiam ſuam exercuiſſe induſtriam, Demonſtratione pereleganti, quam Græcam habuit Turrianus, & Latine ab illo redditam, Apparatui ſuo inſeruit Antonius Poſſevinus vir diligentiæ non vulgaris. Scripſit in Canticum Canticorum, & de Libris Salomonis; ſed iſta nondum prodiere, & aſſervantur in Bibliotheca Cæſarea. Homiliam Hippolyti in Sanctam Theophaniam, ejuſdem Opuſculum contra errorem Noeti, & Fragmentum de Incarnatione, quæ penes ſe habebat, conſtituerat edere Holſtenius; ſed varia negotia quibus avocabatur, & mors tandem accelerans, interceperunt illius conſilia, & interceſſere quominus impleret fidem et deſideria ſua. Non tantum contra Noetum ſcripſit Hippolytus, ſed contra varias Hæreſes, quæ viro ſuo Eccleſiam inficiebant, opus ingens adornavit, quod à Gelaſio Pontifice Romano exiſtimo indicari, in Libro de Duabus in Chriſto naturis, cum citat Hippolytum, in memoria Hæreſeon

Digitized by Google

Antequam vero manum ultimam de Tabula, obſervandum eſt lapideum iſtud variis literis inciſum monumentum, in æde Sacra collocatum & conſecratum fuiſſe. Nam in Templis tam Fidelium quam τῶν ἔξωθεν, varia ſcriptis, & pictura conſignabantur. Tam quæ Medicinam, quam quæ Thelogiam, aut Hiſtoriam ſpectarent. Fundamentis Templorum γνώμας, & ſententias, boni ominis cauſa inſculpebant. Hinc nomina Apoſtolorum inſcripta fundamentis Hieroſolymæ cæleſtis. Apocalypſ. 21. 14: *Hinc etiam locus iſte Apoſtoli*, 2 *Tim.* 2. 19. ὁ μέν τοι στερεὸς θεμέλιος θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην, ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, καὶ, ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας, πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα χριστοῦ. Firmum manet Fundamentum Dei, habens hoc Sigillum, *ſeu hanc inſcriptionem*, Deus novit qui ſunt ſui, &, qui invocat nomen Chriſti, abſtineat ab injuſtitia. *Altaribus etiam varia delineabant. Quo alluditur Jeremiæ* 17. Peccata populi mei ſunt inſcripta cornibus Altarium. *Muros etiam picturis, nominibus, & variis apophtegmatibus inſcribebant. Ut Templi Delphici muros, ubi ſapientum dicta legebantur, &* πολυθρύλλητον *iſtud* EI. *Quod meo judicio nihil aliud erat, quam nomen ipſum Dei, quod à dextra ad ſiniſtram cum legeretur, ſonabat* EI. *Sed cum à ſiniſtra ad dextram legebatur; quo Conſilio primo à Phenicibus ſcriptum fuerat, erat notum nomen Dei*, יה, *Ja, quod primo legebatur* יה *deinde tranſverſa legendi ratione, & apu Græcos uſitata, incepit legi* EI. *Ad eundem morem etiam alluditur Ezechielis C.* 8. *&* 23. 14. *Ubi variæ figuræ Chaldæorum, & Deorum, muris Templi Hieroſolymitani inſculptæ memorantur. Etiam Templorum Columnæ variis ſcriptis figuris, ornabantur. Quo alluditur Apocal.* 3. 12. Qui vicerit illum collocabo in Templo meo ut columnam novo inſcriptam nomine. *Et* 1. *Tim.* 3. *Eccleſia vocatur columna veritatis, cui veritas Evangelica inſculpta, legenda proponitur. In Portis etiam & Templorum Atriis varia etiam occurrebant inciſa, & deſcripta, ut iſtud* ἑκὰς ἑκὰς, *& alia. Non vero ideo Templorum Portæ*

voca-

vocantur apud Græcos ὡραίαι, quod in illis Kalendaria & Horaria deſcripta legerentur. Nam Porta iſta non dicebatur ab Hora, ut voluit V.D. ſed ab ὡραῖος, quia eandem quam Porta Templi Salomonis denominationem erat ſortita, nimirum pulchra Porta, ideſt πύλης ὡραίας Act. 3. Revera ad Portam Templi Hieroſolymitani Horæ etiam notabantur, & dignoſcebantur, ſed non ex Kalendariis, & Horariis, Horologiis, Heliotropiis, in Porta ipſa deſcriptis, & inciſis, ſed ex umbra ipſa, quæ cum modo brevior, modo longior ibi obſervaretur, ut videre eſt Neh. C.5. Horarum numerus nuntiabatur & colligebatur. Sic umbra, et σκία ἐνδεκάπȣς apud Menandrum, & alios. Non ergo in Portis Templorum apud Græcos, tales Horarum notæ. Sed forſan aliis Characteribus ſcriptis notabantur. Sic etiam Saxa variis notata figuris in Templis collocabantur ante uſum literarum. Cum

Nondum flumineas Memphis contexere Biblos
Noverat, & Saxis ſcripta volucreſque, feraque
Sculptaque ſignabant magicas animalia formas.

Hac de re extat inſignis locus, qui ſpectat conſuetudinem Babyloniorum, & Ægyptiorum, in Libro Sapientiæ ſecundum Ægyptios, qui dicitur à Platone dictatus, ab Ariſtole ecceptus, & deſcriptus, ab Arabe quodam, in Arabicam Linguam verſus, ex Arabica, Damaſci, per Judæum quendam medicum, Italica Lingua donatus, & tandem in Italia Latina Lingua veſtitus, & Leon. x. Præterito ſeculo nuncupatus. Ibi quippe Lib. 14. Cap. 14. hæc leguntur. Sapientes Babylonii & Ægyptii, mentis acumine, ad illa ſupremi mundi abdita penetrantes, animorum conceptus, ſicut ipſi oculati teſtes ſumus, in lapidibus per figuras deſcribebant. Idemque in omnibus artibus, & ſcientiis faciebant. Deinde lapides in quibus illa erant deſcripta, in Templis collocabant, & quaſi paginas perlegendas exhibebant, taleſque, librorum loco, illis erant in uſu.

Proclus Lib. I. in Timæum. Αἰγυπτίοις, καὶ τὰ γεγονότα, διὰ τῆς μνήμης ἀεὶ νέα πάρεστιν. ἡ δὲ μνήμη, διὰ τῆς ἱστορίας. αὕτη δὲ ἀπὸ τῶν στηλῶν, ἐν αἷς ἀνεγράφοντο τὰ παράδοξα, καὶ τὰ θαύματος ἄξια, τῶν πραγμάτων, εἴ τε ἐν πράξεσιν, εἴ τε ἐν εὑρέσεσιν. Ægyptiis præterita ſemper præſentia viſuntur per memoriam. Memoria per Hiſtoriam. Hiſtoria per Columnas & Cippos, in quibus deſcribunt res Paradoxas, & admiratione dignas, tam geſtas, quam inventas. *Qui mos ubique videtur obtinuiſſe, & ad ultima mundi* πέρατα, *& terminos penetraſſe; unde apud Gaditanos ipſos, Phœnicum colonos, Hannonis Carthaginenſis Periplus & peregrinatio in Templo Herculis deſcripta legebatur. Quod à Phœnicibus habuerunt Gaditani, qui Geſta Heroum ſuorum, & res Patrias monumentis Lapideis, vel æneis deſcriptas in Templis aſſervabant. Hinc Sanchoniathon, Auctor vetuſtiſſimus & qui Gedeonis tempora videtur attigiſſe, cum Hiſtoriam ſcriberet, ſubſidia multa habuit & hauſit,* ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν, καὶ τοῖς ἐν τοῖς ἀδύτοις εὑρεθεῖσιν ἀποκρύφοις Ἀμμουνέων γράμμασιν. Ex Templorum monumentis, & Arcanis, quæ in Adytis reperta ſunt literis Ammoneorum. *Litteræ Ammonæorum ſunt literæ ſcriptæ & ſculptæ in* חמנים. *Erant vero* חמנים *vel Templa, vel ſtatuæ, vel Altaria in Honorem Solis qui dicebatur,* חמה *extructa, in quibus varia vetuſtioris Antiquitatis monumenta inſculpta cernebantur. De illis vide Levit. 26. Eſ. 17. & 27. Ezech. 6. 2. Paral. 14. Sic & in Græcia leges in ære incidebantur, & Romæ leges, Faſti, Kalendaria, in Capitolio inciſa aſſervabantur. Sic & in Chriſtianorum Sacris ædibus & Templis talia monumenta collocabantur. Qualis erat ſimulacrum iſtud Marmoreum variis literis & Characteribus inciſum & deſcriptum. Cathedra nimirum Hippolyti, ubi Cyclus Paſchalis inſculptus, & Lemmata operum annotata quibus Hippolytus induſtriam, zelum, Doctrinam ſuam Eccleſiæ probaverat. Cathedra vero, ut innueretur, illam Doctorem fuiſſe, & Cathedram non Moſis ſed Chriſti occupaſſe?*

paſſe, illumque docuiſſe, ut eximium doctorem, qui in Eccleſia maximam famam ſibi conciliaverat, & qui ſedem doctoralem occupaverat, inſtar Rhetorum facundiorum, qui in ludis literariis Cathedras occupabant, quæ dicebantur θρόνοι, quæ vox tandem in Eccleſiam ipſam penetravit, unde Cathedræ Epiſcopales dicebantur etiam θρόνοι; hinc θρόνος, ἐνθρόνισμος, ἐνθρονίζειν voces in Eccleſia Græca admodum vulgares & notiſſimæ. Throno ergo, & Cathedræ Marmoreæ inſidet ſimulachrum iſtud Lapideum, noſtrum Hippolytum repreſentans, de quo hic ſuſe diximus. Sed ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

Alia forſan addenda forent, ſed jam Prolegomenωn metas longe ſumus prætergreſſi, & Prolegomenis partis poſterioris obſervationum, brevi σὺν θεῷ prodituris, quædam ſunt relinquenda. Ibi de Germano Conſtantinopolitano cui Tractatum de Conciliis Oecumenicis adjudicamus, varia docebimus. De Euthymio Zygabeno quædam non ingrata nos dicturos confidimus. De Nilo Doxopatrio & illius Notitia abunde diſſeremus. Sicut & de Bartholomeo Edeſſeno, cujus ætas ignoratur, & de quo fere apud omnes altiſſimum ſilentium. Tandem Epiſtolam ad Cæſarium, D. Chryſoſtomo vindicabimus, & unde, quando, per quem ad manus noſtras pervenerit, ſincere aperiemus. Quod ſi vero aliquis poſt hanc editionem noſtram, in iſtam Epiſtolam aliquid tentaverit, & laborem qualemcunque noſtrum anteverterit, in eo animum, minus gratum & æquum prodet, & illius occupatio intempeſtiva et præpoſtera, non nobis fraudi erit, nec impediet quominus ea, quæ jam congeſta habemus, tanquam noſtra, non ſua, cum aliis communicemus.

Supereſt ut Lectoris indignationem, propter Notarum, et Obſervationum prolixitatem deprecemur. Non Mari Magno, vel Oeceano nos committere primo animus fuerat. Stricturas, notulas, criticas tantum Obſervatiunculas, ad tempus tædiumque fallendum primo cogitabamus. Mens erat propiores tantum Oras legere, et ſinus magis obvios et nobis notiores circumvehi, et ſecura Cymba explorare. Sed

neſcio quo impetu nos abripi paſſi ſumus. Et cum Syſtema, vel Tractatum aliquem, artis et Methodi legibus, et vinculis alligatum, non conſcriberemus, facile ad excurſus deflexìmus, qui nobis ipſis poſt editionem viſi ſunt prolixiores, et tædioſiores. Præcipue Digreſſio de Divinitate Chriſti, quæ niſi ſe argumento ſuo commendaret, Lectoribus faſtidium procul dubio extorqueret. Illam tamen non ſine deliberatione, et Conſilio adornandam ſuſcepi; in animo habebam Sandium virum Doctum, et ut mihi videbatur, probum, cum quo aliquod mihi intercedebat literarum commercium, etiam ſi de Divinitate Domini noſtri prave et peſſime ſentiret. Aliquid exiſtimavi concedendum amicitiæ, et Zelo quo illius ſalutem totus ego anhelabam. Et cum viderem Cl. Wittichium Theologum inſignem, collegam mihi plurimum honorandum, cauſam Spiritus Sancti contra eundem Sandium ſtrenue vindicantem, cauſæ Filii Dei nolui deeſſe ego, et illam contra hoſtem doctum et diligentem, amice vindicandam et tuendam ſuſcepi. Sed ante annum rebus humanis erepto fruſtraneus illi fuit meus qualiſcunque labor, qui ſi ad manus illius perveniſſet, ſi Doctrinam et argumentorum pondera et momenta, præoccupatus elevaſſet, humanitatem ſaltem, et diſputandi Methodum non ἀγροῖκον, non invitus adprobaſſet. Illum nec alium quemquam perſonaliter læſi, et ſi à viris magnis, eruditis, bonis amicis, non raro diſſentiam, hoc ſemper à me factum eſt, incolumi amicitia, cultu, et obſervantia. Diſſentientes colam, et diſſentientem me ſat ſcio patientur, qui ſi quid à me, ſecus quam veritas ipſa poſtulat dictum frequentius fuerit, monentes lubens ſequar et ceram complanabo. Dico monentes, non invadentes. Lectorem opto arbitrum, non adverſarium, *ut olim optime Stagirita Philoſophus. Et hic Hipponenſis Auguſtini verba aptiſſima liceat facere mea.* Ubi certus es perge mecum, ubi pariter hæſitas perge mecum. Ubi errorem tuum cognoſcis redi ad me, ubi meum, revoca me, ubi falſus ſum doce, ubi fallax cave. *Carendum tamen à me fallaci non improbo nec culpando,*

pando, qui non inſidias ſtruit nec conſilio vult fallere. Hic raro agitur de apicibus Religionis. Conjecturis abundat opus noſtrum, ſed de rebus circa quas cuilibet, ſuum eſt permittendum judicium. Non Definitiones, Demonſtrationes, aut Hiſtorias narramus. Nihil pertinaciter aſſerimus. De rebus ſæpe dubiis haſitanter diſſerimus, nec majorem rebus in iſtis certitudinem vel aſſenſum firmiorem deſidero, vel deſiderari poteſt, quam res ipſa poſtulat. Eſt hominis bene inſtituti, *inquit Ariſtoteles*, tantum à me certitudinis requirere quantum argumentum patitur. *Et diſertiſſimus Romanorum*, Attendendum, nos in Diem vivere, & quodcunque animos noſtros probabiliter percuſſit, id nos dicere. *Nimirum probabiliter, non ut alto ſupercilio, Cathedrali quadam Declamatione, & Tyrannica* παιδαγωγείᾳ *alios volentes nolentes*, ἑκοντ' ἀέκοντι γε θυμῷ *in ſententiam noſtram rapiamus & pertrahamus. Hic de Religione non diſputamus, de eruditione cum nullo, ſuffeni & noſtræ tenuitatis non conſcii, fatue contendimus, de fama, gloria, opere noſtro conſequenda, nos cæcos non urit pruritus & ſollicitudo, quæ ſi tam vili prætio concederetur, res eſſet certe leviſſima, et omnium vaniſſima. Et adeo non hinc ullam nos aucupari laudem profitemur, ut belle nobiſcum actum, et deciſum iri credamus, ſi non omnino quæ ſcripſimus circumducenda, et ſupprimenda videantur.*

Hic vero Lectorem jam feſſum et languentem fatigare ſuperſedebo, querelis, de intolerandâ Typothetarum mora, de forma operis noſtri, de Characterib. notarum et Prolegomenon, his tenuioribus, illis craſſioribus, de ſtylo non ſatis compto et eleganti, de variis mendis quæ frequentes irrepſerunt, de foliis quibuſdam notarũ noſtrarum, non quidem dolo malo, ſed tamen me inſcio jam Lectis et publicatis. Quid enim iſta ad ἔπος*, et ad rhombum faciunt? quid ad mulcendam, et detergendam Lectorum moleſtiam? quid hæc ſcire Lectorem intereſt? quid aliud poſſunt eccitare, quam tædii et faſtidii, appendicem et incrementum. Hic ergo definimus, hac Sacra obteſtatione claudentes noſtra Prolegomena, quæ vir eruditiſſimus ſua quon-*

dam coronabat. Si quid quod per leges Sacras aut doctorum placita ac ſcita, PROMULGARE, ABBROGARE, DEROGARE, OBROGARE, SINE FRAVDE EORVM, NON LICEAT, NON LICVERIT, QVOD VE EI QVI PROMVLGAVIT, ARROGAVIT, DEROGAVIT, OBROGAVIT, FRAVDI ESSE POSSIT. *Dictum, ſcriptum ve ſit, dictum, ſcriptum ve, non eſto.*

FINIS PROLEGOMENΩN PARTIS PRIORIS.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

Ἐπισκόπου Σμύρνης καὶ ἱερομάρτυρος πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολή.

S. POLYCARPI

Martyris Smyrnæorum Epiſcopi, Diſcipuli S. Johannis Euangeliſtæ ad Philippenſes Epiſtola.

Ex vetere vulgata editione Latina.

Πολύκαρπος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ Πρεσβύτεροι, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ Φιλίπποις· ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη παρὰ θεοῦ παντοκράτορος, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πληθυνθείη.

Συνεχάρην ὑμῖν μεγάλως, ἐν κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, δεξαμένοις τὰ μιμήματα τῆς ἀληθῆς ἀγάπης, καὶ προπέμψασιν ὡς ἐπέβαλεν ὑμῖν, τοὺς ἐνειλημένους τοῖς ἁγιοπρεπέσι δεσμοῖς, ἅτινά ἐστι δια-

Polycarpus & qui cum eo ſunt Presbyteri, Eccleſiæ Dei quæ eſt Philippis: Miſericordia vobis, & pax à Deo omnipotente & Jeſu Chriſto ſervatore noſtro abundet.

Congratulatus ſum vobis magnificè in Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſuſcipiens imitabilia verba dilectionis quam oſtendiſtis in illis (qui præmiſſi ſunt) viris ſanctis, decoroſis vinculis connexis, *Stap. immutabilis.*

ῥήματα τοῦ ἀληθῶς ὑπὸ θεοῦ καὶ
τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκλελεγμένων.
καὶ ὅτι ἡ βεβαία τῆς πίστεως
Stap. ſanctiſicat. ὑμῶν ῥίζα ἐξ ἀρχαίων καταγ-
γελλομένη χρόνων, μέχρι νῦν
διαμένει, καὶ καρποφορεῖ εἰς τὸν
Act. 2, 24. κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς
ὑπέμεινεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν
1 *Pet.* 1, 8. ἡμῶν ἕως θανάτου καταντῆσαι·
ὃν ἤγειρεν ὁ θεὸς, λύσας τὰς ὠδῖ-
νας τοῦ ᾅδου· εἰς ὃν οὐκ ἰδόντες
πιστεύετε, πιστεύοντες δὲ ἀγαλ-
λιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ
δεδοξασμένῃ· εἰς ἣν πολλοὶ
Epheſ. 2, 8. ἐπιθυμοῦσιν εἰσελθεῖν, εἰδότες
ὅτι χάριτί ἐστε σεσωσμένοι·
οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλὰ θελήματι
Θεοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

1 *Pet.* 1, 13. Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς
Pſ. 2, 11. ὀσφύας, δουλεύσατε τῷ θεῷ ἐν
φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόν-
τες τὴν κενὴν ματαιολογίαν, καὶ
1 *Pet.* 1, 21. τὴν τῶν πολλῶν πλάνην, πιστεύ-
σαντες εἰς τὸν ἐγείραντα τὸν κύ-
ριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ
νεκρῶν, καὶ δόντα αὐτῷ δόξαν

quæ ſunt coronæ electæ Deo illis veri regni per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Et quia firmitas fidei veſtræ à principio uſque nunc permanet, & * fructificat in Domino Jeſu Chriſto qui ſuſtinuit: pro peccatis noſtris uſque ad mortem: *quem reſuſcitavit Deus diſſolvens dolores inferni. Quem cum non videritis nunc diligitis: in quem nunc non aſpicientes, creditis, credentes autem gaudebitis gaudio inenarrabili & glorificato* (in quod multi deſiderant introire) ſcientes quia *gratia ſalvi facti eſtis non ex operibus*, ſed in voluntate Dei per Jeſum Chriſtum.

Propter quod ſuccincti lumbos veſtros ſervite ei cum timore & in veritate: dimiſſo inani vaniloquio & multo errore. *Credite* ergo *in illum qui reſuſcitavit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex mortuis*, & dedit ei gloriam & ſedem in dex-

καὶ θρόνον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· ᾧ ὑπετάγη τὰ πάντα ἐπουράνια καὶ ἐπίγεια· ᾧ πᾶσα πνοὴ λατρεύσει· ὃς ἔρχεται κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· οὗ τὸ αἷμα ἐκζητήσει ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων αὐτῷ· Ὁ δὲ ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ, ἐὰν ποιῶμεν αὐτοῦ τὸ θέλημα, καὶ πορευώμεθα ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, καὶ ἀγαπῶμεν, ἃ ἠγάπησεν, ἀπεχόμενοι πάσης ἀδικίας, πλεονεξίας, φιλαργυρίας, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας· μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, ἢ γρόνθον ἀντὶ γρόνθου, ἢ κατάραν ἀντὶ κατάρας. μνημονεύσαντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ κύριος διδάσκων· Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· ἀφίετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· ἐλεεῖτε, ἵνα ἐλεηθῆτε. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρῆτε ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

in dextera ſua: cui ſubjecta ſunt omnia cœleſtia & terreſtria & ſubterranea: * cui omnis ſpiritus ſervit; qui venturus eſt judicare vivos & mortuos: * cujus Stap. Huic.
ſanguinem requiret Deus ab eis, qui non crediderunt in eum, qui & reſuſcitavit eum à mortuis; qui Stap. Hujus.
& nos reſuſcitaturus eſt in vitâ, ſi fecerimus voluntatem ejus, & ambulaverimus in mandatis ipſius & dilexerimus quæ ipſe dilexit: abſtinentes nos ab omni injuſtitia, hoc eſt, à concupiſcentia, ab avaritia, à detrectatione, à falſo teſtimonio, *non reddentes* 1 Pet.
malum pro malo, aut injuria, aut contumeliam pro 3, 9.
pro contumelia, aut maledictum pro maledicto. Memementote quod Dominus docens dixit: *Nolite* Luc. 6,
judicare, ne judicemini, 36. 37.
dimittite & dimittetur vobis: miſeremini, & Dominus miſerebitur veſtri. *Qua enim menſura menſi*

Καὶ ὅτι μακάριοι οἱ πτωχοὶ, καὶ οἱ διωκόμενοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

Matt. 5. 3. 10.

Ταῦτα ἀδελφοὶ οὐκ ἐμαυτῷ ἐπιτρέψας γράφω ὑμῖν περὶ τῆς δικαιοσύνης· ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς προεπεκαλέσασθέ με. Οὔτε γὰρ ἐγὼ, οὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολουθῆσαι τῇ σοφίᾳ τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου, ὃς γενόμενος ἐν ὑμῖν κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀνθρώπων, ἐδίδαξεν ἀκριβῶς καὶ βεβαίως τὸν περὶ ἀληθείας λόγον. ὃς καὶ ἀπὼν ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολάς· εἰς ἃς ἐὰν ἐγκύπτητε, δυνηθήσεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν πίστιν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ὑμῶν, ἐπακολουθούσης τῆς ἐλπίδος, προαγούσης τῆς ἀγάπης, τῆς εἰς Θεὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ εἰς τὸν πλησίον. ἐὰν γάρ τις τούτων ἐντὸς ᾖ, πεπλήρωκεν ἐντολὴν δικαιοσύνης·

Stap. veriſſime.

Stap. delectimini.

fueritis, remetietur eadem vobis: Et quod dictum eſt: *Beati pauperes ſpiritu, & qui perſecutionē patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ.*

Hæc autem fratres mei non à me ipſo imperans ſcribo vobis de juſtitiâ: ſed quoniam nos provocaſtis. Propter quod neque ego, neque alius ſimilis mei, poterit ſequi ſapientiam beati & glorioſi Pauli, qui fuit apud vos, & viſus eſt ſecundum faciem illis (qui tunc erant) hominibus; qui docuit certiſſimè atque * firmiſſime verbum veritatis: qui & abſens ſcripſit vobis Epiſtolas; ad quas * delectamini, ut poſſitis ædificari in fide, quæ data eſt vobis, quæ eſt mater omnium veſtrum, ſubſequente ſpe, præcedente dilectione, quæ eſt in Deo, & in Chriſto, & in proximo. Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit mandatis juſtitiæ, &

Ὁ γὰρ ἔχων ἀγάπην, μακρὰν ἐστὶ πάσης ἁμαρτίας.

Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία. Εἰδότες οὖν ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι ἔχομεν, ὁπλισώμεθα τοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης, καὶ διδάξωμεν ἑαυτοὺς πρῶτον, πορεύεσθαι ἐν τῇ ἐντολῇ τοῦ κυρίου, ἔπειτα καὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγνείᾳ (στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ, καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ) καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ. Τὰς χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ κυρίου πίστιν, ἐντυγχανούσας ἀδιαλείπτως περὶ πάντων, μακρὰν οὔσας πάσης διαβολῆς, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας, φιλαργυρίας καὶ παντὸς κακοῦ· γινωσκούσας ὅτι εἰσὶ θυσιαστήρια θεοῦ. καὶ ὅτι πάντα ἡμῶν σκοπεῖται, καὶ λέ-

tiæ, & habuerit dilectionem; longe eſt ab omni peccato.

Principium autem omnium malorum eſt avaritia. Scitote ergo, *quia nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre poſſumus.* 1 Tim. 6, 7. Armemur armis juſtitiæ & doceamus *noſmetipſos* primum ambulare in mandatis Domini, & poſthoc etiam *mulieres veſtras* in fide, quæ data eſt eis & dilectione, & caſtitate (amantes ſuos viros in omni veritate & charitate; diligentes omnes æqualiter in omni continentia) & *filios* * erudire in diſciplina & timore Dei. Stap erudite. *Viduæ* vero pudicæ circa fidem Dei, interpellent inceſſanter pro omnibus: elongantes ſe ab omnibus diabolicis detrectationibus, & falſo teſtimonio, & ab omni malo: cognoſcentes ſe ipſas, quia ſunt ſacrarium Dei. Quoniam omnia Deus proſpicit, & nihil

λῆθεν αὐτὸν οὐδέν, οὔτε λογισμῶν οὔτε ἐννοιῶν, οὔτ' ἔτι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

Εἰδότες οὖν ὅτι Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται, ὀφείλομεν ἀξίως τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ καὶ δόξης περιπατεῖν. Ὁμοίως Διάκονοι ἄμεμπτοι κατενώπιον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης, ὡς Θεοῦ ἐν Χριστῷ διάκονοι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων· μὴ διάβολοι, μὴ δίγλωσσοι, ἀφιλάργυροι, ἐγκρατεῖς περὶ πάντα, εὔσπλαγχνοι, ἐπιμελεῖς, πορευόμενοι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ κυρίου, ὃς ἐγένετο διάκονος πάντων· ᾧ ἐὰν εὐαρεστήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἀποληψόμεθα καὶ τὰ μέλλοντα, καθὼς ὑπέσχετο ἡμῖν ἐγεῖραι ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν· καὶ ὅτι, ἐὰν πολιτευσώμεθα ἀξίως αὐτοῦ, καὶ συμβασιλεύσωμεν αὐτῷ, εἴγε πιστεύομεν. Ὁμοίως καὶ νεώτεροι ἄμεμπτοι ἐν πᾶσι, πρὸ παντὸς προνοοῦντες ἁγνείας, καὶ χαλιναγωγοῦντες ἑαυτοὺς ἀπὸ

Gal. 6,7.

Al. huic ſi placeamus.

eum latet neque cogitatio, conſcientia, neque aliquod abditum cordis.

Scientes ergo quia *Deus non irridetur*; debemus in mandatis ejus & gloria ambulare. Similiter *Diaconi* inculpabiles ſint in conſpectu juſtitiæ ejus, ſicut Dei & Chriſti miniſtri, non hominum: non criminatores, neque detrectatores, neque avari, ſed omnia tolerantes, in omnibus miſericordes, diligentes, in omnibus ambulantes in veritate Domini, qui factus eſt miniſter omnium: * cui ſi complaceamus in hoc ſeculo, percipiemus ea, quæ futura ſunt, ſecundum quod repromiſit reſuſcitare nos à mortuis: & ſi digne eo converſati fuerimus & ſi crediderimus, conregnabimus cum eo. *Juvenes* ſimiliter inculpabiles ſunt in omnibus: omnem ignorantiam prævidentes, refrenantes ſe ab omni

Digitized by Google

παντὸς κακοῦ. Καλὸν γὰρ τὸ ἀνακόπτεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐν τῷ κόσμῳ· ὅτι πᾶσα ἐπιθυμία κατὰ τοῦ πνεύματος στρατεύεται· Καὶ οὔτε πόρνοι, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσουσιν, οὔτε οἱ ποιοῦντες τὰ ἄτοπα. Διὸ δέον ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, ὡς Θεῷ καὶ Χριστῷ. Τὰς παρθένους ἐν ἀμώμῳ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει περιπατεῖν.

Καὶ οἱ Πρεσβύτεροι δὲ εὔσπλαγχνοι, εἰς πάντας ἐλεήμονες, ἐπιστρέφοντες τὰ ἀποπεπλανημένα, ἐπισκεπτόμενοι πάντας ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελοῦντες χήρας, ἢ ὀρφανοῦ, ἢ πένητος· ἀλλὰ προνοοῦντες ἀεὶ τοῦ καλοῦ ἐνώπιον θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς, προσωποληψίας, κρίσεως ἀδίκου· μακρὰν ὄντες πάσης φιλαργυρίας· μὴ ταχέως πιστεύοντες κατά τινος. μὴ ἀπότομοι ἐν κρί-

omni malo. Bonũ eſt enim abſcindi ab omnibus concupiſcentiis mundi: quoniam omnis concupiſcentia *adverſus ſpiritum militat.* quia *neque fornicarii,* *neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt*, neque illicita facientes. Propter quod abſtineri oportet ab omnibus his. Subjecti eſtote Presbyteris & Diaconis, ſicut Deo & Chriſto. *Virgines* immaculatâ & caſtâ conſcientia ambulate.

1 Pet. 2, 11. 1 Cor. 6, 9. 10.

Presbyteri ſimplices ſint in omnibns miſericordes, omnes ab errore convertentes, omnes infirmos viſitantes, viduas, pupillos & pauperes non negligentes; ſed ſemper *providentes bona* coram Deo & hominibus. Abſtinete vos ab omni iracundia; & à judicio injuſto: longe ab omni avaritia eſtote. Non cito conſentiatis adverſus aliquem, ne prævaricemini

Rom. 12. 17.

ληθεν αὐτὸν οὐδὲν, οὔτε λογισμῶν οὔτε ἐννοιῶν, οὔτ' ἔτι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

Εἰδότες οὖν ὅτι Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται, (Gal. 6, 7.) ὀφείλομεν ἀξίως τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ καὶ δόξης περιπατεῖν. Ὁμοίως Διάκονοι ἄμεμπτοι κατενώπιον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης, ὡς Θεοῦ ἐν Χριστῷ διάκονοι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων· μὴ διάβολοι, μὴ δίγλωσσοι, ἀφιλάργυροι, ἐγκρατεῖς περὶ πάντα, εὔσπλαγχνοι, ἐπιμελεῖς, πορευόμενοι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ κυρίου, ὃς ἐγένετο διάκονος πάντων· ᾧ ἐὰν εὐαρεστήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, (Al. huic ſi placeamus.) ἀποληψόμεθα καὶ τὰ μέλλοντα, καθὼς ὑπέσχετο ἡμῖν ἐγεῖραι ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν· καὶ ὅτι, ἐὰν πολιτευσώμεθα ἀξίως αὐτοῦ, καὶ συμβασιλεύσωμεν αὐτῷ, εἴγε πιστεύομεν. Ὁμοίως καὶ νεώτεροι ἄμεμπτοι ἐν πᾶσι, πρὸ παντὸς προνοοῦντες ἁγνείας, καὶ χαλιναγωγοῦντες ἑαυτοὺς ἀπὸ

eum latet neque cogitatio, conſcientia, neque aliquod abditum cordis.

Scientes ergo quia *Deus non irridetur*; debemus in mandatis ejus & gloria ambulare. Similiter *Diaconi* inculpabiles ſint in conſpectu juſtitiæ ejus, ſicut Dei & Chriſti miniſtri, non hominum: non criminatores, neque detrectatores, neque avari, ſed omnia tolerantes, in omnibus miſericordes, diligentes, in omnibus ambulantes in veritate Domini, qui factus eſt miniſter omnium: * cui ſi complaceamus in hoc ſeculo, percipiemus ea, quæ futura ſunt, ſecundum quod repromiſit reſuſcitare nos à mortuis: & ſi digne eo converſati fuerimus & ſi crediderimus, conregnabimus cum eo. *Juvenes* ſimiliter inculpabiles ſunt in omnibus: omnem ignorantiam prævidentes, refrenantes ſe ab omni

Digitized by Google

παντὸς κακοῦ. Καλὸν γὰρ τὸ ἀνακόπτεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐν τῷ κόσμῳ· ὅτι πᾶσα ἐπιθυμία κατὰ τοῦ πνεύματος στρατεύεται. Καὶ οὔτε πόρνοι, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσουσιν, οὔτε οἱ ποιοῦντες τὰ ἄτοπα. Διὸ δέον ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, ὡς Θεῷ καὶ Χριστῷ. Τὰς παρθένους ἐν ἀμώμῳ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει περιπατεῖν.

Καὶ οἱ Πρεσβύτεροι δὲ εὔσπλαγχνοι, εἰς πάντας ἐλεήμονες, ἐπιστρέφοντες τὰ ἀποπεπλανημένα, ἐπισκεπτόμενοι πάντας ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελοῦντες χήρας, ἢ ὀρφανοῦ, ἢ πένητος· ἀλλὰ προνοοῦντες ἀεὶ τοῦ καλοῦ ἐνώπιον θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς, προσωποληψίας, κρίσεως ἀδίκου· μακρὰν ὄντες πάσης φιλαργυρίας· μὴ ταχέως πιστεύοντες κατά τινος· μὴ ἀπότομοι ἐν κρί-

omni malo. Bonũ eſt enim abſcindi ab omnibus concupiſcentiis mundi: quoniam omnis concupiſcentia *adverſus ſpiritum militat.* (1 Pet. 2, 11.) quia *neque fornicarii, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt* (1 Cor. 6, 9. 10.), neque illicita facientes. Propter quod abſtineri oportet ab omnibus his. Subjecti eſtote Presbyteris & Diaconis, ſicut Deo & Chriſto. *Virgines* immaculatâ & caſtâ conſcientia ambulate.

Presbyteri ſimplices ſint in omnibns miſericordes, omnes ab errore convertentes, omnes infirmos viſitantes, viduas, pupillos & pauperes non negligentes; ſed ſemper *providentes bona coram Deo & hominibus.* (Rom. 12. 17.) Abſtinete vos ab omni iracundia; & à judicio injuſto: longe ab omni avaritia eſtote. Non cito conſentiatis adverſus aliquem, ne prævaricemini

σει· εἰδότες ὅτι πάντες ὀφειλέται ἐσμὲν ἁμαρτίας, εἰ οὖν δεόμεθα τοῦ κυρίου, ἵνα ἡμῖν ἀφῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι. *Matt. 6, 12. 14. Rom. 14, 10. 2 Cor. 5, 10.* Ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἐσμὲν ὀφθαλμῶν, καὶ πάντας δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕκαστον ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον δοῦναι. οὕτως οὖν δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ φόβου, καὶ πάσης εὐλαβείας· καθὼς αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ οἱ εὐαγγελισώμενοι ἡμᾶς Ἀπόστολοι, καὶ οἱ Προφῆται οἱ προκηρύξαντες τὴν ἔλευσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν· (ζηλωταὶ) περὶ τὸ καλὸν, *Stap. Abſtinete.* ἀπεχόμενοι σκανδάλων *Stap Vanum.* καὶ τῶν ψευδαδέλφων καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων τὸ ὄνομα *St. oberrare.* τοῦ κυρίου· οἵτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς ἀνθρώπους.

1 Joh. 4. 3. Πᾶς γὰρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστι· καὶ ὃς ἂν *Stap. myſterium.* μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί. Καὶ ὃς ἂν μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ

cemini in judicio: ſcientes quia debitores ſumus peccati. Si ergo deprecamur Dominum ut nobis dimittat; debemus etiam nos dimittere: Ante conſpectum enim oculorum Domini ſumus; *& omnes oportet aſtare ante tribunal Chriſti*, & unumquemque pro ſe rationem reddere. Sic ergo ſerviamus ei cum timore & omni reverentia, ſecundum quod Evangelizaverunt nobis Apoſtoli Domini, & Prophetæ annuntiaverunt adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti: zelantes bona; * abſtinentes vos à ſcandalis, & falſis fratribus & qui in* hypocriſim portant nomen Domini, qui * aberrare faciunt inanes homines.

Omnis enim, *qui non confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, hic Antichriſtus* eſt; & qui non confitetur * martyrium crucis, ex diabolo eſt: & qui deviaverit eloquia domini

κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, καὶ λέγῃ μήτε ἀνάστασιν, μήτε κρίσιν εἶναι, οὗτος πρωτότοκός ἐστι τοῦ Σατανᾶ. Διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν, καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας, ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν, νήφοντες πρὸς τὰς εὐχὰς καὶ προσκαρτεροῦντες νηστείαις· δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην Θεὸν, μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

Ἀδιαλείπτως οὖν προσκαρτερῶμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν, καὶ τῷ ἀῤῥαβῶνι τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃς ἀνήνεγκεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον. ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάντα ὑπέμεινε. Μιμη-

domini ad propria deſideria, & dixerit, neque reſurrectionem, neque judicium eſſe, hic primogenitus eſt Satanæ. Propter quod relinquentes vanitatem multorum & falſas doctrinas, ad illud quod traditum eſt nobis à principio verbum revertamur. (1 Pet. 4. 7.) Sobrii ſimus in orationibus & jejunia tolerantes; ſupplicationibus petentes omnium * perſpectorem (Stap. proſperatorem) Dominum, *ne nos inducat in tentationem:* (Matth. 6, 13.) ſecundum quod dixit Dominus; *Spiritus quidem promtus eſt, caro autem infirma.* (Matth. 26, 41.)

Indeficienter ergo toleremus propter ſpem noſtram & pignus juſtitiæ, quod eſt Jeſus Chriſtus: *qui ſuſtulit peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum, qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus;* (1 Petr. 2, 24.) ſed propter nos omnia ſuſtinuit, ut vivamus in ipſo. (1 Petr. 2, 11.) Imitatores ergo

efficia-

ταὶ οὖν γινώμεθα τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ· καὶ ἐὰν πάσχωμεν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δοξάζωμεν αὐτόν· τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ· καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστεύσαμεν.

Producuntur iſta ab Euſebio l. 3. hiſt. Eccl. κεφ. λϛ.

Παρακαλῶ οὖν πάντας ὑμᾶς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἀσκεῖν πᾶσαν ὑπομονήν, ἣν εἴδετε κατ' ὀφθαλμοὺς οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ, καὶ Ζωσίμῳ, καὶ Ῥούφῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν, καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις, πεπεισμένους, ὅτι οὗτοι πάντες οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον. Οὐ γὰρ τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα, καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀναστάντα. † κ, δι' ἡμᾶς τὸν λαὸν τὸν

Stap. ouim.

efficiamur tolerantiæ ejus, & ſi paſſi fuerimus pro nomine ejus, glorificemus eum: hoc enim nobis indicium poſuit de ſe ipſo; & nos hoc credidimus.

Rogo igitur vos omnes inſiſtere verbo juſtitiæ & patientiæ, quam & oculata fide vidiſtis, non ſolum in beatiſſimis illis Ignatio & Zoſimo & Ruffo; ſed & in aliis qui ex vobis ſunt. & in ipſo Paulo & cæteris Apoſtolis: confidentes quia hi omnes non in vacuo cucurrerunt; ſed in fide & juſtitia, & ad debitum ſibi locum * à Domino, (cui & compaſſi ſunt) abierunt: quia non hoc ſeculum dilexerunt; ſed eum qui pro ipſis & pro nobis mortuus eſt; & à Deo reſuſcitatus. Et ipſe ſibi popu-

† *Hìc deſinunt ea quæ D. Polycarpo tribuuntur. Codex verò Mediceus, nulla interpoſita diſtinctione, vel adhibito alterius tituli diſcrimine, eadem ipſa Linea pergit, & proſequitur hanc Epiſtolam, hæc poſteriora ſicut priora Polycarpo tribuens, quæ ab omnibus tamen aliud opus eſſe cenſentur, & D. Barnabæ adſcribi vulgo ſolent.*

* κενὸν ἑτοιμάζων ἐπιδείξῃ
ἐπὶ τῆς γῆς ὤν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν
αὐτὸς ποιήσας κρινεῖ. ‡ πέρας
γέ τοι διδάσκων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ
τηλικαῦτα τέρατα καὶ σημεῖα
ποιῶν, ἐκήρυξε, καὶ ὑπερηγά-
πησεν αὐτόν. ὅτι δὲ τοὺς ἰδίους
Ἀποστόλους μέλλοντας κηρύσσειν
τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ ἐξελέξατο,
ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν
ἀνομωτέρους, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ
ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ
ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, τότε
ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν υἱὸν θεοῦ εἶ-
ναι. Εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ,
πῶς ἂν ἐσώθησαν ἄνθρωποι
οἱ βλέποντες αὐτόν; ὅτι τὸν μέλ-
λοντα μὴ εἶναι ἥλιον, ἔργον χει-
ρῶν αὐτοῦ ὑπάρχοντα, βλέ-
ποντες οὐκ ἰσχύουσιν εἰς ἀκτῖ-
νας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι. Οὐ-
κοῦν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐς τοῦτο ἦλθεν
ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ τέλειον τῶν
ἁμαρτιῶν κεφαλαιώσῃ τοῖς
διώξασιν ἐν θανάτῳ τοὺς προ-
φήτας αὐτοῦ. Οὐκοῦν εἰς τοῦτο

populum parans reſur- ** l. καινόν.*
rectione facta in terris *, ** indi-*
judicabat illis ad vi- *cabat.* ** docens.*
tam * ducens populum *l κρινεῖ.*
Judæorum, & magna ſig- *‡ ἄλλ. πέρας δὲ*
na, & monſtra faciens, *ἔτι.*
non crediderunt, nec
dilexerunt illum. Tunc
Apoſtolos ſuos, qui in-
cipiebant prædicare E-
uangelium ſuum, elegit,
qui erant ſuper omne
peccatum peccatores: ut
oſtenderet, quia non ve-
nit vocare juſtos, ſed *Luc. 5.*
peccatores. Tunc oſten-
dit ſe eſſe filium Dei. Si
enim non veniſſet in
carne, quomodo poſſent
homines ſanari? Cum
reſpicientes ſolem, qui
eſt opus manus Dei, non
poſſint radios ejus diu-
tius intueri. Filius ergo
Dei ideo in carne venit,
ut conſummationem pec-
catorum definiret eis,
qui perſecuti ſunt ad
mortem Prophetas il-
lius. Dicit autem Eſaias: *Cap. 51.*

Digitized by Google

* l. τῇ πληγῇ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πάντες ἰάθημεν.

ὑπέμεινε. λέγει γὰρ ὁ θεὸς, * τὴν πηγὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. ὅτι ἐξ αὐτῶν, ὅταν πατάξω τὸν ποιμένα,

Zach. 13. τότε σκορπισθήσεται τὰ πρόβατα

Pſal. 21. τῆς ποίμνης. αὐτὸς ἠθέλησεν οὕτω παθεῖν. ἔδει γὰρ ἵνα ἐπὶ

Pſal. 118. ξύλου πάθῃ. λέγει γὰρ ὁ προφητεύων ἐπ' αὐτῷ.

Pſal. 21. φεῖσαί μου τῆς ψυχῆς ἀπὸ ῥομφαίας· καθήλωσόν μου τὰς σάρκας, ὅτι πονη-

Eſai. 50. ρευομένων συναγωγαὶ ἐπανέστησάν μοι. καὶ πάλιν λέγει· ἰδοὺ τέθεικά μου τὸν νῶτον εἰς μάστι-

‡ ἄλ. ῥαπισμοί. γας, καὶ τὰς σιαγόνας εἰς ‡ ῥαπίσματα. τὸ δὲ πρόσωπόν μου ἔθηκα ὡς στερεὰν πέτραν.

Ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐντολὴν, τί λέγει; τίς ὁ κρινόμενός μοι,

Ibid. ἀντιστήτω μοι; ἢ τίς ὁ δικαζόμενός μοι, ἐγγισάτω τῷ παιδὶ κυρίου; οὐαὶ ὑμῖν· ὅτι πάντες ὑμεῖς παλαιωθήσεσθε ὡς ἱμάτιον, καὶ σὴς καταφάγεται ὑμᾶς. καὶ πάλιν λέγει ὁ προφήτης· ἐπεὶ

Eſai. 8. ὡς λίθος ἰσχυρὸς ἐτέθη εἰς συντριβήν. ἰδοὺ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θε-

Plaga corporis illius omnes ſanati ſumus. Et alius Propheta: *Feriam paſtorem, & diſpergentur oves gregis* Ipſe autem voluit ſic pati. Dicit enim, qui prophetat de illo: *Parce animæ meæ à gladio.* Et: *Confige clavis carnes meas, quia nequiſſimorum conventus inſurrexerunt in me:* & iterum dicit: *Ecce poſui dorſum meum ad flagella, & maxillas meas ad palmas. Faciem autem meam poſui, tanquam ſolidam petram.*

Cum autem fecit Dei præceptum, quid dicit? *Quis eſt, qui contradicit, reſiſtat mihi? quis æqualis futurus eſt mihi, propinquet puero Dei? Væ vobis, quia omnes veteraſcitis tanquam veſtimentum, & & tinea devorabit vos.* Iterum dicit Propheta: *Tanquam lapis expoſitus eſt in adflictionem. Ecce mittam*

μέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. εἶτα τί λέγει, καὶ ὃς ἐλπίσει ἐπ' αὐτὸν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. ἐπὶ λίθου οὖν ἡμῶν ἡ ἐλπίς; μὴ γένοιτο. ἀλλ' ἐπεὶ ἐν ἰσχύϊ ἔθηκε τὴν σάρκα αὐτοῦ ὁ κύριος. λέγει γὰρ, καὶ ἔθηκέ με ὡς στερεὰν πέτραν. λέγει δὲ πάλιν ὁ προφήτης· λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. καὶ πάλιν λέγει· αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη, καὶ θαυμαστὴ, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος. Ἁπλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνιῆτε. ἐγὼ περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν. τί οὖν λέγει πάλιν ὁ προφήτης, περιέσχε με συναγωγὴ πονηρευομένων, ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον. καὶ, ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Ἐν σαρκὶ οὖν αὐτοῦ μέλλοντος φανεροῦσθαι, καὶ πάσχειν, προεφανεροῦτο τὸ πάθος. λέγει γὰρ ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ· οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι *βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· δήσωμεν

mittam in fundamenta Sion lapidem pretioſum, electum. Et quid dicit? *& qui crediderit in illum, non confundetur.* In lapide ergo fides noſtra? abſit: Sed quia in fortitudine poſuit corpus illius, dicit iterum Propheta: *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Hic eſt dies, quem fecit Dominus.* Quid ergo dicit? *Circumvenerunt me conventus nequiſſimorum, vallaverunt me tanquam apes.* Et iterum dixit: *Super veſtem meam ſortes miſerunt.* In carne ergo incipiente illo venire, ante oſtenſa ſunt quæ paſſurus erat. Dicit ergo Propheta ad Judæos: *Væ animæ iniquorum, † qui dicunt inter ſe, circumveniamus juſtum; quia inſuavis eſt no-*

Eſai. 28. Ibid. Eſai. 50. Pſal 117. Pſal. 21. Pſal. 117. Pſal. 21. Eſai. 3. Sap. 2. † l. quia.

* βεβούλευνται.

bis.

τὸ δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. Λέγει δὲ καὶ Μωσῆς αὐτοῖς, ἰδοὺ τάδε λέγει κύριος ὁ θεός· εἰσέλθετε εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, ἣν ὤμοσε κύριος τῷ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ κατακληρονομήσατε αὐτὴν γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. τί λέγει ἡ γνῶσις, μάθετε· ἐλπίσατε ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν Ἰησοῦν. Ἄνθρωπος γὰρ γῆ ἐστι πάσχουσα· ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο. τί οὖν λέγει; τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν τὴν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Εὐλογητὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ὁ σοφίαν καὶ νοῦν
† l. qui. θέμενος ἐν ἡμῖν τῶν κρυφίων αὐτοῦ. λέγει γὰρ ὁ προφήτης· παραβολὴν κυρίου τίς νοήσει, εἰ μὴ σοφὸς καὶ ἐπιστήμων καὶ ἀγαπῶν τὸν κύριον αὐτοῦ; Ἐπεὶ οὖν, ἀνακαινίσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν, ἐποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον, ὡς παιδίον, ἔχειν τὴν ψυ-
* l. ἀναπλασσόμενος. χήν, ὡς ἂν καὶ * ἀναπλασσομένους αὐτοὺς ἡμᾶς. λέγει γὰρ ἡ

bis. Et Moyſes autem dicit ad illos: *Hæc dicit Dominus Deus: Intrate in terram bonam, quam promiſit Dominus Abrahæ, Iſaac, & Jacob, & Domini eſtote illius terræ, quæ trahit lac & mel.* Quid dicat ſcientia, diſcite: *Credite*, inquit, *in eum, qui in carne apparebit, Jeſum.* Homo enim terra eſt: cum ex terra figmentum Adæ. Quid ergo dicit? *in terram bonam fluentem lac & mel.* Et benedictus Dominus, quia ſapientiam, & ſenſum poſuit in nobis abſconditorum. † Dicit autem per Prophetas parabolam Dominus: quis intelliget niſi ſapiens, & diligens Dominum ſuum? Quia ergo, cum nos cognovit in remiſſionem peccatorum, fecit nos aliam figuram tanquam pueros habere; ut ſpiritu figuraret nos. Nos

enim,

γραφὴ περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ υἱῷ. ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης. καὶ εἶπε κύριος ἰδὼν τὸ καλὸν πλάσμα ἄνθρωπον· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. ταῦτα πρὸς τὸν υἱόν. πάλιν σοι * ἐνδείξω πῶς πρὸς ἡμᾶς δευτέραν πλάσιν ἐπ' ἐσχάτων ἐποίησε. λέγει κύριος· ἰδοὺ ποιήσω τὰ ἔσχατα ὡς τὰ πρῶτα. εἰς τοῦτο οὖν ἐκήρυξεν ὁ προφήτης, εἰσέλθετε εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. ἰδοὺ οὖν ἡμεῖς ἀναπεπλάσμεθα, καθὼς πάλιν ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει· ἰδοὺ λέγει κύριος, ἐξελῶ τούτων, τουτέστιν ὧν προέβλεπε τὸ πνεῦμα κυρίου, τὰς λιθίνας καρδίας, καὶ βαλῶ σαρκίνας αὐτοῖς· ὅτι ἔμελλεν ἐν σαρκὶ φανεροῦσθαι, καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν. ναὸς γὰρ ἅγιος, ἀδελφοί μου, τῷ κυρίῳ τὸ κατοικητήριον ἡμῶν τῆς καρδίας. λέγει γὰρ πάλιν

enim, ſicut dicit Scriptura, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & ſuperſit beſtiis terræ, & avibus cæli, & piſcibus maris.* Gen. 1. Et Dominus videns bonam figuram noſtram dixit: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram.* Gen. 1. Iterum vobis oſtendam, quomodo vobis dicit ſecundam figuram in noviſſimis. Dicit Dominus: *Ecce facio noviſſima tanquam priora.* Propter hoc ergo prædicavit Propheta: *Intrate in terram, quæ trahit lac & mel, & dominamini ejus.* Quia ipſe incipiebat apparere, & in nobis habitare: templum enim Domini inhabitatio cordis noſtri eſt. Dicit ergo iterum:

* ἄλ. ἐπιδείξω.

rum:

Digitized by Google

κύριος· καὶ ἐν τίνι ὀφθήσομαι τῷ κυρίῳ θεῷ μου, καὶ δοξασθήσομαι; λέγει· ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ, ἐν μέσῳ ἀδελφῶν μου, καὶ ψαλῶ ἀναμέσον ἐκκλησίας ἁγίων. οὐκοῦν ἡμεῖς
* l. εἰσήγαγεν. ἐσμεν, οὓς σήγα εἰγῦν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν; τί οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται. οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι ζήσομεν κατακυριεύοντες τῆς γῆς. προείρηκε δὲ ἐπάνω, ὅτι αὐξανέσθωσαν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. τίς οὖν ὁ δυνάμενος νῦν
gravius eſt, quod qui iſto furore contra rectam fidem agitabantur, omnes alios coëgerunt eadem ſecum ſentire, quorum vero ſuffragia extorquere non potuerunt, illos graviter puniverunt, ſine miſericordia ſuppliciis affecerunt, & tandem morte amariſſima enecarunt. Sicut Macarium, & venerabilem & ſanctum Stephanum in Colle ſancti Auxentii Aſcetam, & Religioſe quieſcentem, & multos alios quorum numerus vix iniri poteſt. Præcipue vero iſti impii rabie furentes contra Monachos debacchabantur, & eorum ordinem iſti ſceleſti vehementer averſantes, illum per perſecutionem omnino delere viribus omnibus nitebantur. Quapropter cum malum increviſſet, eſſetque coronis illi impoſita, ſynodus hæc ſeptima congregata, illos talia ſentientes & venerandorum

καὶ ἁγίων εἰκόνων καθαίρεσιν δογματίζοντες τελείω ἀναθέματι καθυπέβαλεν, ἅμα καὶ τοῖς ἐξάρχοις αὐτῶν Θεοδοσίῳ τῷ Ἐφέσου, Σισιννίῳ τῷ Παστιλᾷ, καὶ Βασιλείῳ τῷ Τρικακάβῳ, ἐλέγξασα καὶ τὸ ὑπ᾽ ἐκείνων πρότερον καταστὰν συνέδριον τῆς αἱρέσεως, καὶ κατὰ τῆς ὀρθῆς ἡμῶν πίστεως τὸ ἄθεσμα φρυαξάμενον. ἔτι προσαποβαλλομένη καὶ ἐξοστρακίσασα τοῦ καταλόγου τῶν ὀρθοδόξων Ἀναστάσιόν τε καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Νικήταν πατριάρχας γεγονότας Κωνσταντινουπόλεως καὶ Γρηγόριον Νακωλείας ὡς συνίστορας τῆς αἱρέσεως ταύτης καὶ συμπράκτορας. θεῖον δὲ ὅρον συντάξασα ἐξεφώνησεν ὑπὲρ τῆς τιμῆς καὶ προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκονισμάτων καὶ τῶν λοιπῶν, τῇ παραδόσει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀκόλουθον. οὗ ἡ ἀρχή, ὁ τὸ φῶς τῆς αὐτοῦ ἐπιγνώσεως ἡμῖν

ſanctorum imagines tollendas eſſe docentes, ſolenni anathemate percuſſit, cum eorum præcipuis Theodoſio Epheſi Epiſcopo, Siſinnio Paſtila, & Baſilio Tricaccabo; & confutavit Hæreſeos ſynedrium & conventiculum ab illis primo congregatum, quod contra rectam fidem, iniqua dogmata emiſerat & infremuerat. Rejecit vero, & quaſi oſtraciſmo removit, ex catalogo Orthodoxorum, Anaſtaſium, Conſtantinum, & Nicetam qui fuerant Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Gregorium Nacolias ut iſtius Hæreſeos conſcios, & promotores. Divinum autem decretum compoſuit & publicavit, de honore, & veneratione ſanctarum imaginum, & Reliquiarum, Traditioni Eccleſiæ Catholicæ conſentaneum. Sic vero incipit. Chriſtus qui nobis lumen cognitionis ſuæ no-

χαρισάμενος καὶ τοῦ σκότους τῆς εἰδωλομανίας ἡμᾶς λυτρωσάμενος Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Αὗται αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ ἑπτὰ σύνοδοι πρὸς γνῶσιν τῶν φιλοπόνων συνοπτικώτερον ἐκτεθεῖσαι. ποῦ τε ἑκάστη συνέστη, καὶ πότε, καὶ κατὰ τίνων τῶν αἱρεσιωτῶν καὶ ἐφ' ὁποία τῇ περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν συζητήσει, ἵνα καὶ τὰ ἐναντία καὶ κακόδοξα διαγινώσκοντες δόγματα καὶ τοὺς ἐλέγχους αὐτῶν μὴ περιτρεπώμεθα καὶ νῦν ἐντυγχάνοντες. τυχὸν οἱωδή τινι τοιούτῳ ζητήματι, ἢ παρασυρῶμεν ταῖς τῶν ἀντιλογιῶν πιθανότησιν. ἀλλ' ὥσπερ κανόνι εὐθυτάτῳ ταῖς προδιαληφθείσαις δόξαις περὶ τῆς θεότητος τῶν μακαρίων καὶ ἀοιδίμων πατέρων ἑπόμενοι ἀκλινῶς

ſuæ nobis liberaliter indulſit, & nos liberavit ex tenebris idololatriæ, & quæ ſequuntur.

Illæ ſunt ſeptem ſanctæ & œcumenicæ ſynodi ad informationem & cognitionem eorum qui laboribus indulgent, compendioſe & per ſynopſim expoſitæ. Et memoratum ubi congregatæ, quando, contra quos Hæreticos & qua de circa fidem noſtram quæſtione, ut contraria & prava dijudicantes dogmata, & eorum confutationes, non circumferamur, & circumducamur, incidentes forte in tales quæſtiones, nec trahamur & alliciamur contradicentium & adverſariorum ſuaſionibus. Sed beatorum & venerandorum patrum doctrinis de Divinitate prius receptis tanquam canoni rectiſſimo inſiſtentes, immobiliter & inflexibiliter teneamus

ἐχώμεθα τῆς ὀρθῆς ἡμῶν πίστεως καὶ ἀδιστάκτῳ καρδίᾳ τὸν ἐν τριάδι θεὸν ὡς ἐδιδάχθημεν σέβωμεν. ἅμα καὶ τὰς δοθείσας ἡμῖν παρ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐντολὰς ἐκπληροῦντες πάσῃ σπουδῇ. ἐπειδὴ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά. ὥσπερ καὶ ἔργα δίχα τῆς πίστεως.

Ἐκτὸς δὲ τούτων τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων τῶν περὶ τῆς πίστεως, γεγόνασι καὶ ἕτεραι μερικαὶ σύνοδοι διάφοροι καὶ κατὰ διαφόρους καιρούς. ἀλλ' οὐχ ἕνεκεν δογμάτων ἐκκλησιαστικῶν ἀλλὰ χάριν ζητημάτων κανονικῶν, ἃς καὶ αὐτὰς ἐδέξατο ἡ καθολικὴ ἐκκλησία καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντας κανόνας ἐπεσφράγισέ τε καὶ ἐβεβαίωσε καὶ τοῖς λοιποῖς κανονικοῖς βιβλίοις, συνήρμοσε καὶ συνέταξεν. ἤγουν τοῖς τε παρὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος ἐκ-

rectam noſtram fidem, & corde certo & non fluctuante colamus in Trinitate Deum ſicut prius ſumus edocti, ſimul præcepta ab illo & ſanctis ſuis, nobis tradita omni ſtudio & diligentia implentes. Quandoquidem fides ſine operibus eſt mortua ſicut opera ſine fide.

Præter has vero ſanctas ſeptem œcumenicas ſynodos, quæ ob res fidem ſpectantes ſunt congregatæ, aliæ variæ particulares & variis temporibus habitæ ſunt. Non propter dogmata Eccleſiaſtica, ſed propter quæſtiones quaſdam Canonicas, & quæ Diſciplinam ſpectabant. Illas vero admiſit Eccleſia Catholica, & Canones ab illis conſtitutos, ſuffragio ſuo conſignavit & confirmavit, & cæteris Libris Canonicis ſimul junxit & compaginavit. Nimirum iis quæ ab Apoſtolis ſanctis per Clementem tradita ſunt,

δεδομένοις καὶ τοῖς τῶν προδιαληφθεισῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων. πρὸς δὲ καὶ τοῖς τοῦ μεγάλου πατρὸς Βασιλείου· ἀπὸ δὴ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐνεργήσαντος. Τῶν μὲν οὖν μερικῶν τούτων συνόδων πρώτη γέγονεν ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ. δευτέρα δὲ ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ· πρεσβύτεραι καὶ ἄμφω τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης καὶ οἰκουμενικῆς. μετ' αὐτὴν δὲ ἡ ἐν Σαρδικῇ πάλιν μερικὴ συνεκροτήθη. Καὶ μετὰ ταύτην ἡ ἐν Γάγγραις συνέστη. εἶθ' ἑτέρα ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ. ἔπειτα ἡ ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας. καὶ μετ' ἐκείνην ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ πρῶτον, οἰκουμενικὴ δευτέρα. καὶ αἱ λοιπαὶ καθεξῆς οἰκουμενικαὶ πᾶσαι ὡς προεγράφησαν. προτάσσονται δὲ ἐν τῇ ἐκθέσει τῶν μερικῶν πασῶν αἱ ἑπτὰ οἰκουμενικαί,

ſunt, & iis quæ à ſeptem ſanctis & œcumenicis ſynodis decreta ſunt, inſuper iis quæ docuit magnus pater Baſilius, ut uno & eodem ſpiritu ſancto in illis omnibus ſimiliter operante. Iſtarum vero particularium ſynodorum prima habita eſt Ancyræ. Secunda Neocæſareæ. Utraque vero coacta eſt ante ſynodum œcumenicam primam Nicænam. Poſt hanc vero iterum particularis ſynodus Sardicenſis convocata eſt. Poſt illam Gangrenſis, alia deinde Antiochiæ, poſtea Laodicæna in Phrygia, & poſt illam ea quæ Conſtantinopoli primo coacta eſt œcumenica ſecunda. Et cæteræ ſequuntur œcumenicæ ſynodi, ſicut prius deſcriptæ ſunt. Præponuntur vero enarrationi & expoſitioni particularium ſynodorum, eæ quæ generales & œcumenicæ fuerunt, propter dignitatem

διὰ τὸ ἀξίωμα τῶν ζητήσεων καὶ τὴν οἰκουμενικὴν αὐθεντίαν.

ΤΕΛΟΣ.

Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. οὕτω φρονῶν καὶ διομολογῶν ἀπαρατρέπτως τὴν ἐν τῇ καθολικῇ καὶ Ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ ἐφιδρυμένην τε καὶ κηρυσσομένην πίστιν, τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους ἀποδέχομαι.

Τὴν μὲν πρώτην ἥτε δὴ Ἄρειον καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτῷ ἅμα τῇ βδελυκτῇ αὐτῶν κτισματολατρείᾳ, καθελοῦσαν καὶ διαρρήξασαν.

Τὴν δὲ δευτέραν ὡς τὸν φρενοβλαβῆ Μακεδόνιον τῆς ἐκκλησιαστικῆς χοροστασίας ἐξοστρακίσασαν καὶ ἀποτεμοῦσαν, Ἀρείῳ παραπλησίαν καὶ αὐτὸν μανίαν ἐκμεμηνότα. ἐν κτίσμασι γὰρ καὶ οὗτος τὸ πανάγιον καὶ παντουργὸν τιθεὶς πνεῦμα κτισματολατρεῖν οὐκ ἠνείχετο.

queſtionum, in illis agitatarũ, & propter authoritatem univerſalem & generalem.

FINIS.

Credo in unum Deum patrem omnipotenté, creatorem cœli & terrę &c. Sic ſentiens, & confeſſus immutabiliter fidem in Eccleſia Catholica & Apoſtolica ædificatam & annunciatam, ſeptem ſanctas & generales ſynodos recipio.

Primam quæ Arium & illi conſentientes cum abominanda eorum doctrina quæ docet creaturæ adorationem, evertit & effringit.

Secundam quæ mente captum Macedonium ab Eccleſiaſtica communione & ſtatione removit & abſcidit, ut qui adhæreret inſaniæ ad Arianam proxime accedenti. Nam cum in ordinem creaturarũ cogeret ſanctiſſimũ, & omnipotentem ſpiritũ, à creaturę adoratione non cohibebatur.

Τὴν δὲ τρίτην ὡς καθαιρέτιν οὖσαν τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου καὶ τῆς αὐτοῦ καινοποιηθείσης θεοστυγοῦς αἱρέσεως. οὗτος γὰρ τὸν ἀδιαιρέτως καὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθέντα τῷ θεῷ λόγῳ ὁλικὸν ἄνθρωπον τολμηρῶς καὶ ἀφρόνως τῆς θεικῆς τοῦ λόγου διασπῶν ὑποστάσεως ἰδιοϋπόστατον αὐτὸν ἐτερατολόγει τε καὶ ἐφαντάζετο. διὸ καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν σαρκὶ ἐπιφανέντα υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ ὀνειρώξας, ἀκολούθως ὁ τρισάθλιος καλεῖν καὶ τὴν παναγίαν θεοτόκον, χριστοτόκον οὐκ ἠρυθρία.

Τὴν δὲ τετάρτην ὡς τὸν δυστυχέστατον Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον ἀλάστορα καταῤῥάξασαν καὶ ἀναθεματίσασαν μετὰ τῆς φαντασιώδους αὐτῶν φρενοβλαβείας καὶ πάσης αὐτῶν τῆς συμμοιρίας. τὴν γὰρ τοῦ κυρίου σάρκα μὴ εἶναι ὁμοούσιον ἡμῖν

Tertiam vero ut quæ tollat & evertat Hæreſim impii Neſtorii novam ubique & Deo adverſam. Nam totum hominem Deo verbo unitum hypoſtatice & indiviſibiliter, temere & inepte avellens à divina verbi perſona, illum propriam perſonam habere ſibi & fingebat & monſtrum iſtud doctrinæ diſſeminabat. Quapropter Filium & Verbum Dei quod in carne apparuit, merum eſſe hominem ſomnians, per conſequentiam, iſte miſerrimus, ſanctiſſimam virginem Dei matrem, tantum Chriſti matrem vocare non erubuit.

Quartam quæ infælicisſimum Eutychem & ſuperbum Dioſcorum anathematizavit, & deturbavit, cum omni eorum ſocietate, & ineptis eorum figmentis. Nam Domini carnem noſtræ non eſſe ſimilem nec conſubſtantialem

ἐληρώδουν. ἀλλ' ἐκ δύο μὲν φύσεων τὴν ἕνωσιν γίνεσθαι. εἰς μίαν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν συναναλωθῆναι φύσιν. μηδετέρας ἀποσωζούσης σῶα τὰ ἰδιώματα μήτε τῆς θεϊκῆς μήτε τῆς ἀνθρωπίνης.

Τὴν δὲ πέμπτην ὡς ἐκπεμψοῦσαν τε καὶ ἀποτεφρώσασαν τέλεον τὰ καὶ πρώην μὲν ὑπὸ τῆς τρίτης συνόδου σβεσθέντα. ἔτι δὲ ἀναῤῥιπιζόμενα πάλιν μιαρὰ δόγματα τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου τοῦ τῆς Βασιλίδος ἀθέως ἱεραρχήσαντος καὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀθεωτάτου ἐπισκοπήσαντος. ἀλλὰ μὲν καὶ αὐτοὺς πάντας τοὺς τὴν τοιαύτην ματαιοφροσύνην νοσήσαντας. ἔτι δὲ καὶ ὡς διασπάσασαν τε καὶ ἐκθερίσασαν Ὠριγένην, Δίδυμον καὶ Εὐάγριον ἑλληνοφρονιλογισμῷ καὶ ἀσυνέτῳ γνώμῃ εἰς ἔσχατον βυθὸν ἀθεότητος ἐμπεπτωκότας. βαθμοὺς

tialem delirabant, ſed unionem fieri duarum Naturarum, poſt unionem vero in unam conſumi & conflari naturam. Nullâ naturarum, nec Divina nec Humana ſervante ſartas tectas ſuas proprietates.

Quintam ut reſcindentem, & in cineres plane redigentem, ea quæ diu ante à tertia ſynodo fuerunt exſtincta. Inſuper & deteſtanda dogmata, impii Neſtorii in urbe Regia impie ſacra adminiſtrantis, & Theodori Mopſueſtiæ iniquiſſimi Epiſcopi, quæ iterum fuerant quaſi flatu ſuſcitata; ſicut & omnes alios qui iſtis ineptiis correpti laborabant. Ut & evellentem & demetentem doctrinas Origenis, Didymi, Euagrii, Gentilium dogmatibus incoctorum, qui imprudenti & ineptâ ſententiâ, in ultimum impietatis barathrum delapſi ſunt. Nam divini-

γὰρ καὶ ὑποβάσεις θεότητος ἀναπλάσαντες καὶ ψυχῶν προϋπάρξεις καὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον αὐτῶν νεύσεως ἀπορροίας τε καὶ ἀποπτώσεις ἐν ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες εἰς διαφορά τε καὶ πολυειδῆ σώματα μετεγγίζοντες ταύτας καὶ μεταβάλλοντες, καὶ τέλος κολάσεως, καὶ Δαιμόνων ἀποκαταστάσεις, ἀπὸ κοιλίας τὸ δὴ λεγόμενον ἐρευγόμενοι ἀθυροστόμως ἐμυθολόγησαν τε καὶ ἐρραψῴδησαν.

Τὴν ἕκτην δὲ ὡς ἀπορρίψασαν τε καὶ καταπασάσασαν τοὺς ἀμφὶ Ὀνώριον, καὶ Σέργιον, καὶ Μακάριον, τοὺς τερατολόγους καὶ παράφρονας. ἅμα δὲ καὶ τοὺς τὴν αὐτῶν δυσσέβειαν ἀκρατῶς ἐναπομαξαμένους μετὰ τῆς ἐκφύλου καὶ ἀλλοκότου αὐτῶν πλασματολογίας. ἓν γὰρ θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν τῷ ἐκ δύο ἀπαρατρέπτων φύσεων πεφυ-

divinitatis gradus & inferiora ſubſellia fingebant, & excogitabant, animarum præexiſtentiam, & illarum (ſecundum divinitatem nutus ſui) effluvia & lapſus, in ſe ipſis ſubſtituentes & admittentes, illas ad diverſa & varia corpora accedere, & in illa detrudi volebant, & ſuppliciorum finem, & Dæmonum reſtitutionem in priorem ſtatum, & ventriloquium eructantes, ore aperto fabulabantur, inaniterque jactabant & decantabant.

Sextam vero ut rejicientem, & avellentem Honorii, Sergii, Macarii ſocios, ineptos & monſtra loquentes, ſimul & eos qui illorum impietatem impotenter repræſentabant, cum eorum peregrinis & alienis figmentis. Unam quippe voluntatem, & unam operationem, Chriſto Deo noſtro, ex dua-

κἀπὶ Χριςῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν κακῶς οἱ δείλαιοι ἐπεγράφοντο.

Πρὸς ταύταις δὲ καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον ἱερὰν καὶ μεγάλην ἑβδόμην σύνοδον ὡς τοὺς εἰκονομάχους καὶ διὰ τοῦτο Χριςομάχους καὶ ἁγιοκατηγόρους ἀποσκυβαλίσασάν τε καὶ καταβαλοῦσαν. καὶ σὺν αὐτοῖς καὶ τὴν βδελυκτὴν Μανιχαϊκὴν αὐτῶν αἵρεσιν. τὸ γὰρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ ἅγιον σῶμα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν γράφειν εἰκονικῶς ἐμυσάττοντο, τὸ ἄγραπτον καὶ ἀπερίγραπτον αὐτοῦ καταβακχεύοντες, καὶ διὰ τοῦτο μὴ εἶναι ἡμῖν ὁμοούσιον μανικῶς συμπεραίνοντες. Ταύτας οὖν τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους ἀποδέχομαι, ἀναθεματίζων μὲν οὓς ἐκεῖναι ἀνεθεμάτισαν, καταςπαζόμενος δὲ ἔμπαλιν καὶ μεγαλύνων οὓς

bus immutabilibus naturis emergenti, iſti miſeri peſſime tribuebant.

Cum his vero ſanctam magnam ſeptimam ſynodum Nicænam ſecundam, hoſtes imaginum, ut ipſius Chriſti hoſtes, & ſanctorum accuſatores, tanquam excrementa rejicientem & removentem; & cum illis abominabilem Manichæorum hæreſim. Nam Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanctum corpus, & nobis conſubſtantiale, imagine repręſentare abhorrebant, illud nec figurari nec circumſcribi poſſe debacchantes, ac propterea nec nobis eſſe conſubſtantiale, impotenter & furioſe concludentes. Has ergo ſeptem ſanctas ſynodos generales recipio, Anathematiſans eos, quos illæ anathemate percuſſerunt, & amplexu & oſculo excipiens, iterumque celebrans eos quos illæ laudibus

ἐπευφήμησαν. αὕτη μὲν ἡ τῆς πίστεως καὶ τῶν εἰς ταύτην ἀνηκόντων καὶ περὶ αὐτὴν ὑφισταμένων ὁμολογία. ἐν ταύτῃ μοι ἡ ἐλπίς. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὅσοις εὐσεβεῖν μεμελέτηται καὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀκιβδήλου δόξης τῶν χριστιανῶν θεῖος ἔρως προσπέφυκεν.

dibus & teſtimonio ſuo ſunt proſecutæ. Hæc eſt fidei meæ & eorum quæ ad illam pertinent & ab illa dependent confeſſio. In ea ſpes mea collocata eſt , ſicut & omnium aliorum quibus pietas curæ eſt , & quibus innatus eſt divinus amor puræ , & ſinceræ Chriſtianorum doctrinæ.

Digitized by Google

ΣΥ'ΝΤΟΜΟΣ
ΚΑΙ'
Ἀληθινὴ πίστις ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν.

COMPENDIOSA
ET
Vera Fides noſtra Chriſtiana.

Πατήρ. υἱός. πνεῦμα ἅγιον.	*Pater. Filius. S. Sanctus.*
Θεὸς εἷς.	Deus unus.
Οὐσία μία.	Subſtantia una.
Φύσις μία.	Natura una.
Μορφὴ μία.	Forma una.
Βασιλεία μία.	Regnum unum.
Δόξη μία.	Gloria una.
Βούλησις μία.	Conſilium unum.
Δύναμις μία.	Potentia una.
Χάρις μία.	Gratia una.
Πίστις μία.	Fides una.
Πρόσωπα τρία.	Perſonæ tres.
Ὑποστάσεις τρεῖς.	Subſiſtentiæ tres.
Ἰδιότητες τρεῖς.	Proprietates tres.
Χαρακτῆρες τρεῖς.	Characteres tres.
Ἀρχαὶ τρεῖς.	Principia tria.
Λαμπρότητες τρεῖς.	Splendores tres.
Ἐνέργειαι τρεῖς.	Operationes tres.
Κυριότητες τρεῖς.	Dominationes tres.
Ἐπιγνώσεις τρεῖς.	Cognitiones tres.
Ὁμολογίαι τρεῖς.	Confeſſiones tres.

ΣΥ'Ν-

ΣΥ'ΝΤΟΜΟΣ ΚΑΙ' Σαφὴς διάγνωσις τῆς πίστεως ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν.

BREVIS ELUCIDATIO QUA *Fides noſtra Chriſtiana dignoſcitur.*

Ὀφείλομεν πιστεύειν ὡς ἐβαπτίσθημεν. ἐβαπτίσθημεν δὲ εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος τῆς μιᾶς θεότητος. φύσις μὲν γὰρ μία ταῦτα, καὶ οὐσία μία, καὶ βασιλεία, καὶ δύναμις καὶ μορφή. ὑποστάσεις δὲ τρεῖς ἤγουν πρόσωπα τρία εἴτε ἰδιότητες εἴτε καὶ χαρακτῆρες. ὅτι μὲν οὖν κοινὴ τοῖς τρισὶ προσώποις καὶ ἀδιάφορος καὶ ἀδιαίρετος καὶ ἡ οὐσία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ ἐξουσία, διὰ τοῦτο εἷς θεὸς τὰ τρία καὶ ἕν. τὸ προσωπόμενον. ὅτι δὲ πάλιν ἕκαστον τούτων αὐθυπόστα-

Oportet nos credere ſicut ſumus baptizati. Sumus vero baptiſmate tincti in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, unius divinitatis. Iſta enim omnia ſunt una natura, & ſubſtantia una, & regia Majeſtas, virtus & forma una. Sunt vero tres hypoſtaſes ſive perſonæ, ſive proprietates, ſive characteres. Et quia ſubſtantia, virtus, poteſtas, eſt communis tribus perſonis, & indifferens, & indiviſibilis, ideo iſta tria ſunt unus Deus, unicumque perſonatum. Et iterum quia unumquodque iſto-

τον ἐστὶ καὶ τέλειον καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἴδιον ἔχον γνώρισμα παρὰ τὰ λοιπὰ, διὰ τοῦτο τρεῖς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς θεότητος καὶ τρία πρόσωπα ἤγουν ἰδιότητες καὶ ὀνόματα. ἄλλος μὲν γὰρ ὁ πατὴρ, ἄλλος δὲ ὁ υἱὸς, καὶ ἄλλος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ διὰ τοῦτο ἰδιοϋπόστατα, οὐκ ἄλλο δὲ ταῦτα καὶ ἄλλο καὶ ἄλλο. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τῇ φύσει πολλὰ καὶ ἀλλοῖα. ἀλλ' ἓν τὰ τρία καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ ἰσχύος καὶ κυριότητος καὶ ἀγαθότητος καὶ ἀϊδιότητος, ὀνόμασι μόνον καὶ ἰδιώμασιν ἀπ' ἀλλήλων διῃρημένα, ἑτέρῳ δὲ οὐδενί. τὸ μὲν γὰρ πατὴρ καλεῖται καὶ ἴδιον ἔχει τὸ ἀγέννητον. τὸ δὲ υἱὸς λέγεται καὶ ἴδιον ἔχει τὸ γεννᾶσθαι ἐκ τοῦ πατρός. τὸ δὲ πνεῦμα ἅγιον ὀνομάζεται καὶ ἴδιον ἔχει τὸ ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ πατρός. ταῦτα

rum, eſt per ſe exiſtens, & perfectum ſecundum ſe, & proprium habens conceptum præter alia reliqua, ideo cenſentur tres hypoſtaſes unius divinitatis, ſive tres perſonæ, aut proprietates, aut nomina. Eſt quippe alius Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus, ac proinde habent proprias hypoſtaſes, & non ſunt aliud, aliud, aut aliud, & ideo naturâ non ſunt plura & alia., ſed unum ſunt tria, & unius ejuſdemque ſubſtantiæ virtutis, dominationis bonitatis, & æternitatis; nominibus ſolis & proprietatibus diviſa, non vero ullo alio modo. Unum enim vocatur pater cujus proprietas, eſt eſſe ingeneratum, alterum dicitur filius, & habet iſtam proprietatem, nimirum à patre generari, tertium vero vocatur ſpiritus ſanctus, cujus proprium, eſt à patre procedere. Iſta

δὲ ὑποστάσεων μόνον ἐργάζεται διαφοράς, ἐπειδὴ ὑπόστασίς ἐστι φύσις μετὰ χαρακτηριστικῆς ἰδιωμάτων. μόνα γοῦν ὀνόματα καὶ ἰδιώματα παρὰ τῇ τριάδι τὰ διαφορά. τὰ δὲ λοιπὰ πάντα, ταυτὰ τοῖς τρισὶ προσώποις μία φύσις, μία θέλησις, μία δύναμις, μία ἐξουσία, μία καὶ ἴση θεότης. ἅμα γὰρ πατὴρ, ἅμα υἱὸς ἅμα πνεῦμα ἅγιον ὁμόαρχα, ὁμοδύναμα, ὁμοθέλητα συμφυῆ καὶ συναίδια εἰς ἄλληλα τῇ κατὰ πάντα ὁμοιότητι ἀντιπεριχωροῦντα, δίχα μόνον τῶν ἰδιωτήτων. διὰ ταῦτα ἕνα θεὸν ὁμολογοῦμεν τὰ τρία ἀλλ' οὐχὶ τρεῖς θεούς. ἐπεὶ ἓν εἰσὶ καὶ τῇ θελήσει καὶ τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἐνεργείᾳ καὶ τῇ κατὰ πάντων αἰτίᾳ ἀσυγχύτως δηλονότι καὶ ἀσυνάπτως. εἰ

vero tantum conſtituunt hypoſtaſium differentias, quandoquidem hypoſtaſis eſt tantum natura proprietatibus characterizata. Sola ergo nomina & proprietates in Trinitate differunt. Cætera vero ſunt communia tribus perſonis, una natura, una volontas, una virtus, una poteſtas, una & æqualis divinitas. Simul enim Pater, ſimul Filius, ſimul Spiritus ſanctus, ſunt ejuſdem Principii ſeu principatus, ejuſdem potentiæ, ejuſdem voluntatis, ejuſdem naturæ, ejuſdem æternitatis, omnigena ſimilitudine ſeſe invicem comprehendentes, ecceptis tantum proprietatibus. Propterea unum Deum iſta tria eſſe profitemur, non vero tres Deos, quandoquidem manifeſte unum ſunt & voluntate, & potentia, & operatione, & omni omnino cauſâ, ſine ulla confuſione & conjunctione.

Si ergo

τις τοιγαροῦν ἔροιτό σε τῶν πιστῶν περὶ ἑνὸς ἑκάστου τῆς τριάδος πολυπραγμονῶν τί ποτέ ἐστι πρῶτον ὁ πατήρ? ἀποκρίθηθι ἀδιστάκτως πρὸς αὐτὸν ὅτι τοῦτο ἐστιν ὁ πατὴρ ὅπερ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, μένων ἰδίως πατὴρ καὶ τοῦτο μόνον ἔχων ἕτερον παρ' ἐκεῖνα τὴν πρώτητα καὶ τὴν γεννησίαν. τί δὲ πάλιν ὁ υἱὸς ἐρωτῶντος εἰπὲ ὁμοίως ὅπερ ὁ πατὴρ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, μένων ἰδίως υἱὸς καὶ τοῦτο μόνον ἔχων ἕτερον παρ' ἐκεῖνα τὴν υἱότητα καὶ τὴν γέννησιν. τί δὲ αὖθις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προστιθέντος ἀπόφηναι ὡσαύτως ὅτι ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς, μένον ἰδίως πνεῦμα ἅγιον καὶ τοῦτο μόνον ἔχον ἕτερον παρ' ἐκεῖνα τὴν ἐκπόρευσιν. ταῦτα γὰρ ἴδια ὄντα ἕκαστον ἑκάστου τῶν τριῶν

Si ergo aliquis fidelium, de ſingulis Trinitatis perſonis nimis curioſe ſollicitus interroget quid eſt & unde primũ iſtud, nimirũ Pater, reſponde illi indubitanter, quod Pater idem eſt cum Filio & cum Spiritu ſancto, proprie manens Pater, & illud præterea proprium & ſingulare habens, nimirum, prioritatem, & vim generantem. Si iterum quærat quid eſt Filius, ſimiliter regere, illum idem eſſe cum Patre, & Spiritu ſancto, proprie manere Filium, & iſtud aliud præterea tantum habere, nimirum filiationem & quod generetur. Illo iterum urgente & addente, *quid eſt* Spiritus ſanctus, ſimiliter declara, illum eſſe idem cum Patre & Filio, proprieque manere ſpiritum, & hoc peculiare præterea tantum habere nimirum proceſſionem & emanationem. Iſta enim cum ſint propria nullum iſtorum

οὐδέποτε μεταβαίνει ἐφ' ἕτερον οὐδὲ τὴν μεθ' ἑτέρου κοινωνίαν κἂν πρὸς βραχὺ ἐπιδέχεται. ἴδιον γὰρ διὰ τοῦτο λέγεται ὅτι οὐδενὶ ἑτέρῳ παρὰ τὸν ἔχοντα ἐπικοινωνεῖ. ὥς που φησὶ καὶ ὁ ἐν θεολογίαις μέγας Γρηγόριος. ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητος· ἐπεὶ πῶς ἂν ἰδιότης μείνη κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα. ἔστιν οὖν ἡ θεότης εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις καὶ ἐν ἀνακεκραμένοις ἀσύγχυτος. τὸ μὲν τῇ φύσει ὅτι μία καὶ ἡ αὐτή. τὸ δὲ ταῖς ἰδιότησι ὅτι τρεῖς καὶ διάφοροι. εἷς οὖν θεὸς ἐν τρισί, καὶ τὰ τρία ἓν ὡς ὁ αὐτὸς θεολόγος· καθάπερ φησὶ ὀφθαλμὸς καὶ πηγὴ καὶ ποταμός. καὶ πάλιν ἥλιος καὶ ἀκτὶς καὶ φῶς εἰκόνες τινὲς εἰ καὶ ἀμυδραὶ ἀπὸ τῶν φαινομένων τούτων καὶ αἰσθητῶν τοῦ ἀνεικάστου καὶ ἀπαραδειγματίστου καὶ τηλικούτου

rum trium in aliud tranſit, neque vel ad minimum alterius communionem patitur, proprium enim dicitur quod nulli alteri poteſt communicari, ut alicubi loquitur Gregorius in rebus Theologicis maximus. Nam proprietas immobilis, quomodo proprietas manebit, ſi moveatur & in aliam dilabatur. Divinitas ergo ſi breviter loqui liceat, eſt indiviſibilis in diviſis, & inconfuſa in permixtis, & illud quidem naturâ quæ una & eadem eſt, iſtud vero proprietatibus quæ tres ſunt & diverſæ. Unus eſt ergo Deus in tribus, & tria ſunt unum, ut loquitur idem Theologus; ſicut inquit oculus ſive oſtium, fons, & fluvius, & rurſus ſicut ſol radius & lumen, quæ imagines licet obſcuræ ex rebus viſibilibus & ſenſibilibus deſumptæ, ſecundum iſtam tantum comparationem in exemplum producuntur,

πράγματος κατὰ τοῦτο τυχὸν μόνον εἰς ὑπόδειγμα προφερόμενα. ὅτι καὶ ταῦτα εἰ καὶ τρία δοκεῖ τῆς τῶν ὀνομάτων ἰδιότησιν, ἀλλ' ἕν εἰσι πάλιν κατά τε τὸ ὁμόχρονον καὶ τὴν συνέχειαν καὶ τὸ τῆς ἐνεργείας ἀποτέλεσμα. πλὴν ἐπεὶ κατὰ τὸν εἰπόντα πίστιν ἡγεῖσθαι δεῖ μόνον, καὶ μὴ ἀπόδειξιν, πιστευτέον πάντα Χριστιανὸν εἰλικρινῶς καὶ ἀδιστάκτως εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὴν μίαν καὶ ἀδιαίρετον τῇ φύσει, καὶ τῇ δυνάμει θεότητα.

cuntur negotii quod effigiari & repræſentari non poteſt. Quia etiam ſi iſta tria videantur nominum proprietatibus, ſunt tamen unum, coæternitate, conduratione, & operationis effectu. Utique ſicut ſecundum loquentem eſſe fidem tantum oportet exiſtimare, non vero demonſtrationem. Ideo debet credere omnis Chriſtianus ſincere & indubitanter, in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unam & naturâ virtuteque indiviſam divinitatem.

ΤΕΛΟΣ.

ΔΙΔΑ-

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ΣΥΝΤΟΜΟΣ

ΠΕΡΙ

Φύσεως καὶ πῶς πιστεύειν ὀφείλομεν.

BREVIS INSTRUCTIO

DE

Natura & quomodo credere debeamus.

Φύσις, οὐσία, μορφὴ, καὶ εἶδος τέσσαρα μέν εἰσι τῇ τῶν ὀνομάτων διαφορᾷ. τὸ δὲ σημαινόμενον ὑπὸ τούτων ἕν τί ἐστι. τὸ κοινὸν εἴτουν καθόλου καὶ πάντων τῶν μερικῶν καὶ ὁμοειδῶν, ἤγουν τῆς αὐτῆς φύσεως λεγόμενον. ὥσπερ ἐστὶ ὁ καθόλου ἄνθρωπος ἡ ἐν σοὶ καὶ ἐν ἐμοὶ καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων θεωρουμένη κοινὴ φύσις μία οὖσα καὶ ἀδιάφορος. ὡς ἂν εἴπῃ τις τὸ ζῶον λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν τὸ κατ' εἰκόνα θεοῦ γινόμενον. ταύτην

Natura, ſubſtantia, forma, ſpecies ſunt quatuor, nominum circumſcriptione, & circumferentia. Quod verò illis ſignificatur, res eſt unica. Nimirum commune ſeu univerſale partium omnium, vel. conſpecierum, ſeu quod de natura ipſa dicitur, ſicut univerſalis homo, eſt illa quæ in te, & in me, & in ſingulis hominibus eſt una & communis quæ videtur natura, & ſubſtantia indifferens. Cum ergo aliquis dicit animal rationale, mortale, mentis & ſcientiæ capax, ad imaginem Dei factum, o Homo illa

ἐπί σε μὲν ἔχῃς πᾶν οἱ ἄνθρωποι πάντα. συμπληρωτικὰ γὰρ καὶ συστατικὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰσὶ τὸ ζῶον, τὸ λογικὸν, τὸ θνητὸν, τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ἡ κατ' εἰκόνα θεοῦ πλάσις. ἡ γὰρ τούτων συνδρομὴ τὴν ἀνθρώπινον συνίστησι οὐσίαν καὶ φύσιν, ἤτοι τὴν ἀνθρωπότητα ἥτις ἐστὶ τὸ καθόλου καὶ κοινὸν εἶδος καὶ ἡ μορφή. φύσις μὲν οὖν καὶ οὐσία καὶ μορφὴ καὶ εἶδος τῇ σημασίᾳ ταυτόν ἐστι κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν. εἰ γὰρ καὶ δ' εἰσὶν ὀνόματα, ἀλλὰ τὸ δηλούμενον ὑπ' αὐτῶν ἓν τί ἐστι καὶ εἴρηται. πάλιν ἄτομον, ὑπόστασις, καὶ πρόσωπον τρία μὲν ὀνόματα, πρᾶγμα δὲ ἓν τὸ δηλούμενον ὑπ' αὐτῶν τῶν τριῶν. οἷον ὁ Πέτρος ὁ Παῦλος ἢ ὁ καθένα τῶν ἀνθρώπων σὺν τῇ κοινῇ καὶ καθόλου φύσει τῇ ἀνθρωπότητι καὶ διαφορὰς τινὰς

illa omnia in te comprehendis & poſſides; iſta enim ſunt complentia, & conſtituentia naturam noſtram, nimirum Animal, rationale, mortale, mentis & cognitionis capax, formatio ad imaginem Dei. Iſtorum enim concurſus humanam conſtituit eſſentiam, ſeu naturam, ſive humanitatem, quæ eſt univerſale & communis ſpecies & forma. Natura, ergo, eſſentia, forma, ſpecies, ſunt ſignificatione unum & idem ſecundum traditionem eccleſiaſticam. Nam etiam ſi quatuor ſint nomina, quod tamen ſignificatur, unicum eſt & dicitur. Iterum Atomus ſive individuum, hypoſtaſis, perſona, tria ſunt nomina, res verò ab illis tribus ſignificata, una & eadem eſt. Sicut Petrus, Paulus, & ſinguli homines, cum communi, & univerſali natura ſeu humanitate, habent differentias quaſdam,

ἔχοντες οὐ κατ' οὐσίαν διαφέρειν αὐτοὺς ἀλλήλων πιστεῦσι, ἀλλὰ συμβεβηκόσι τισὶ τοῦ καθέκαστα τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀφορίζουσας καὶ τῇ τῶν συμβεβηκότων συνδρομῇ διαιροῦσας, εἰ καὶ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ἔχουσι ἀπαράλλακτον. τὸ εἶναι λέγω ζῶα καὶ λογικὰ καὶ θνητὰ καὶ τὸ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικά. τὸ οὖν καθόλου καὶ κοινὸν φύσις λέγεται καὶ οὐσία καὶ μορφὴ καὶ εἶδος. τὸ καθέκαστα καὶ μερικὸν, ὅπερ σὺν τῷ καθόλου, καὶ κοινῷ, καὶ ἄθροισμα συμβεβηκότων πλεῖον περιέχει, ἄτομον λέγεται καὶ ὑπόστασις καὶ πρόσωπον. ὅπερ ἐστὶ τὸ καθόλου ἐν ὕλῃ γινόμενον καὶ ταῖς ἐκ ταύτης διαφοραῖς οἷον ἀτομωθὲν καὶ ποιῆσαν πρόσωπον καὶ ὑπόστασιν ἢ τὸ κοινὸν καὶ ἓν καὶ ταυτὸν διαφο * πσιν ὑποστατικ * ἤγουν προσωπικαῖς ἰδιότησι

dam, quibus ſinguli ab aliis diſtinguntur, non ſecundum eſſentiam, ſed accidentibus quibuſdam alii ab aliis ſeparantur, & accidentium concurſu dividuntur, etiamſi communem habeant naturam, & invariabilem, eſſe nimirum, quod in eo conſiſtit quod ſint animalia rationalia, mortalia, mentis & ſcientiæ capacia. Commune ergo & univerſale dicitur, natura, eſſentia, forma ſpecies; ſingulare vero & particulare, quod cum communi & univerſali habet maximum accidentium cumulum, dicitur individuum, hypoſtaſis, perſona. Quod eſt univerſale in materia variis ex illa emergentibus differentiis individuum & perſona & hypoſtaſis evadit, aut univerſale quod unum eſt, ſed variis differentiis hypoſtaticis, & proprietatibus perſonalibus indiviſibile diviſum eſt. Iſtud vero tibi

ἀμερῶς μεριζόμενον. φέρε δὲ καὶ τοῦτο σοὶ σαφηνίσωμεν, ὑπόθου σφραγῖδα τινὰ τοῦ σωτῆρος τὸν τύπον ἔχουσαν ἢ ἄλλον τινὰ χαρακτῆρα, καὶ κηρία δέκα ἢ ὅσα βούλει· διαφερέτωσαν ἀλλήλων τὰ κηρία χρώματι καὶ μεγέθει καὶ οὕτω τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν ἢ ἄλλῳ τινὶ χρωννύμενον χρώματι, καὶ μεγέθει τὸ μὲν μεῖζον τὸ δὲ ἔλαττον. ἐχέτωσαν δὲ σχῆμα ὁ μὲν τρίγωνον ὁ δὲ τετράγωνον ὁ δὲ στρογγυλὸν ἄλλο δὲ ἀλλοῖον, καὶ σφραγιζέτω ἡ σφραγὶς τὰ κηρία. ἰδοὺ ἡ σραγὶς ἐν τοῖς δέκα μία τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὡς ὑπεθέμεθα καὶ ὕλη μία ὁ κηρὸς, ἡ σφραγὶς οὖν καὶ ὁ κηρὸς εἰκονιζέτω σοὶ τὸν λόγον τῆς φύσεως. τὰ δὲ δέκα κηρία ποσότητι καὶ σχήματι καὶ χρώματι διαφέροντα κἂν καὶ κοινωνῶσι τῷ εἴδει, τὴν τῶν ὑποστάσεων καὶ προσώπων καὶ ἀτόμων λεγομένην διαφορὰν ἐμφαι-

clarius demonſtrabimus. Suppone ſigillum aliquod habens figuram ſalvatoris, aut alium aliquem Characterem, & ceras decem vel quot volueris, differant à ſe invicem, colore, magnitudine, & figura, & una ſit alba, altera nigra, vel alio quodam colore infecta, & una major, altera minor, & alia ſit triangularis, altera quadrata, altera rotunda, altera aliam induat figuram, ceris imprimatur ſigillum, ecce ſigillum unicum ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti in decem ceris, & unica materia ſicut ſuppoſuimus nimirum cera. Sigillum ergo & cera tibi repræſentent rationem & modum naturæ, decem vero ceræ magnitudine, figura, colore, differentes, etiam ſi unius & ejuſdem ſint participes imaginis, differentiam hypoſtaſium, perſonarum, individuorum tibi declarent.

νέτωσαν. τὸ γὰρ ἓν μὲν τὸ τοῦ σωτῆρος εἶδος, τὰ δὲ κηρία πολλὰ καὶ διάφορα καὶ ἀριθμῷ καὶ μεγέθει καὶ σχήματι καὶ χρώματι, οὕτω καὶ οἱ ἄνθρωποι διὰ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἐξεστῶτες * τε καὶ ἡλικίᾳ καὶ γένει τῷ τε ἐκ τῶν τεκόντων καὶ τῷ ἐκ τῶν τόπων ἀφ' ὧν ἕκαστος αὐτῶν γέγονε καὶ χρώματι καὶ ἐπιτηδεύματι καὶ τοῖς τοιούτοις πολλοὶ εἰσὶ καὶ διάφοροι, καὶ πολλαὶ ὑποστάσεις καὶ πρόσωπα καὶ ἄτομα. ἡ δὲ φύσις ἡμῶν οἷον μία σφραγὶς ἐστὶ καὶ μία εἰκὼν τοῦ κτίσαντος. εἰσὶν οὖν μιᾶς φύσεως ὑποστάσεις διάφοροι οἷον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μιᾶς οὔσης διάφοροι ὑποστάσεις εἰσὶν ὁ Πέτρος, ὁ Παῦλος, καὶ Ἰωάννης, καὶ ἕκαστος τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. ἐπεὶ οὖν ταῦτα προεθεωρήθησαν, καὶ ὅτι φύσις, καὶ οὐσία, καὶ μορφὴ, καὶ εἶδος τὸ αὐτὸ καὶ ἓν δηλοῦσι πρᾶγμα κἂν τέσσαρα ὦσι τὰ ὀνόματα, καὶ πάλιν ὑπόστασις, καὶ πρόσωπον, καὶ ἄτομον ἓν καὶ τὸ

Eſt enim unica ſalvatoris imago, variæ verò ſunt ceræ & differentes, & numero, & magnitudine & figura, & colore. Sic homines quatuor, anima & corpore conſtant, & ætate, genere, colore & indole quam à parentibus habent & à locis ubi ſinguli generantur, & aliis ſimilibus, multi ſunt, & differentes, & variæ ſunt hypoſtaſes, perſonæ, & individua; Natura vero noſtra eſt ſicut unum ſigillum, & una imago creatoris. Sunt ergo unius naturæ hypoſtaſes variæ, ſicut unius naturæ humanæ, variæ ſunt perſonæ, Petrus nimirum Paulus, Joannes, & ſinguli homines. Quandoquidem iſta ſunt præcognita, & prius expoſita, didiciſti quod natura, & eſſentia, & forma, & ſpecies, unum & idem declarant, & quod hypoſtaſis perſona individuum, unum etiam & idem

αὐτὸ σημαίνουσι μεμάθηκας. ὥρα διὰ τῶν τούτων δογμάτων πρὸς τὸ τῶν δογμάτων ὑψηλότατα τε καὶ ἀκρώρειαν χειραγωγηθῆναί σε. ἐπεὶ δὲ διχῇ διαιροῦμεν τὰ δόγματα καὶ τὰ μὲν τῇ Θεολογίᾳ προσνέμομεν ἤγουν τῇ παναγίᾳ καὶ ζωαρχικῇ τριάδι, τὰ δὲ τῇ σωτηρίῳ οἰκονομίᾳ διδόαμεν, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τῇ σαρκώσει καὶ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κάλλιστον ἂν εἴη πρῶτον περὶ τῶν τῆς Θεολογίας εἰπεῖν. μίαν φύσιν δόξαζε πατρὸς υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, τὴν θεότητα καὶ τρεῖς ταύτας τελείας ὑποστάσεις πατέρα υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον εἰς ἃ καὶ βεβαπτίσμεθα. πορευθέντες γάρ φησι μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτὰ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. μίαν μὲν φύσιν ὅτι πολλὰς * δοξάζειν καὶ κατα-

idem ſignificant. Vides ergo te iſtis exemplis ſive dogmatibus, quaſi manu duci ad dogmatum altiorum culmen & faſtigium. Quandoquidem vero divinimus dogmata in duas partes, & alia quidem tribuimus Theologiæ ſeu ſacroſanctæ & vivificæ Trinitati, alia vero adſcribimus ſalutari œconomiæ, id eſt, incarnationi, & inhumanationi unigeniti filii Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, optimum primo erit de iis quæ ſpectant Theologiam diſſerere; glorifica unam naturam Patris Filii & Spiritus ſancti, & divinitatem, & tres has perfectas hypoſtaſes, Patrem Filium & Spiritum ſanctum in quibus ſumus baptiſati: proficiſcentes, quippe dicit, docete omnes Gentes, illas baptiſantes in nomine Patris Filii & Spiritus Sancti. Unam quidem naturam, nam plures celebrare, & divinitatem

τέμνειν εἰς πολλοὺς θεοὺς τὴν μίαν θεότητα τῶν ἑλλήνων ἐστί. τρεῖς οὖν ὑποστάσεις εἴτουν πρόσωπα ἵνα μὴ σχῆ χώραν τῶν Ἰουδαίων ἡ δόξα. καὶ ἵνα μὴ ἄγονος ἢ καὶ ἄλογος ὁ πατὴρ ἐξ οὗ πᾶσα πατρία, καὶ ὁ λόγος τοῦ ἡμετέρου λόγου εὑρεθῆ ἐνδεέστερος μὴ ἔχων πνεῦμα, καὶ ἵνα τὸ τέλειον ἢ ἐν τρισὶ τελείαις ταῖς ὑποστάσεσι. κατὰ γὰρ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐν ἡμῖν νοῦ καὶ λόγου καὶ πνεύματος πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ πνεῦμα. πνεῦμα δὲ ἅγιον ἀκούων ἐνυπόστατον νόει. ἡμῶν γὰρ φθαρτῶν ὄντων καὶ τὸ πνεῦμα λυόμενον. τοῦ δὲ ἀθανάτου πάντως τὸ πνεῦμα ἀθάνατον. οὐσία γάρ ἐστιν ἐνυπόστατος καὶ τελεία ὑπόστασις. μία οὖν ἐστὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων φύσις, ἡ θεότης, καὶ μία θέλησις, μία ἐνεργεία, μία δύναμις, ἓν βου-

tem in plures Deos dividere, moris eſt Gentilium. Tres vero hypoſtaſes, ſive perſonas, ne ſententia & doctrina redoleat ſolum Judaïcum. Et ne ſine ſobole, & ſine verbo ſit Pater ex quo omnis familia, & ratio rationis noſtræ indigens inveniatur imperfecta non habens Spiritum, & ut ſit perfectio in tribus perfectis hypoſtaſibus. Secundum enim ſimilitudinem mentis, Rationis, & Spiritus quæ ſunt in nobis, ſe habent Pater Filius & Spiritus. Cum vero audis Spiritum ſanctum, debes aliquid per ſe ſubſiſtens cogitare. Nam cum ſimus corruptioni obnoxii, Spiritus noſter diſſolvitur. Immortalis vero entis Spiritus omnino eſt immortalis. Eſt enim eſſentia ſubſiſtens & perfecta hypoſtaſis. Trium ergo hypoſtaſium una eſt natura & divinitas, una voluntas, una operatio, una virtus, unum

λημά τε καὶ κίνημα καὶ ἔξαλμα τῆς λαμπρότητος τῶν τριῶν; θεὸς ὁ πατὴρ θεὸς ὁ υἱὸς θεὸς τὸ πνεῦμα, εἷς τὰ τρία θεὸς, τέλειος ὁ πατὴρ τέλειος ὁ υἱὸς τέλειος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῆς αὐτῆς τιμῆς τῆς αὐτῆς ἐξουσίας, δημιουργ * τῶν ὄντων ἁπάντων καὶ συνεκτικὰ καὶ προνοητικά. μίαν οὖν τὴν φύσιν τῶν τριῶν γινώσκοντες οὐδενὶ τῶν ἄλλων διαφέρειν αὐτὰς ἀλλήλων λέγομεν ἢ ταῖς ἰδιότησι ταύταις, τῷ γεννᾷν λέγω καὶ τῷ γεννᾶσθαι καὶ τῷ ἐκπορεύεσθαι; καὶ ὅτι τὸ μὲν πατὴρ τὸ δὲ υἱὸς τὸ δὲ πνεῦμα, καὶ ὅτι ὁ μὲν πατὴρ γεννήτωρ καὶ προβολεὺς, γεννήτωρ μὲν τοῦ υἱοῦ, προβολεὺς δὲ τοῦ πνεύματος. ὁ δὲ υἱὸς γέννημα, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκπόρευτον· καὶ ὁ μὲν πατὴρ αἴτιος ὁ δὲ

conſilium, unus motus, & una ſplendoris eruptio. Pater eſt Deus, Filius eſt Deus, Spiritus Sanctus eſt Deus. Tria ſunt unus Deus, perfectus eſt Pater, perfectus eſt Filius, perfectus eſt Spiritus ſanctus, ejuſdem honoris, ejuſdem potentiæ, quæ tria, condiderunt omnia quæ ſunt, illa conſervant, & providentia ſua regunt & adminiſtrant. Unicam ergo agnoſcentes Trium Naturam, nullâ aliâ differentia inter ſe diſcrepare dicimus, niſi proprietatibus iſtis, generare, generari, & procedere, & quod primum ſit Patris, alterum Filii, ultimum Spiritus ſancti, & quod Pater eſt genitor & emittens ſeu proceſſor. Genitor quidem Filii, proceſſor vero Spiritus, Filius vero eſt genitus, & Spiritus procedens, & Pater eſt cauſa, & Filius, & Spiritus ſunt cauſata, & Pater, eſt Pater & proceſſor, Filius eſt tan-

ὁ δὲ υἱὸς ἐστὶ τὸ πνεῦμα αἰτιατά. καὶ ὁ μὲν πατὴρ ἐστὶ πατὴρ καὶ προβολεύς, καὶ ὁ υἱὸς μόνος υἱός, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορευόμενον μόνον. οὐ γὰρ ἐξίστανται τῶν ἰδιοτήτων, οὔτε ὁ πατὴρ τοῦ εἶναι πατήρ, οὔτε ὁ υἱὸς τοῦ εἶναι υἱός, οὔτε τὸ πνεῦμα τοῦ εἶναι πνεῦμα. ἀλλ' ἡ μὲν οὐσία κοινή, μία τῶν τριῶν ἡ θεότης καὶ ὅσα πατὴρ κατὰ τὴν οὐσίαν· ὁ δὲ τρόπος τῆς ἑκάστου ὑπάρξεως διάφορος, καὶ ἡ σχέσις ἄλλη, ἡ πατρὸς πρὸς υἱόν, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ πρὸς πατέρα, καὶ ἡ τοῦ προβολέως πρὸς τὸν προβολέα ἐστὶ ἡ τοῦ προβολέως πρὸς τοῦτον, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος πρὸς αὐτόν. οὐ φύσεως δὲ διαφοραὶ εἰσαγοῦσαι αἱ ἰδιότητες ἀλλὰ τῷ διαφόρῳ τῆς σχέσεως τὰς ὑποστάσεις διαιροῦσιν, ἐν ἀλλήλαις χωροῦσας ἤγουν περιχωρούσας οὐχ' ὥς τε συγχέεσθαι ἢ συναλείφεσθαι ἀλλ' ὥς τι ἔχεσθαι ἀλλήλων κατὰ τὸ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ

eſt tantum Filius, & Spiritus tantum proceſſus ſeu procedens. Neque enim exuunt proprietates, nec Pater eſſe Patris, nec Filius eſſe Filii, nec Spiritus eſſe Spiritus. Sed eſſentia eſt communis tribus, una nimirum divinitas & quæcunque Pater habet ſecundum eſſentiam. Sed modus exiſtentiæ uniuscujuſque eſt diverſus, & alia eſt relatio Patris ad Filium, alia Filii ad Patrem, alia proceſſoris ad proceſſum, alia proceſſi ad proceſſorem. Alia Filii ad Spiritum, alia Spiritus ad Filium. Non ſunt vero Naturæ differentiæ, inductæ iſtæ proprietates, ſed vario relationis modo hypoſtaſes & perſonas dividunt, ſeſe invicem continentes, & circumprehendentes, nō ita ut confundantur vel commiſceantur, ſed & ſe & invicem comprehendunt, ſecundum iſtud quod dictum eſt, ego ſum in Patre

 & Pater

Digitized by Google

καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. εἷς οὖν θεὸς πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ πνεῦμα, καὶ οὐχ' ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις διὰ τοῦτο καὶ φύσεις τρεῖς. οὐ γὰρ ἀνάγκη, οὐδ' ὅτι μία φύσις διὰ τοῦτο καὶ ὑπόστασις μία. οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἀναγκαῖον, ἀλλὰ μία θεότης ἁπλῆ ἐν τρισὶ τελείαις ταῖς ὑποστάσεσι ἡνωμέναις ἀλλήλαις ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως διαιρουμέναις, ὃ καὶ παράδοξον. ὥσπερ τρία φῶτα ἀλλήλοις ἑνούμενα καὶ συγχεόμενα· ταῦτα μὲν ἱκανὸν εἰδέναι σε περὶ τὴν θεολογίαν.

Περὶ δὲ τὴν σωτήριον οἰκονομίαν γίνωσκε ταῦτα ὅτι αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ προαιώνιος καὶ συναΐδιος μονογενὴς υἱὸς καὶ ἐνυπόστατος λόγος ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ πατρὸς διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν ὅλην ἀνελάβετο φύσιν. ἐκ γὰρ

& Pater eſt in me. Unicus eſt ergo Deus Pater Filius & Spiritus, & quia tres ſunt perſonæ, ideo non eſt colligendum tres eſſe naturas, neque enim hoc neceſſario ſequitur; & quia unica eſt natura non ideo inferendum unicam eſſe hypoſtaſim, hoc enim non eſt neceſſarium; ſed unica ſimplex divinitas eſt in tribus hypoſtaſibus perfectis, inter ſe unitis inconfuſe, & indiviſibiliter diviſis, quod eſt paradoxum, eſt vero inſtar trium luminum, ſibi invicem unitorum, & commixtorum. Hæc de Theologia neceſſe eſt te ſcire.

Quod vero ſalutarem œconomiam ſpectat hæc cognoſcas, nimirum quod omni tempore prior, & coæternus unigenitus Filius, verbum ſubſiſtens, immutabilis imago patris, propter ſalutem noſtram, integram aſſumſit naturam noſtram. Ex puriſſimis

τῶν παναχράντων αἱμάτων τῆς ἀειπαρθένου ὑπερφυῶς ναὸν ἑαυτῷ ὑπεστήσατο, σάρκα ἔνψυχον καὶ νοερὰν προσλαβόμενος, οὐ καθ' ἑαυτὴν πρότερον ὑποστᾶσαν, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ λόγου ὑποστάσει ἅμα καὶ ὑπάρξασαν καὶ θεωθεῖσαν ὑπερφυῶς. ὡς εἶναι μίαν μὲν ὑπόστασιν τὸν Χριστὸν σύνθετον ἐκ δύο φύσεων, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσιν ἀτρέπτως ἀσυγχύτως ἀδιαιρέτως ἡνωμέναις τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει, ἐπὶ τῶν ἰδίων μενούσαις ἰδιωμάτων ὡς ἑκατέρας φυλαττούσης σῶαν τὴν ἰδιότητα, καὶ δύο φύσεις ὑπάρχοντα θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτόν. θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἀμεταβλήτως δύο θελήσεις ἔχοντα δύο ἐνεργείας πάντα τῆς θεότητος ἔχοντα φυλαττομένης καὶ τῆς ἰδιότητος· υἱὸς γὰρ ὢν υἱός ἐστι πάλιν, ἐκ πατρὸς μὲν ἀμήτωρ, ἐκ τῆς παρθένου δὲ ἀπάτωρ, πάντα τὰ

mis enim ſanguinibus ſemper virginis, ſupernaturaliter templum ſibi ipſi ſubſtituit, carnem nimirum animatam & intelligentem aſſumens, non quæ primo per ſe ipſam ſubſtiterat, ſed in hypoſtaſi verbi ſimul exiſtentem, & ſupernaturaliter deificatam; ut unus ſit perſona Chriſtus compoſitus ex duabus naturis, & in duabus naturis hypoſtaticâ unione indiviſibiliter, inconfuſe, inconvertibiliter unitis, ut unaquæque ſervet incolumem ſuam proprietatem, & duæ naturæ ſint Deus, & ipſe homo. Deus perfectus, & homo perfectus, habens immutabiliter duas voluntates, duas operationes, omnia divinitatis habens, ſervatâ ipſâ proprietate. Nam cum ſit filius, eſt filius ſecundâ vice, ex patre ſine matre, ex virgine verò ſine patre; habens omnia quæ ſunt humanitatis, eccepto peccato.

ἀνθρωπότητος ἔχοντα χωρὶς ἁμαρτίας, οὐ φαντασίᾳ ἀλλ' ἀληθείᾳ, τὸν αὐτὸν παθητὸν καὶ ἀπαθῆ, τὸ μὲν κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπότητος φύσιν, τὸ δὲ κατὰ τὴν τῆς θεότητος, καὶ τὸ μὲν ὡς θεὸν τὸ δὲ ὡς θεὸν σεσαρκωμένον, οὐχ ὡς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ λόγου πάσχοντος εἰς ἰδίαν φύσιν, ἀλλ' ὡς τῆς παθούσης σαρκὸς, οὐκ ἄλλου τινὸς χρηματιζούσης ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ λόγου διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ ὁμοούσιον ἡ μ * μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἔγερσιν εἰς οὐρανοὺς ἀνερχόμενον καὶ πάλιν ἐλευσόμενον θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν, ἀποδώσοντα ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν τῶν ἔργων αὐτοῦ. εἴ τις οὖν ἐρωτᾷ πῶς πιστεύεις ἐπὶ τῆς θεολογίας? λέγε μίαν φύσιν δοξάζειν ἐν τρισὶ τελείαις ταῖς ὑποστάσεσι πατρὶ ἀνάρχῳ καὶ ἀγεννήτῳ, καὶ υἱῷ γεννητῷ καὶ οὐκ ἀνάρχῳ διὰ τὸ ἀρχὴν ἔχειν τὸν πατέρα,

Non imaginatione ſed realiter, patiens & impaſſibilis, iſtud ſecundum naturam humanam, hoc verò ſecundum divinam, hoc ſecundum Deum, iſtud ſecundum Deum incarnatum, non quaſi verbum pateretur in propria natura, ſed quia caro paſſa eſt, non ab alio denominata, ſed ab ipſo verbo Dei propter unionem hypoſtaticam, quod eſt conſubſtantiale patri, & conſubſtantiale matri, & quod poſt paſſionem, & reſurrectionem, in cœlos rediit, & iterum revertetur Deus & homo redditurus unicuique ſecundum operum ſuorum dignitatem. Si ergo aliquis te interroget, quænam ſit fides tua circa Theologiam, reſponde, celebrare & glorificare unam naturam, in tribus perfectis perſonis, patre inprincipiato & ingenito, Filio genito, & non inprincipiato, quia patrem habet

εἰ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ χρόνου λάβῃς ἀρχὴν, καὶ ἀνάρχῳ, ὡς ἀχρόνως πρὸ αἰώνων γεννηθέντι ἐκ τοῦ πατρός. πῶς γὰρ ἐν χρόνῳ ὁ ποιητὴς καὶ χρόνων καὶ αἰώνων δι᾽ οὗ γάρ φησι καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. καὶ πνεύματι ἁγίῳ ἐκπορευτῷ, τοῦ ἀγ . . . . . . καὶ γεννητοῦ, καὶ ἐκπορευτοῦ οὐ φύσεις τεμνόντων, ἀλλὰ τὰς ὑποστάσεις διαιρούντων καὶ ὑποστατικῶν ἰδιοτήτων. Μία οὖν φύσις καὶ θεότης, καὶ τρεῖς ὑποστάσεις εἴτουν πρόσωπα ὁ πατὴρ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπὶ δὲ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως πίστευε καὶ ὁμολόγει ὅτι δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ θεότης καὶ ἀνθρωπότης ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἡνωμέναι κατὰ μίαν ὑπόστασιν, περιχωρούσης ὅλης τῆς θεότητος ἐν ὅλῃ τῇ ἀνθρωποτήτι ὥσπερ ἀκτῖνες

habet tanquam principium (ſi vero accipias principium pro tempore, eâ ratione etiam inprincipiato, tanquam ſine tempore & ab æternò, genito à patre, nam quomodo conditor temporis & ſæculorum, per quem, ut dicitur, ſæcula condidit, eſſet in tempore) & in ſpiritu ſancto procedente; ingenito, genito, procedente non ſcindentibus & ſeparantibus naturas, ſed proprietatibus perſonalibus, dividentibus hypoſtaſes. Una eſt ergo natura, & divinitas & tres hypoſtaſes, ſeu perſonæ, Pater, Filius & Spiritus ſanctus. Circa verò ſalutarem œconomiam & incarnationem crede & confitere, quod duæ ſint in Chriſto naturæ, divina & humana, inconfuſe & indiviſibiliter unitæ in unam perſonam, totâ divinitate comprehenſâ in tota humanitate, ſicut radii ſolis in toto aëre, vel

τοῦ ἡλίου ἐν ὅλῳ τῷ ἀέρι, ἢ
ὥσπερ πῦρ ἐν ὅλῳ τῷ σιδήρῳ,
ἢ ὥσπερ ψυχὴ ἐν ὅλῳ τῷ σώ-
ματι, μίας οὔσης συνθέτου τῆς
ὑποστάσεως ἐκ θεότητος καὶ ἀν-
θρωπότητος, ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπίνου
ἐνυποστάτου τῇ μιᾷ τῆς ἁγίας
τριάδος ὑποστάσει τοῦ θεοῦ λόγου
ἐκ τῶν ἁγνῶν αἱμάτων τῆς ἁγίας
θεοτόκου. εἷς οὖν ἐστὶ Χριστὸς ὁ
αὐτὸς υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ υἱὸς τῆς
παρθένου, αὐτὸς θεὸς τέλειος
καὶ ἄνθρωπος τέλειος, καὶ
τοῦτο κἀκεῖνο μία ὑπόστασις.
εἴτουν ἓν πρόσωπον ἐκ δύο φύ-
σεων θεότης καὶ ἀνθρωπότης καὶ
ἐν δυσὶ φύσεσι θεότητος καὶ
ἀνθρωπότητος, καὶ δύο φύσεις
θεὸς καὶ ἄνθρωπος, τῶν δύο φύ-
σεων ὑπερφυῶς ἡνωμένων ἐν
μιᾷ τῇ τοῦ λόγου ὑποστάσει. πρὸ
γὰρ τῆς ἑνώσεως ἁπλοῦς ὢν ὁ λό-
γος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτη-
ρίαν ἦλθε εἰς σύνθεσιν, καὶ ὁ
ἁπλοῦς Ἰησοῦς συνετέθη καθὼς
ὁ μέγας ἔφη Διονύσιος διὰ τὸ

re, vel ſicut ignis in toto ferro candenti, vel ſicut anima in toto corpore, unicâ exiſtente perſonâ compoſita ex divinitate & humanitate, humanâ quæ eruta eſt ex puris ſanguinibus ſanctæ Deiparæ, ſubſiſtente in una hypoſtaſium ſanctæ Trinitatis, nempe in hypoſtaſi verbi Dei. Unus eſt ergo Chriſtus ipſe filius Dei, & filius virginis, ipſe Deus perfectus, & perfectus homo, & hoc & illud unica ſunt hypoſtaſis, ſeu una perſona, ex duabus naturis & in duabus naturis, divinitate & humanitate, & duæ ſunt naturæ Deus & homo, duabus naturis ſupernaturaliter unitis, in una verbi Dei hypoſtaſi. Nam ante unionem cum ſimplex exiſteret verbum Dei, propter ſalutem noſtram, venit in compoſitionem; & ſimplex Jeſus compoſitus evaſit, ut loquitur magnus Dionyſius, propter manifeſtum

τῆς σαρκὸς δηλαδὴ πρόληψιν εἴτουν ἐνανθρώπησιν.

Ἐπὶ τῆς κτιστῆς φύσεως καὶ ἀκτίστου ποῖον θεωρεῖ * πραγματικῶς καὶ ποῖον ἐν ἐπινοίᾳ. ἐπὶ μὲν τῆς κτιστῆς φύσεως ἤτοι τῆς ἀνθρ * τὴν φύσιν νοοῦμεν ἐπινοίᾳ, τὰς δὲ ὑποστάσεις πραγματικῶς, οἷον, τὸν Πέτρον, τὸν Ἰωάννην, καὶ τοὺς λοιποὺς θεωροῦμεν πραγματικῶς καὶ χωρίζομεν καὶ διιστῶμεν αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, οὗ γὰρ ἐστὶν ὁ Πέτρος οὐκ ἐστὶν ὁ Ἰωάννης, ὁμοίως καὶ οὗ ἂν ἐστὶν ὁ Μιχάηλ, ὁ Γαβριὴλ οὐκ ἐστίν. τὴν δὲ φύσιν αὐτῶν οὐ θεωροῦμεν πραγματικῶς ἀλλ' ἐπινοίᾳ μόνον νοοῦμεν τὴν ἀνθρωπότητα ἢ τὴν ἱππότητα ἢ τὴν ἀγγελότητα. ἐπὶ δὲ τῆς θείας καὶ ἀκτίστου φύσεως τὸ ἀνάπαλιν. ἀπὸ γὰρ τῶν δημιουργημάτων, ἐννοοῦμεν καὶ γινώσκομεν τὴν φύσιν τοῦ δημιουργοῦ. τὰς δὲ ὑποστάσεις οὐ δυνάμεθα πραγματικῶς

feſtã videlicet incarnationẽ, & humanitatis aſſumtionẽ.

Circa naturam creatam & increatam, aliquid conſiderandum eſt realiter, aliquid cogitatione & mente, Circa naturam creatam, veluti humanam, mente cogitamus & concipimus naturam, realiter vero conſideramus perſonas, ut Petrum, Joannem, & alios homines, illoſque ſeparamus à ſe invicem & dividimus, nam ubi eſt Petrus non eſt Johannes, ſimiliter ubi eſt Michaël non eſt Gabriel. Illorum verò naturam non conſideramus realiter, ſed cogitatione tantũ & mente concipimus naturam humanam, naturam equinam, aut naturam Angelicam. In divinitate vero, & natura increata, res habet ſe viceverſa, & modo contrario. Nam ab operibus concipimus, & cognoſcimus naturam operatoris, perſonas verò non poſſumus realiter cognoſcere,

γνωρίσαι ἀλλ' ἐπινοίᾳ ταύτας χωρίζομεν διὰ τὸ φε-ράλληλον.

Ὑπόστασίς ἐστιν οὐσία μετὰ συμβεβηκότων. ὑπόστασις πρόσωπον, ἄτομον, ἀριθμῷ διαφέρον ταὐτόν ἐστι. οὐσία καὶ φύσις καὶ μορφὴ ταὐτόν. τί διαφέρει τὰ πρός τι, τῶν ὡς πρός τι. διαφέρει ὅτι τὰ μὲν πρός τι σωστικά εἰσι. οὐ γὰρ εἴρηται πατὴρ ἄνευ υἱοῦ οὐδὲ υἱὸς ἄνευ πατρός. τὰ δὲ ὡς πρός τι ἀναιρετικά. ἀναιρουμένης γὰρ τῆς ἡμέρας ἔρχεται νύξ, καὶ ἀναιρουμένης τῆς ζωῆς ἔρχεται ὁ θάνατος.

ſed mente & cogitatione illas ſeparamus, quia ſunt aliæ à ſe invicem.

Hypoſtaſis eſt ſubſtantia cum accidentibus. Hypoſtaſis, perſona, indivi duum, numerice differens, idem ſonant. Natura, eſſentia, forma idem ſunt. Quid differunt ea quæ relationem habent ad aliquid, & quæ quaſi habent relationem ad aliud. Differunt, nam quæ ſunt ad aliud, ſervantur & ſimul ſubſiſtunt, neque enim dicitur pater ſine filio, & filius ſine patre. Quæ vero quaſi ad aliud referuntur ſunt deſtruentia; ſublato enim die venit nox, & ſublatâ vitâ venit mors.

TOΥ

ΤΟΥ͂ ἘΝ

ἉΓΙΌΙΣ ΠΑΤΡῸΣ

ἩΜΩ͂Ν

ΒΑΣΙΛΕΙ͂ΟΥ ΤΟΥ͂ ΜΕΓΑ͂ΛΟΥ

ἔκθεσις πίστεως ἐν συντόμῳ.

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII MAGNI

expoſitio fidei in compendio.

Ἐρώτημα. Πόσας φύσεις ὁμολογεῖς ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμουσίου καὶ ἀκτίστου τριάδος;

Ἀπόκρισις. Μίαν φύσιν ὁμολογῶ.

Ἐρ. πόσας οὐσίας; ἀπ. μίαν οὐσίαν.

Ἐρ. πόσας μορφάς; ἀπ. μίαν μορφήν.

Ἐρ. πόσα θελήματα; ἀπ. ἓν θέλημα.

Ἐρ. πόσας ὑποστάσεις ἤγουν πρόσωπα; ἀπ. τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογῶ πατρὸς καὶ

Interrogatio. Quot naturas confiteris in ſancta , conſubſtantiali , & increata Trinitate?

Reſponſio. Unam naturam confiteor.

Inter. Quot Eſſentias? R. unam eſſentiam.

Inter. Quot Formas? R. unam Formam.-

Inter. Quot voluntates? R. unam voluntatem.

I. Quot Hypoſtaſes ſeu perſonas? R. Tres perſonas confiteor , patrem

υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος.

Ἐρ. τίς τῆς ἁγίας τριάδος ἐνανθρώπησεν; ἀπ. ὁ υἱὸς καὶ λόγος.

Ἐρ. πόσας φύσεις ὁμολογεῖς ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος; ἀπ. δύο φύσεις ὁμολογῶ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος.

Ἐρ. πόσας οὐσίας; ἀπ. δύο οὐσίας ὁμολογῶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τῇ μητρὶ καὶ ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Ἐρ. πόσα θελήματα; ἀπ. δύο θελήματα ὁμολογῶ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος.

Ἐρ. πόσας ἐνεργείας; ἀπ. δύο ἐνεργείας ὁμολογῶ.

Ἐρ. πόσας ὑποστάσεις; ἀπ. μίαν ὑπόστασιν ὁμολογῶ τοῦ θεοῦ λόγου.

Filium & Spiritum ſanctum.

I. Quænam perſona ſanctæ Trinitatis eſt incarnata? R. Filius ſive verbum.

I. Quot naturas confiteris in Filio Dei qui pro nobis eſt incarnatus? R. duas naturas confiteor divinam, & humanam.

I. Quot eſſentias? R. duas eſſentias confiteor, eſt quippe conſubſtantialis & cöeſſentialis patri ratione divinitatis, eſt verò cöeſſentialis & conſubſtantialis matri, & nobis omnibus, ratione humanitatis.

I. Quot ſunt in illo voluntates? R. duas voluntates agnoſco unam divinitatis, alterum humanitatis.

I. Quot operationes? R. duas operationes confiteor.

I. Quot Hypoſtaſes? R. unam Hypoſtaſim confiteor verbi Dei.

I. Quot

Ἐρ. πόσας γεννήσεις; ἀπ. δύο γεννήσεις ὁμολογῶ, τὴν προαιώνιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἀχρόνως καὶ ἀσωμάτως, ἐξέλαμψε γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς ὡς ἐξ ἡλίου τὸ φῶς, καὶ τὴν ἐπ᾽ ἐσχάτων ἐκ τῆς ἁγίου παρθένου Μαρίας τῆς θεοτόκου θεὸς μέγας ἄναρχος, ἀόρατος, ἀκατάληπτος, ἀπερίγραπτος, ἀπεριόριστος, γινώσκων καρδίας πάντων ἀνθρώπων. ὑφ᾽ ἓν ᾗ καὶ οὐκ ἂν ἀμερῶς ταύτην τὴν ἔκθεσιν ὁ γινώσκων, ἀληθῶς οὗτος Ἰσραηλίτης ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἐστίν.

I. Quot generationes? R. duas generationes confiteor, unam æternam, ſine tempore & corpore, emanavit enim ut ſplendor à Patre, ſicut Lumen à ſole; aliam verò quæ contigit ultimis temporibus cum ex ſancta virgine Maria Deipara, natus eſt Deus magnus, imprincipiatus, inviſibilis, incomprehenſibilis, incircumſcriptus, interminabilis, ſcrutator cordium omnium hominum. Qui integre & non per partes hanc expoſitionem cognoſcit & profitetur, ille revera eſt Iſraëlita in quo nullus eſt dolus.

ΕΥΘΥΜΙΟΥ
ΜΟΝΑΧΟΥ ΖΥΓΑΒΗΝΟΥ
ΤΗΣ ΕΙΣ
ΨΑΛΜΟΙΣ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ
ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

EUTHYMII
MONACHI ZYGABENI
IN
PSALMOS ENARRATIONIS
PRÆFATIO.

Πατὴρ τοῦ παρόντος βιβλίου, τὸ μὲν ὅλον εἰπεῖν, ὁ θεοῦ παῖς, ὑπερασπίσω, φησὶ, τῆς πόλεως ταύτης, δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδα μου. ὁ θεοῦ πατὴρ, βίβλος γὰρ γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, τὰ δ' ἄλλα, συντόμως περιλαβεῖν, ὁ μετὰ Ἀβραὰμ μόνος τῶν ἐθνῶν πατὴρ, ὁ καθ' ἡμᾶς Ὀρφεὺς, ὁ πρῶτος τῶν ἀρετῶν καλλιγράφος, ὁ πρῶ-

Hujus QUIDEM LIBRI autor (ut planè quod ſummum eſt dicam) & Dei filius fuit (protegam enim, inquit dominus, civitatem hanc propter me, & propter David filium meum) & pater Dei. Liber enim, inquit, generationis JESU CHRISTI filii David. Cætera verò (ut paucis complectar) qui poſt Abraham ſolus fuit gentium pater, qui noſter Orpheus, qui primus elegans conſcriptor virtutum, & pri-

τος τῶν τριῶν ὑποστάσεων, τῆς μιᾶς θεότητος ὁ κήρυξ· ὁ ποιμὴν, ἅμα καὶ ἀριστεὺς. καὶ προφήτης καὶ βασιλεὺς, ὁ τοῦ πρώτου βασιλέως καρδία καὶ γλῶσσα καὶ κάλαμος, ὁ παρὰ θεοῦ μαρτυρηθεὶς, ὁ πάσας κτησάμενος τὰς ἀρετὰς, ὅσαι τὸν ἄνθρωπον θεὸν ποιοῦσι, καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἀφορίζονται. οὗτος Ἰεσσαὶ μὲν ἦν υἱὸς, καὶ τῶν ἀδελφῶν νεώτερος. ἀπερίπλος μὲν τὴν ὄψιν, ὡραιότατος δὲ τὴν ψυχὴν, καὶ πάντων προφητῶν, καὶ στρατηγῶν, καὶ νομοθετῶν, καὶ βασιλέων διαφορώτατος, καὶ ποικιλώτατος τὰ χαρίσματα, πρᾳότατος μὲν τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν φύσιν ἐπιεικέστατος, ἀνδρειότατος εἰς τὴν γνώμην, καὶ τὸ σῶμα ῥωμαλεώτατος, ἀρχικώτατος ὁμοῦ καὶ κοινότατος, μεγαλοφρονέστατός τε καὶ μετριοφρονέστατος, ἁπλούστατος, καὶ

& primus trium perſonarum, uniuſque divinitatis præco: qui paſtor unà, & invictiſſimus miles, propheta & rex: qui & primi regis cor, lingua fuit & calamus: cui à Deo teſtimonium eſt præſtitum: quique omnes eas ſibi paravit virtutes, quæcumque hominem faciunt deum & homini aſcribi poſſunt. Hic Ieſſe quidem filius, & fratrum junior, exilis aſpectu corporis, animo formoſiſſimus: omnium prophetarum, imperatorum, legiſlatorum, regum fuit excellentiſſimus: & innumeris, præ cæteris omnibus, charisſmatum donis refertus: mitiſſimus quidem ſpiritu, & natura etiam modeſtiſſimus: virili præditus mente, & corpore etiam robuſtiſſimus: principem unà atque æqualem omnibus ſe prebebat: magnanimus ſimul & comis: ſimpliciſſimus pariter ac prudentiſſimus: moribus

πολυτροπώτατος, ἡδὺς τὸ ἦθος, ὀξὺς τὸν λόγον, πολὺς τὸν νοῦν, ἔνθους τὴν θεωρίαν τῶν ὄντων, ἢ τοῦ ὄντος, αὐτοδίδακτος καὶ θεοδίδακτος, ὅλος καὶ ὅλου, καὶ ὅλον ἅμα τοῦ πνεύματος. ἅπαντα παραδραμὼν, ἢ συνελὼν, δύο μόνα σεμνολογεῖται περὶ αὐτοῦ, σοφίαν καὶ ἀνδρείαν, περὶ μὲν τῆς σοφίας διὰ

* Φησι οὕτω που τῶν ἑαυτοῦ λόγων, βαθύτερον καὶ ἀσαφέστερον διαλαμβάνων, αἱ χεῖρές μου ἐποίησαν ὄργανον, καὶ οἱ δάκτυλοί μου ἥρμοσαν ψαλτήριον, σοφία γὰρ οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἁρμονία λόγων, καὶ πραγμάτων, ἄλλως τε κἀν ταῖς λογικαῖς ἐπιστήμαις, ἁρμονικὴ τὸ κάλλιστόν τε καὶ κορυφαιότατον τῆς φιλοσοφίας, αὐτή τε ἑαυτὴν καὶ πάνθ' ὁμοῦ τὰ

moribus dulcis, acer ſermone: intellectu multus, & divino numine planè adflatus: dum in eorum quæ ſunt, ſeu potius in ejus qui verè eſt, contemplatione verſatur, à ſeipſo edoctus, & doctus à Deo: qui totus etiam, ac toto ſemper erat cum ſpiritu. His tamen omnibus prætermiſſis, ſeu potius breviter in unum collectis: duas tantum nunc illius virtutes perſequar, ſapientiam ſcilicet & fortitudinem, & de ſapientia quidem prius diſſeremus. Ait quodam in loco profundius, magis quàm obſcurius: Manus meæ fecerunt organum, & digiti mei concinnaverunt pſalterium. Sapientia enim nihil aliud eſt, quàm harmonia quædam, & concinnitas dictorum, ac factorum. Præterea inter rationales ſcientias Muſice optima eſt & ſumma ſapientiæ pars. quæ ſeipſam unà, &

Digitized by Google

τῆς φιλοσοφίας μέρη καὶ κάλλη, καὶ ἑαυτῇ, καὶ ἀλλήλοις, δι' ἑαυτῆς ἁρμόζουσα, συμφωνία τὶς οὖσα πᾶσιν, ἡ ἀναλογία. ὁ γοῦν ταύτην ἔχειν ὁμολογήσας, πᾶσαν ἐν βραχεῖ τὴν θεωρίαν ἑαυτῷ τῶν ὄντων προσμαρτύρησε.

unà, & omnes philoſophiæ partes, atque ornamenta & ſibiipſi, & aliis mutuò per ſe adcommodat, & coaptat: ſymphoniáque & concentus quidam cæteris omnibus eſt, & proportio. Qui igitur hanc muſicen confeſſus fuerit fuiſſe in David, univerſas ei etiam, rerum omnium ſcientias brevi adſcribet. Obſervandum verò eſt, qua ratione beatus David, organo quidem manus, & faciendi virtutem ſimpliciter adſcripſit: pſalterio verò digitos, concinnitatemque atque harmoniam. Quia ſcilicet organum ſimplicius inſtrumentum eſt, ac magis vulgare: Pſalterium verò, & ad ſublimiorem ſcientiam pertinet, & arte indiget diligentiori. Juxta anagogen, Manus accipiuntur, pro virtute factiva, quæ vitam ac converſationem noſtram, quaſi organum, ſibiipſi conſonam, ac bene

καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει τῶν ψαλμῶν, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου, ἐδήλωσάς μου; βάθη τῆς μεγαληγορίας, οὐ μόνων γὰρ τῶν φαινομένων τὴν γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐμυήθη τὴν σύνεσιν, ὅτι τε μονὰς καὶ τριὰς ὁ θεὸς, καὶ περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως; καὶ πάλιν, ὑπὲρ πάντας ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου, περὶ τῆς πρακτικῆς φάσκων, καθ' ἣν αὖθις ἐπρώτευεν, ἀλλὰ ταῦτα καὶ μὲν περὶ τῆς σοφίας. περὶ δὲ τῆς ἀνδρείας, αὐτὸς πάλιν ἐκδιηγεῖται, φησὶ γὰρ, ἐξῆλθον εἰς συνάντησιν τῷ ἀλλοφύλῳ, καὶ ἐπικατηράσατό με ἐν τοῖς

diſpoſitam reddat. digiti verò, conſiderationes ac contemplationes ſublimiores intelligendæ ſunt: quæ intellectuale rationis judicium, quaſi pſalterium quoddam concinnant: ita ut ſupernè inſpiretur pulſeturque, & ab alio majori moveatur. Item alibi in pſalmis ait: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. O admirandum Dei opus. neque enim ſolam viſibilium cognitionem, ſed etiam arcanorum Dei ſcientiam edoctus eſt: quòd ſcilicet unitas ſit, & trinitas, & quæcunque alia ad Dei incarnationem pertinent. Et rurſus alio in loco dixit: ſuper omnes docuiſti me mandatum tuum: de eo loquens mandato quod ad actiones pertinet, in quo virtutis genere pariter primatum obtinuit. De fortitudine verò idem ipſe narrat dicens: exivi obviam Philiſtæo, & maledixit

εἰδώλοις αὐτοῦ, ἐγὼ δὲ σπασάμενος τὴν παρ' αὐτοῦ μάχαιραν, ἀπεκεφάλισα αὐτὸν, καὶ ἦρα ὄνειδος ἐξ υἱῶν Ἰσραήλ. ὅρα μὴ τὴν ἀνδρείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρῶτον τὴν ἐπιείκειαν, πολλὰ γὰρ καὶ μεγάλα λέγειν ἔχων αὐτίκα, τῶν μὲν πολεμίων τὰ πλήθη, τὰ θράση, τὰ ὅπλα, τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ μελέτας, αὐτοῦ τοῦ γίγαντος ἢ ἐλέφαντος ἐκείνου τὴν ἀλαζονείαν, τὴν ἐμπειρίαν, τὴν ἰσχὺν, τὸ μέγεθος, τῶν Ἰουδαίων τὴν δειλίαν, τὴν ἀγωνίαν, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τὴν ἀπορίαν. Καὶ πῶς ἐπεφρίκεσαν πάντες, καὶ στρατηγοὶ, στρατιῶται, καὶ νέοι καὶ παλαιοὶ, τὸν ἀλλόφυλον. Καὶ πῶς νεώτατος ὢν αὐτὸς καὶ βραχὺς, καὶ ἄοπλος, καὶ πολέμων ἄπειρος, κατεθάῤῥησε τοῦ βαρβάρου, καὶ οἷα νεκρῷ τῷ τοσούτῳ, πύργῳ, καὶ τοιούτῳ θηρὶ χρησάμενος κατηγωνί-

dixit mihi in idolis ſuis, ego autem exerto ejus gladio, decollavi eum, & abſtuli opprobrium à filiis Iſraël. Tu modo conſidera hic, non fortitudinem tantum, ſed & multo magis animi moderationem. Quippe cùm multa & magna tunc recenſere poſſet, inimicorum ſcilicet copias, audaciam, arma, bellicas artes, & ſtudia: ipſius etiam gigantis, aut potius elephantis illius arrogantiam, peritiam, vires, magnitudinem: Judæorum præterea timorem, ſollicitudinem, ipſiuſque Saul regis anxietatem: & quomodo ob unicum etiam Philiſtæum omnes erant perterriti: dux, milites, juvenes, ſenes: quomodo ipſe David adoleſcens erat & puſillus, inermis, belli ignarus: & tamen auſus ſit adverſus Barbarum illum decertare: unde interfecta tanta illa ac tali fera, facilem regi victoriam præſtitit: quip-

σπερ ῥάον, καὶ τῇ ἐκείνου μαχαίρᾳ, τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν τοῦ σώματος, ἔλυσε τὸν φόβον, ἔστησε τὸν φόνον, ἔσωσε τὸ στρατόπεδον, καὶ τὸν ἡγεμόνα, πατρίδα καὶ προγόνων τάφους, καὶ νόμους πατρῴους, καὶ ἱερὰ, καὶ γονεῖς, καὶ σύμπαντα γένη καὶ ἡλικίας; ὁ δὲ τούτων μὲν, οὐδὲν ἐμεγαλαύχησεν, ἐπιεικέστατα δὲ πάνυ, διεξῆλθε τὸ πρὸς τὸν Γολιὰθ μονομάχιον. ἀλλὰ οὗτος ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον διατρίβω λέγων, ἐξουθενίζεται μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν, τῷ φαινομένῳ προσέχοντος, ἀποβάλλεται δ' εἰς ποιμένας, καὶ μὲν τούτων, τοῖς ἐν τοῖς λοχευομένοις ὄπισθεν, καὶ ὁ μὲν πατὴρ, ὥσπερ ἐξετίθει κάτωθεν, ὁ δὲ θεὸς ἄνωθεν υἱοθέτει, καὶ καθ' ἅπερ βασιλέως παῖδα τὴν βασιλικὴν εἴτουν ποιμαντικὴν ἐπιστήμην, πρῶτον ἐν

tit: quippe qui illius capite à reliquo corpore avulſo, atque hoc ipſiuſmet gigantis gladio, timorem omnem diſſolvit: cædes antea fieri ſolitas repreſſit: exercitum, ducem, patriam, majorum ſepulchra, leges patrias, templa, parentes ipſos, & omnem denique ætatem ſervavit: ipſe tamen in his nihil gloriatus eſt, ſed ſingulare certamen, quod ſibi fuit cum ipſo Goliat, tantum modèſtiſſimè narravit. Veruntamen hic noſter tantus, ac talis David, ne omnia per ſingula perſequar, negligitur à patre (qui initio exteriora tantum ſpectabat) & ad greges mittitur & ad armenta: quinimmo horum etiam fœtas oves ſequebatur, & pater quidem in terra eum abiiciebat, Deus verò deſuper adoptabat, eumque veluti regium puerum regali, hoc eſt poſtorali ſcientiæ primum vacare,

inter

τοῖς ἀλόγοις ἐκμελετᾷν παρεσκεύασεν, ἐπαγρυπνεῖν, πολεμεῖν, περικινδυνεύειν τῆς ποίμνης, παρατάττεσθαι πρὸς θῆρας, πρὸς λῃστὰς, πρὸς κλέπτας, πρὸς λιμὸν, πρὸς κρυμὸν, πρὸς φλόγα, προηγεῖσθαι, παρακαλεῖν, πρὸς νόμας, πρὸς σκιὰς, εἰς κρήνας, εἰς ποταμοὺς, ἀνακαλεῖσθαι, συνάγειν τῇ βακτηρίᾳ, τῇ φωνῇ, τῇ ᾠδῇ, τῇ σύριγγι, τέρπειν, φοβεῖν, διαιτᾷν, φαρμακεύειν, ὧν ἁπάντων τέλος, μὴ πιότατον μόνον ἀποδεῖξαι τὸ ποίμνιον, ἀλλὰ καὶ σωφρονέστατον καὶ εὐπαιδευτότατον. ἀλλά τι δεῖ μηκύνειν, ἔρχεται μετ' ὀλίγον ὁ χρίστης, ἐπιζητεῖται δὲ ὁ χρισθῆναι μέλλων, ἐξέρχεται δὲ ὁ χορὸς τῶν παίδων, ὁ πολὺς ἐκεῖνος, καὶ καλὸς καὶ λαμπρὸς, ἐπιτίθεται τὸ κέρας, ὑπερτίθεται ὁ θεὸς, ἀποδοκιμάζει τούτους, ὥσπερ καὶ ὁ πατὴρ τὸν Δαβὶδ, ἀναγκάζεται παραγαγεῖν αὐτὸν ἐξουθενῶν, τὸν ἐξουθενούμενον,

inter irrationalia præparavit: vigilare ſcilicet, certare pro grege, periculis ſe opponere, contendere adverſus feras, latrones, fures, famem, & frigora, præire etiam & advocare: ad paſcua, ad umbras, ad fontes, ad flumina: revocare item, & in unum adducere, virga, voce, cantu, & fiſtula, delectare ac perterrere: vivendi normam præbere, & mederi. Quorum omnium is eſt finis, ut non pinguem modò, ſed ut moderatiſſimum etiam, & caſtigatiſſimum gregem oſtenderet. Sed quid pluribus opus eſt? venit paulò poſt unctor: ungendus perquiritur. Procedit copioſus ille, pulcher, & clarus filiorum chorus: imponitur cornu, ſuperponitur Deus, & quemadmodum antea pater, ipſum David, ſic & Deus omnes alios reprobavit. Cogitur pater qui neglexerat, neglectum ad-

προάγεται, χρίεται καὶ ἄμφω, βασιλείαν καὶ προφητείαν, τῷ γὰρ κέρατι καὶ τῷ πνεύματι, σύμβολα καὶ ταῦτα, τοῦ σωτῆρος Ἰησοῦ, χρισθέντος ὕστερον, εἰς βασιλέα τε καὶ θεόν. τί γοῦν τὸ μετὰ τοῦτο, πόλεμος ἀλλοφύλων ἐφίσταται πολὺς καὶ ἄμαχος καὶ ἀμήχανος; ἐπὶ ξυροῦ ἦν τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ ἔθνει πάντα τὰ πράγματα, παρίσταται ὁ ῥύστης ὁ προφήτης ὁμοῦ καὶ στρατιώτης καὶ βασιλεύς, ἐξουθενεῖται πάλιν, ἀποβάλλεται πάλιν, ὑπερβάλλει πάλιν τοὺς ἀδελφοὺς τῇ μακροθυμίᾳ, τὸν Σαοὺλ τῇ ἀπολογίᾳ, τὸν Γολιὰθ, τῇ ἀνδρείᾳ, πάντας ἅμα καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν, τῇ ὑπερφυεῖ γιγαντομαχίᾳ, σώζει πάντας, εἷς φανεὶς ὑπὲρ πάντων καὶ ἀντὶ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας, εἶτα τὸ συμβασι-

ducere: adducitur itaque, & ungitur ad utrunque: ad regnum nimirum, & ad prophetiam, cornu ſiquidem, & ſpiritu. Figura erant hæc ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui in Regem ungendus erat, & in Deum. Quid igitur poſt hæc? bellum adeſt à Philiſtæis, bellum, inquam, grande: quinimmo immenſum, & inſuperabile. Omnia tam regis, quam univerſæ gentis negotia in ſummo erant diſcrimine: ipſe autem liberator advenit propheta, miles pariter & rex. Negligitur rurſus atque abiicitur: & rurſus ipſe, patientia ſua fratres, reſponſo Saul, fortitudine Goliath, & omnes inſuper, qui tunc temporis & antea, ac poſtmodum fuerunt, immenſa hac Gigantea pugna ſuperavit: unúſque pro omnibus, contra omnes, ſupra omnes, ſervavit omnes. Sed quid deinceps?

Simul

λεύει, συνεκστρατεύει, συγκατορθοῖ, μᾶλλον δὲ κατορθοῖ τὰ λείποντα, νικᾷ τοὺς μὲν ἔξω πολεμίους, τοῖς ὅπλοις, τὸν ἔνδον δὲ, τὸ πνεῦμα δηλαδὴ τοῦ Σαοὺλ τῇ μελωδίᾳ τε καὶ τῷ πνεύματι; στεφανοῦται καὶ εὐφημεῖται παρὰ πάντων καὶ ὑπὲρ πάντας, ᾠδὴ γίνεται καὶ ταῖς γυναιξὶν, ἐπάταξε Σαοὺλ ἐν χιλιάσι, καὶ Δαβὶδ, ἐν μυριάσι, φθονεῖται, πάλιν διώκεται, φεύγει, κρύπτεται, κυκλοῦται, κυκλοῖ τὸν κυκλώσαντα καὶ οὐχ ἁρπάζει τὸν καιρὸν, οὐ λαμβάνει τοῦ πολέμου λύσιν, οὐκ ἀμύνεται τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ᾽ ἀμύνει τούτῳ, φεύγων οὐ μήτι πάθοι μᾶλλον, ἀλλὰ μή τι δράσοι φοβούμενος τῶν ὧν παρ᾽ ἐφοβεῖτο παθεῖν, τοσοῦτον ἐκέρασε τἀναντία, πρᾳότητα καὶ ἀνδρείαν, ὡς

Simul regnat, ſimul exercitum ducit, ſimul dirigit atque adminiſtrat? Immo verò quæ reliqua ſunt, ipſe unus moderatur: & exteros quidem inimicos, armis, ſuos verò, hoc eſt ipſius Saul malignos ſpiritus, melodia ſimul, ac ſpiritu ſuperat. Coronatur itaque & laudatur ab omnibus, & ſupra omnes, in cantumque ipſis etiam effectus eſt mulieribus: Percuſſit Saul mille, & David decem millia. Invidetur rurſus, perſecutionem patitur, fugit, occultatur, circundatur, & ipſe circumdantem circumdat, nec tamen occaſionem arripit, nec belli ſolutionem attendit, non ulciſcitur inimicum: quinimmo illum adjuvat, fugiens, ac timens, non ut ipſe malè quippiam pateretur, ſed potius ne adverſus Saulem aliquid eorum faceret, quæ ſibi ab illo intentabantur. Adeò enim contraria

εἶναι τὴν μὲν ἀνδρείαν αὐτοῦ, μείζονα τῶν ἐν ἄλλοις, αὐτῆς δέ γε ταύτης αὖθις, τὴν ἐπιείκειαν. τί ἔτι, βασιλεύει, προφητεύει· μαρτυρεῖ θεὸν, μαρτυρεῖται παρὰ θεοῦ, διαμαρτύρεται τὸν θρόνον αἰώνιον ἕξειν, τὸν κόσμον κληρονομήσειν, τοὺς ἀστέρας ὑπερβαλέσθαι τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν τέκνων, εἶτα βαβαὶ τῆς συμφορᾶς, βαβαὶ τῆς μεταβολῆς, ὁ ἐκλεκτὸς ἄφνω μοιχὸς, ὁ προφήτης ἔκφρων, ὁ θεοφόρητος ἐκμανὴς, ὁ ἀληθὴς δολερὸς, ὁ ποιμὴν, λῃστὴς, ὁ σωτὴρ, ἀνδροφόνος, ἐντεῦθεν ἡ μεταβολὴ τῆς γνώμης, καὶ τὰ τολμήματα, ἐκεῖθεν ἡ ἐποχὴ τῶν κρουμάτων καὶ ἡ τοῦ πνεύματος συστολὴ, ἐντεῦθεν ἡ ἐναλλαγὴ τοῦ βίου καὶ ἡ τὸν κακῶν θά-

traria hæc unà temperavit, manſuetudinem ſcilicet, & fortitudinem ut fortitudo in eo, major quàm in cæteris: & manſuetudo ipſa etiam fortitudine major conſpiceretur. Quid tum? regnat, prophetias prædicit: fatetur, atque adteſtatur Deum, & teſtimonium illi perhibetur à Deo, promitturque ei, quod æternam ſedem habiturus ſit, & hæreditate totum orbem conſecuturus: ipſaſque ſtellas, multitudine, ac pulchritudine filiorum ſuperaturus. Deinde (ô calamitatem, ô celerem mutationem) qui antea electus erat, repentè efficitur adulter: qui propheta, amens: qui Deo adflatus erat, inſanus: qui verax, doloſus: qui paſtor, latro: qui ſervator, homicida. Hinc conſilii mutatio, & tam grandes auſus: illinc muſices ceſſatio, & contractio ſpiritus: hinc & vitæ im-

λαιστα, ἐντεῦθεν, οὐ μόνον ὁ ἔνθους, ἄπνους τῆς ἄνωθεν * πνεῦσιν, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ ἄπαις, καὶ οἱ παῖδες οἱ μὲν μιαροὶ, καὶ ἀδελφοφθόροι, οἱ δὲ καὶ μιαρώτεροι τούτων, ἀδελφοκτόνοι καὶ πατραλοίαι, καὶ ὁ βασιλεὺς πλανήτης, καὶ ὁ ἀριστεὺς, φυγὰς, καὶ ὁ ποιμὴν ὀρειάλωτος, καὶ πᾶς ὁ λαμπρὸς οἶκος καὶ θρόνος ἐκεῖνος, εἰς γῆν κατερραγμένος. ἐντεῦθεν, ὁ λιμὸς, καὶ ἡ τῆξις, καὶ ὁ δεινὸς μεταμέλος τῶν πραχθέντων; ἐντεῦθεν, ἡ καινὴ καὶ τριπλῆ καὶ καθημερινὴ θυσία, τῶν μὲν ὀφθάλμων οἱ νυκτερινοὶ κρουνοὶ καὶ λουτῆρες, τῆς δὲ καρδίας ἡ συντριβὴ καὶ οἱ στεναγμοὶ, τῆς δὲ γλώσσης ἡ διηνεκὴς εὐχὴ καὶ ἐξομολόγησις. ἐκεῖνα τὰ τραύματα, ταῦτα τὰ φάρμακα, ἢ οἱ καυτῆρες, ἢ αἱ τομαί. ἀλλ' ὅ με

tæ immutatio, & plurimorum malorum mare: hinc qui numine erat inſtinctus, non modò privatur inſpiratione illa ſuperna: ſed & qui pater erat, orbatur liberis. Et filiorum, alii quidem ſceleſti, & ſororum corruptores: alii his etiam ſceleſtiores, fratricidæ ſcilicet ac patricidæ fiunt: & qui rex erat, errabundus fit: qui pugnator optimus, fugitivus: qui paſtor, montivagus. Omnis denique præclara illa domus, ac ſedes, in terram collabitur. Hinc etiam & fames, & tabefactio, & gravis peccatorum pœnitentia: hinc triplex illud, & perpetuum ſacrificium, oculorum videlicet nocturni fluxus ac latices: cordis contritio, & gemitus: linguæque aſſiduæ preces, & conſtans confeſſio. Illa quidem vulnera, iſta autem medicamina, aduſtiones, inciſiones. Sed me interea hæc

 narran-

καὶ μεταξὺ παρέδραμε καὶ ὁ λόγος παρήνεγκε τῶν κατ᾽ ἐλπίδας ἀεὶ ἐχόμενος. ἐφίσταται μετὰ τὴν πτῶσιν πάλιν τῷ προφήτῃ, προφήτης, καθάπερ ἰατρὸς, ἰατρῷ νοσοῦντι καὶ ἀποροῦντι, καὶ ὥσπερ χρίστης τὸ πρότερον, οὕτω νῦν ἀφαιρέτης, οὐ τοῦ ἀξιώματος μόνον ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ πνεύματος * περὶ τὴν ἰατρείαν καὶ ἀποκρύψει τὸ τραῦμα, καὶ ἀποδυσπετὴς * συνεφίσταται δὲ καὶ ὑπουργὸς τῆς ὀργῆς τῆς ἐκδικίας, καθάπερ πρὶν φύλαξ, βοηθὸς ἰσχυρὸς, οὕτω καὶ νῦν τιμωρὸς ἄγγελος, τὴν ῥομφαίαν * καὶ κατενεγκεῖν ἑτοιμὸς ὢν, εἰ μὴ κἀκεῖνος καθ᾽ ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξενεγκὼν, λύσει τὴν ἀπόφασιν ἀποφάσει. ἐντεῦθεν ὁ ὑποκριτὴς δίκης, καὶ ὁ ἐκδικητὴς ἄγγελος· ἐκεῖθεν, ὁ ἀπροσω-

narrantem, penè quod inceperam, fugit orationis propoſitum, dum pluribus, quæ ſeſe offerunt, ſemper detineor. Adſtat rurſus poſt peccatum propheta prophetæ, veluti medicus medico, ægrotanti, ac dubitanti: & quemadmodum antea, unctor adſtiterat, ita & nunc non modo dignitatem, ſed ſpiritum etiam ablaturus, ſi in aliquo deliquiſſet, quod ad propriam ſanationem pertineret: ſi vulnus celaſſet, ſi reprehendi neglexiſſet. Adſtabat pariter, vindictæ hujus miniſter, ſicut antea cuſtos, & adjutor validus, ita & nunc vindex terribilis Angelus, exerto gladio, & ictum inferre paratiſſimus, niſi ille contra ſe ſuffragium tuliſſet, ac propria ſententia divinam ſolviſſet ſententiam. Et hinc quidem aderant: ille judicii & cauſæ confictor Nathan, & vindex angelus: illinc autem ipſe

πόληπτος δικαστής, καθ' ἑαυτοῦ τὴν γνώμην ἐκφέρων * καὶ συντομώτερον ἐξελὼν τὸ βέλος ἢ παρεδέξατο, καὶ ὁ θεὸς οὐ συνουλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξαλείφων τὸ τραῦμα, μὴ γὰρ συγχωρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφαιρῶν τὸ ἁμάρτημα. πάλιν τὸ χάρισμα, πάλιν τὸ πνεῦμα, πάλιν τὰ κρούματα, πάλιν τὸ κατὰ πάντων κράτος, καὶ αἱ συνθῆκαι καὶ τῆς υἱοθεσίας καὶ τῆς θεοπατορίας. οὗτος οὖν ὁ πολλὰ μὲν παθών, πολλὰ δὲ κατορθώσας, μυρίας τε τροπὰς τραπεὶς, πᾶσαν τὴν καθ' ἑαυτὸν ἱστορίαν καὶ τὰς περιπετείας, ἐν τούτῳ παραδίδωσι τῷ συγγράμματι.

Καὶ πρώτη μὲν ὑπόθεσις καὶ σκοπὸς, ταῦτα, τοῦ πονήματος, δεύτερον

tem ipſe judex David, perſonarum non acceptor: & qui adverſus ſe tulit ſententiam, qua jaculum citius evulſit, quàm ſuſcepiſſet: & Deus pariter, qui cicatricem vulneri non tantum induxit, ſed ipſum etiam vulnus prorſus delevit. Neque enim tantummodo pepercit: ſed & abſtulit peccatum. Rurſus itaque divina gratia, & rurſus ſpiritus: rurſus ſoni, ac cantus: rurſus ſupra omnes poteſtas: rurſus promiſſa & pacta, tam de ejus adoptione, quàm quòd de ejus etiam ſtirpe naſci deberet Deus. Hic igitur qui multa paſſus eſt, & plura etiam, propria virtute adminiſtravit, atque in varias incidit ſtatus ſui mutationes, omnem de ſe hiſtoriam, omnes vitæ ſuæ varietates in hoc conſcripſit volumine.

Et primum quidem propoſitum, & primus operis ſcopus eſt, de pro-

Digitized by Google

καὶ κεφάλαιον ἡ τῆς ἀρχαιολογίας, οὐ τῆς ἑβραϊκῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἔτι παλαιοτέρας ἐξήγησις, διέξεισι γὰρ ἐν πολλοῖς τοῖς ψαλμοῖς, τὴν γένεσιν, τὴν πρᾶξιν τῶν πατριαρχῶν, τὴν πλάνην, τὴν μετανάστασιν, τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον, τὴν δουλείαν, τὴν ἔξοδον, τὴν νομοδοσίαν, τὴν σκηνὴν, τὴν ἱερατείαν, τοὺς ἀριθμοὺς, τὸ Δευτερονόμιον, τὸν Ἰησοῦν, τὴν κληροδοσίαν, τοὺς κριτὰς, τὰς βασιλείας, καὶ εἴ τι τούτοις ἀκόλουθον. τρίτον ἡ φυσιολογία περὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν κατουράνον, περὶ γῆς καὶ τῶν κατὰ γῆν, περὶ ζώων, περὶ στοιχείων, καὶ ἁπλῶς περὶ τῆς ὅλης δημιουργίας. τέταρτον, ἡ περὶ τῆς τοῦ * οἰκονομίας προφητεία, πάντων ἐκφαντικωτέρα, ὅσα περὶ τὴν παρθένον, ὅσα περὶ τὴν σάρκωσιν, τὸ κατὰ τὴν δωροφορίαν, τὰ τῆς εἰς

priis ærumnis, ac laboribus tractare: deinde de antiquitatibus non Judaicis modò, ſed vetuſtioribus. In multis enim pſalmis ediſſerit generationem, & geſta patriarcharum, peregrinationes, migrationes, deſcenſum in Ægyptum, ſervitutem in Ægypto, legem datam, tabernaculum, ſacerdotium, Numeros, Deuteronomium, Jeſum Nave, diſtributionem promiſſæ terræ, Judices, Reges, & ſi quid aliud eſt his conſequens. Tertiò, naturalium rerum rationem tradit: de cælo, & cæleſtibus: de terra, & terreſtribus: de animalibus, de elementis, & generaliter de univerſo Dei opificio. Quartò prophetia de crucis diſpenſatione, in hoc opere, cæteris omnibus ſe manifeſtiorem oſtendit: & quæcunque ad partum virginis, ad incarnationem, ad Magorum dona, ad fugam in Ægy-

Αἴγυπτον ἀποδημίας, καὶ ἐπανόδου, καὶ ἀναδείξεως, καὶ διδασκαλίας, καὶ θαυματοποιΐας, τὰ τῆς συναγωγῆς, τὰ τοῦ φθόνου καὶ τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ τῆς προδοσίας, καὶ τῆς ἀπαγωγῆς, καὶ τῶν μαστίγων, καὶ τῶν ἐμπαιγμῶν, τὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς ὀρυγῆς τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν, τὰ τοῦ διαμερισμοῦ τῶν ἱματίων, καὶ τοῦ κλήρου, καὶ τῆς πικρᾶς γεύσεως, καὶ τῆς ἀποπνεύσεως, καὶ ταφῆς, καὶ ἀναστάσεως, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας, καὶ τῆς κατὰ πάντων καὶ ὑπὲρ ἁπάντων νίκης καὶ βασιλείας. πέμπτον, ἡ τῶν μετὰ ταῦτα προφητεία, τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις, τῶν μαθητῶν ἡ δόξα, τὰ θαύματα, τῆς γῆς ἡ ὑποταγή, τῆς ἐκκλησίας ἡ τάξις καὶ ἐπίδοσις, ἡ τῶν Ῥωμαίων νίκη, τῶν Ἰουδαίων ἡ αἰχμαλωσία, τὰ κατὰ τὴν δευτέραν καὶ φρικτὴν τοῦ σωτῆρος κάθοδον, καὶ ὅσα περὶ ἀναστάσεως καὶ

Ægyptum, & illinc regreſſum ad Chriſti doctrinam, ad miracula, & ad Synagogam pertinent: invidiæ item & proditiones, inſidiæ, captura, flagella, illuſiones, Crux, manuum ac pedum confoſſiones, diviſio, & ſortitio indumentorum, amara potio, expiratio, ſepultura, reſurrectio, aſcenſio, ſedes à dextris patris: & ſupra omnia, victoria & regnum, quod in cælo atque in terra, ſibi Chriſtus paravit, clariſſimè hîc conſpiciuntur. Quintò prophetia earum rerum, quæ poſt prædicta omnia contigerunt: gentium videlicet advocatio, diſcipulorum Chriſti gloria, miracula, prædicatio, orbis terræ ſubjectio, Eccleſiæ ſtabilitas, atque incrementum, Romanorum victoria, Judæorum captivitas, & quæcunque etiam ad ſecundum, & horrendum Chriſti adventum, ad reſurrectionem,

κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως. ἕκτον, ἡ Θεολογία, περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. ἕβδομον, ὅσα περὶ νοερῶν κτισμάτων, ἀγγέλων καὶ δαιμόνων, καὶ νοῦ, καὶ ψυχῆς, καὶ ψυχικῆς δυνάμεως, καὶ κινήσεως. ὄγδοον ὅσα τῆς ἠθικῆς παιδαγωγίας, περὶ ἀρετῆς, περὶ κακίας καὶ τῶν τοιούτων. ἔννατον, περὶ λογισμῶν καὶ δαιμονίων ἐπιβουλῆς, καὶ περὶ τροπῶν, περὶ θεραπείας παθῶν καὶ τῆς κατ' αὐτῶν πάλης καὶ στρατηγίας. δέκατον, ὁ περὶ τῶν ἐντολῶν λόγος ἀκριβέστατός τε καὶ ὑψηλότατος, καὶ μικρὸν ἢ οὐδὲν τῶν εὐαγγελικῶν * ὑπόμενος διατάξεων, οὗτοι μὲν οὖν οἱ καθόλου λόγοι τῆς ὑποθέσεως τῶν ψαλμῶν, εἰς δέκα συναριθμούμενοι κεφάλαια, οἷς ἡ τῶν ψαλμῶν ἅπασα, περιέχεται, πράγματα ἰδιώτερα δὲ καὶ ἄλλα, οἷον

nem, ad judicium, & ad uniuſcujuſque retributionem pertinent. Sextò Theologia, de Patre & Filio, & Spiritu Sancto. Septimò quæcunque traduntur de intellectualibus creaturis, de angelis, dæmonibus, de intellectu & anima, & de animæ motibus, & potentiis. Octavò, quæ ad morum diſciplinam, & ad inſtitutionem pertinent. Nonò de cogitationibus, de dæmonum inſidiis, & circuitionibus: de ſanatione, & cura paſſionum: de pugna & certamine adverſus hujuſmodi paſſiones. Decimò mandatorum ratio adeo hic diligenter traditur, ut parum aut nihil, ab Euangelicis præceptis abeſſe videatur. Hæc igitur ſunt argumenta pſalmorum, redacta in decem capita: quanquam & alia ſint magis privata, quæ in eis habeantur. Sunt namque & pſalmi qui laudem & gloriam Dei canunt: qui

gratias

ὁ δοξολογητικὸς, ὁ εὐχαριστήριος, ὁ εὐκτικὸς, ἢ προσευκτικὸς, παραμυθητικὸς, ὁ προτρεπτικὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ὁ μεθοδικὸς, οὐ μόνον γὰρ παραγγέλλει τὸ δεῖ ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον ὑποτίθεσι, καὶ τὸν χρόνον, καὶ ὅλως κοινόν ἐστι πᾶσιν ἰατρεῖον, παντὸς πάθους κεκτημένον φάρμακον, καὶ πάντες οἱ λόγοι, πᾶσιν ἀνθρώποις ἁρμόζουσιν, ὃ καὶ θαυμασιώτατον, καὶ τῆς βίβλου ταύτης ἰδιώτατον. οὐκ ἔστιν οὖν ἐν ἀνθρώποις, οὐ πρᾶξις, οὐ λόγος, οὐ πάθος, οὐ διανόημα, οὗ μὴ τὴν ἰατρείαν εὕροι τὶς ἐνταῦθα. συμφόρημα γάρ ἐστι, πάσης ἐμπλέων θεωρίας καὶ πολιτείας, δημόσιον ταμιεῖον διδασκαλίας παρεχόμενον ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον, τά τε γὰρ παλαιὰ τραύματα καθαίρει, καὶ τῷ νεοτρώτῳ, ταχεῖαν δίδωσιν ἀπαλλαγὴν,

gratias agunt, qui orationes fundunt & vota. Sunt & conſolatorii & exhortatorii. Ad hęc omnia, ſunt & qui viam ad virtutem tradunt: quique non tantum admonent hoc facere, aut aliud evitare, ſed & modum docent, & tempus. In ſumma hic liber, commune eſt quoddam medicinę promptuarium, & paſſionũ omnium certiſſimum remedium: illiuſque verba (quod etiam valde admirandum eſt, & hujus operis propriũ) omnibus congruunt atque aptantur hominibus. Nulla eſt igitur inter homines actio, nulla ratio, nulla cogitatio, cujus medicinam hic invenire non poſſis. Cumulus enim & acervus quidam rerum eſt, omni plenus vitę converſatione: omni contemplatione: ac veluti penu quoddam doctrinæ publicum, unicuiq; apta & convenientia diſtribuit. Nam & antiqua purgat vulnera, & nuper illatis celerem

Digitized by Google

καὶ τὸν ἀκέραιον συντηρεῖ, καὶ καθόλου πᾶν πάθος ἐξαιρεῖται, καὶ τοῦτο μετά τινος ἐμμελοῦς ψυχαγωγίας καὶ σώφρονος ἡδονῆς, ἵνα τῷ προσηνεῖ καὶ λείῳ τῆς ἀκοῆς λεληθότως ὑποδεξόμεθα τὴν ἐκ τῶν λόγων ὠφέλειαν, κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, οἵ τινες ἐπὶ τῶν αὐστηροτέρων φαρμάκων, μέλιτι τὴν κύλικα περιχρίουσιν, οὕτω γοῦν τῷ μὲν δοκεῖν, μελῳδοῦμεν, τῇ δ' ἀληθεῖ τὰς ψυχὰς παιδευόμεθα, καὶ τὴν μνήμην τῶν λογίων ἔχομεν ἀνεξάλειπτον.

Ψαλμὸς ὁμιλία πρὸς θεὸν, ἀγγέλων ἐπαγωγὴ, δαιμόνων ἀπαγωγὴ, ψυχῆς ἱλαρὰ κατάστασις, τῶν τῆς ἡμέρας πόνων ἀνάπαυσις, τῶν τῆς νυκτὸς φόβων ἀλεξητήριον, εἰσαγομένων στοιχείωσις, προ-

celerem liberationem præſtat. Inſuper quod integrum eſt, ſanum, ſyncerumque conſervat: multitudinem verò ipſam prorſus allicit, ac ſuadet ſuavi quadam cum delectatione, & honeſta voluptate: adeo ut per blandam, & lenem illam vocem, utilitatem & commodum latenter etiam reportemus, juxta prudentum medicorum præcepta, qui in auſterioribus pharmacis, poculum inungi jubent melle, ita & nos apparenter quidem, dulce ac ſuave melos canimus: re ipſa verò animas erudimus, & divinorum eloquiorum memoriam indelebilem conſervamus.

Pſalmus, ſermo & converſatio eſt cum Deo: Angelorum allectio: alacer animæ ordo, ac ſtatus: diurni laboris quies, nocturni timoris propulſatio: juvenum, & nuper introductorum regula: proficientium adjumentum: perfe-

κοπτόντων αὔξησις, τελειουμένων ἑδραίωσις, ὅπλον ἄμαχον, κόσμος κάλλιστος, βασιλεῦσιν, ἰδιώταις, ἄρχουσιν, ἀρχομένοις, στρατιώταις, ἀστρατεύτοις, σοφοῖς, ἀμαθέσι, μοναστῆς, πολιτικοῖς, ἱερεῦσι, λαϊκοῖς, ἠπειρώταις, νησιώταις, γεωργοῖς, ναυτίλοις, τεχνίταις, ἀτέχνοις, ἀνδράσι, γυναιξὶ, γέρουσι, νέοις, πάσῃ φύσει καὶ ἡλικίᾳ, καὶ τύχῃ, καὶ προαιρέσει, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ, καὶ πάντοτε, καὶ ἐν οἴκοις, καὶ ἐν ἀγοραῖς, καὶ ἐν ἐκκλησίαις, καὶ ἐν ἀγροῖς, καὶ ἐν ἐρημίαις, καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ πανταχῇ, καθάπερ ἀέρος πνεῦσις, ἢ φωτὸς χύσις, ἢ πυρὸς χρῆσις ἢ ὕδατος, ἢ ὅσα τῶν παγκοίνων τε καὶ παγχρηστῶν, καὶ τὸ παραδοξότατον, μὴ δι' ἀφισταμένων τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ τοὺς καμάτους, διὰ τῆς μελωδίας ἐπικου-

perfectorum ſolidatio: clypeus inſuperabilis: ornamentum decentiſſimum, regibus, privatis, principibus, populis, militibus, & belli ignaris, ſapientibus & rudibus, monachis & civibus, ſacerdotibus & plebibus, habitatoribus continentis atque inſulanis, agricolis, nautis, artificibus & artium ignaris, viris, mulieribus, ſenibus, adoleſcentibus: omni denique naturæ, ætati, fortunæ, propoſito, & communiter, & privatim & ſemper, tam domi, quàm in foro, in eccleſiis, in agris, in ſolitudinibus, in itineribus & omnibus in locis: & eſt denique ſicuti aeris ſpiratio, aut lucis effuſio, aut uſus ignis, aut quodcunque aliud eorum, quæ valde communia ſunt, & utilia. Quodque admiratione maximè dignum eſt, pſalmorum cantus non interrumpit, neque diſtrahit ab operibus: quinimmo ope-

φίζουσιν, τῶν πάντων τέλος ἕν, ἀγαθὸν γενέσθαι τὸν τούτων μαθητὴν, καὶ σοφὸν, καὶ θεόν. τίνες μὲν οὖν οἱ σκοποὶ τῆς παρούσης βίβλου καὶ πόσοι καὶ τίνα τὰ χρήσιμα καὶ ποῖον τὸ τέλος, ἱκανῶς εἰρήκαμεν, λοιπὸν δ᾽ ἀνάγκη λέγειν, εἰ γνησία καὶ μόνου Δαβὶδ ἡ βίβλος, ὁποίαν τὴν κλῆσιν ἔχει, καὶ τί ἐστι ψαλτήριον, καὶ τί ψαλτὸν, καὶ τί ψαλμὸς, καὶ τί ψαλμῳδὸς, καὶ τί διάψαλμα, καὶ τί ᾠδὴ, καὶ τί ὕμνος, καὶ τί αἶνος, καὶ τὶ ἐξομολόγησις, καὶ τὶ προσευχὴ, καὶ τὶ εὐχὴ, καὶ τὶ ᾠδὴ ψαλμοῦ, καὶ τὶ ψαλμὸς ᾠδῆς, πόσοι ψαλμοὶ, καὶ διὰ τὶ τοσοῦτοι, καὶ παρὰ τίνος συνελέγησαν, πόσοι ἀρχῳδοὶ, πόσοι χοροὶ, καὶ ἐκ ποίων, καὶ διὰ τὶ τοσοῦ-

mo operantibus, ipſa ſuavitate ac melodia, auſteritatem lenit laborum. Quorum omnium unus eſt finis, ut ſcilicet hujuſmodi diſcipulus, bonus, ſapiens, efficiatur & Deus. Abundè igitur diximus quænam & quot ſint hujus operis intentiones, & quanta ex his commoda conſequamur, & qui fines. Reſtat nunc ut diſſeramus, an proprius ſit hic liber beati David, & ab eo ſolo confectus, an etiam ab aliis: quam appellationem habeat, quid ſit pſalterium, quid pſaltus, quid pſalmus, quid pſalmodus, quid diapſalma, quid canticum, quid hymnus, quid laus, quid confeſſio, quid oratio, quid votum, quid canticum pſalmi, quid pſalmus cantici, quot ſint pſalmi, & quare tot ſint: & à quònam fuerint collecti: quot cantores, ſeu canendi principes: quot chori, & ex quibus, & quare

τοι, καὶ ἐκ ποσούτων, τίς ἡ διαφορὰ τοῦ ψαλτῆρος, πρὸς τὰ ἄλλα μυσικὰ ὄργανα, τίς ἡ τάσις τῶν ψαλμῶν, τίς ἡ ἐν πολλοῖς τῶν ψαλμῶν ἀσάφεια, πόσαι μεταβολαὶ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου πρὸς τὴν Ἑλληνίδα, καὶ παρὰ τίνων, τίνος ἕνεκεν τὸ μέλος ἐπινενόηται, πῶς ἓν ὂν τὸ θεῖον πνεῦμα ποτὲ μὲν ἑνίζεται, ποτὲ δὲ πληθύνεται, πρότερον δὲ, περὶ τοῦ προτέρου κεφαλαίου διαληπτέον.

Φασὶ μὴ μόνου τοῦ Δαβὶδ εἶναι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλὰ τινὰς μὲν Ἰδιθοὺμ, καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσὰφ, καὶ Αἰθὰμ, καὶ Αἰμὰν τοῦ Ἰσραηλίτου, ἕνα δὲ καὶ Μωσέως, καὶ Σολομῶντος ἄλλους. καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν ἐπιγραφῶν, συλλεγέντας εἰς ἓν μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ὑπὸ τοῦ Ἔσδρα, πολλοὶ δὲ καὶ μόνον ἐπιγεγραμμένον ἔχουσι ἀλληλούια, καὶ ἄλλοι

quare tot ſint chori: & ex tot, quænam ſit differentia pſalterij ad alia muſica inſtrumenta: quis pſalmorum ordo: quænam ſit in multis pſalmis obſcuritatis ratio: quot tranſlationes ſint de Hebraica lingua, in Græcam: & à quibus fuerint factæ: quare ſit inventus cantus: quare cùm divinus ſpiritus unus ſit, aliquando ſingulari effertur ſermone, & aliquando plurali. Et primò quidem de priori capite tractabimus.

Ajunt quidam pſalmos non ſolius eſſe David, ſed quoſdam Idithum: alios filiorum Core: alios item Aſaph, Etham, & Eman Iſraëlitæ: unum Moyſi, & alios Salomonis. Quod manifeſtum eſſe aſſerunt ex inſcriptionibus. Eoſque poſt captivitatem dicunt ab Eſdra fuiſſe in unum collectos: multi etiam pſalmi pro inſcriptione habent tantum Alleluja: & alii

ἐπιγραφὴν μὲν τινα φέρουσιν, ἀνώνυμον δὲ, ἕτεροι δὲ παντάπασιν εἰσὶν ἀνεπίγραφοι, διὸ καὶ ἀπολύτως βίβλος ψαλμῶν ὠνόμασται, καὶ καθὼς εὑρίσκομεν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων, ὡς οὐκ εἰς Δαβὶδ μόνον ἀναφερομένη. καταχρηστικῶς γὰρ λέγεται αὕτη ψαλτήριον, ὅτι ψαλτήριον κυρίως, ὀργάνου εἶδος Ναῦλα παρ' Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, ἐκ τοῦ ψάλλειν, ὡς εὐκτήριον ἐκ τοῦ εὔχεσθαι, μετηνέχθη δὲ καὶ ἐπὶ τὴν βίβλον ἡ κλῆσις ἄλλως, ἐκ τοῦ τηρεῖν τοὺς ψαλμούς. ἄλλοι δὲ λέγουσιν οἷς καὶ ἐγὼ συντίθεμαι, πάντας τοὺς ψαλμοὺς εἶναι τοῦ Δαβὶδ, ὥσπερ γὰρ ὁ Μωσέως ἐπιγεγραμμένος οὐκ

& alii inſcriptionem ſine authore: alii etiam omni prorſus carent inſcriptione: Quam ob cauſam, totum hoc opus, non pſalmos David, ſed indefinitè librum pſalmorum appellari ajunt: ut in actibus Apoſtolorum legimus atque indicari, quòd totus pſalmorum liber ſoli David adſcribendus non ſit. Nam quod pſalterium appellamus hanc pſalmorum collectionem, impropriè id dicimus: quia pſalterium propriè organi quoddam genus eſt: quòd apud Hebræos dicitur Naula, à pſallendo ſic dictũ: quemadmodum oratorium ab orando: ſed hujuſmodi appellatio, ad pſalmorum librum poſtmodũ tranſlata eſt. Qui tamen vel ea etiam ratione denominationem hanc ſortitus eſt, quia pſalmos cõtinet. Alii verò (quibus ego conſentio) aſſerunt pſalmos, omnes, à David fuiſſe compoſitos: & quemadmo-

ἐστι Μωσέως, ἢ γὰρ ἂν πρῶτος ἔκειτο διὰ τὴν ἀρχαιογονίαν ἐκείνου, ἢ καὶ ἐν ταῖς τούτου βίβλοις ἐνέκειτο καθάπερ αἱ ᾠδαὶ αὐτοῦ ἡ μὲν ἐν τῇ ἐξόδῳ, ἡ δὲ ἐν ἀριθμοῖς, ἡ δὲ ἐν Δευτερονομίῳ. οὕτως οὐδὲ τ' ἄλλα τὰ δοκοῦντα φέρειν ἀλλοτρίαν ἐπιγραφήν. καὶ γὰρ καὶ Σολομῶντος δύο φασὶν εἶναι ψαλμοὺς, οἵτινες εἰ ἐκείνου ἦσαν, τελευταῖον ἂν ἐτετάχατο, καὶ ἅμα ἢ καὶ ταῖς βασιλείαις, ἢ καὶ τοῖς Παραλειπομένοις ἐμπεριείχοντο, ἢ καὶ που δηλοῦσθαι ἔμελλον, ὡς τὰ, ἦσαν αὐτοῦ ᾠδαὶ

admodum octogeſimum-octavum pſalmum, qui Moyſi inſcribitur, dicunt Moyſi non eſſe: quia ſi ejus eſſet, ob illius antiquitatem, primus in ordine legeretur: aut ſaltem haberetur inter libros Moyſi, ſicuti habentur ejus cantica: quorum unum in Exodo, alterum in canticis, tertium in Deuteronomio reperitur: ita etiam exiſtimandum eſſe aſſerunt, de aliis pſalmis, qui aliorum inſcriptiones præ ſe ferre videntur: quòd ſcilicet ab alio compoſiti non ſint, quàm à beato David. Eadem etiam dicunt de duobus pſalmis, qui Salomonis inſcriptionem habent: quòd ſcilicet ſi eſſent Salomonis, aut extremo in ordine collocari debuerant, aut in libris Regum, aut Paralipomenon interſeri: aut ſaltem alicubi de eis memoria haberi, eo modo quo cæterorum omnium ejus operum ratio habita eſt. Erant

πεντακισχίλιοι, καὶ παραβολαὶ τρισχιλίαι, ψαλμῶν δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐμνημόνευσεν ἡ θεία γραφή. λοιπὸν οὖν αἱ ἐπιγραφαὶ Ἰδιθοὺμ, καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ Ἀσὰφ, καὶ Αἱμὰν, καὶ Αἰθὰμ παριστῶσιν, ὅτι τούτοις τοῖς ἀνδράσι ἀρχῳδοῖς χειροτονηθεῖσι τῶν χορῶν οὓς ὁ Δαβὶδ ἐκ τῆς φυλῆς Λευὶ κατεστήσατο καὶ ἀπεκλήρωσεν εἰς τὸ ὑμνεῖν τὸν θεὸν ἐν διαφόροις ὀργάνοις, ὧν τὰ εἴδη σαφῶς ὁ τελευταῖος ἀπαριθμεῖται ψαλμὸς, ἰδικῶς ἕκαστος τῶν οὕτως ἐπιγεγραμμένων ψαλμῶν, οὗτος παρεδίδου ψάλλειν, τῶν ἄλλων κοινῶς ὑπὸ πάντων ψαλλομένων. ὑφ' οὗ γοῦν ἕκαστος ἰδικῶς ἐψάλη, τούτου καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἀπηνέγκατο, καὶ τοῦτο δὲ φανερὸν, ἐξ ὧν φησὶν ἡ βίβλος τῶν Παραλειπομένων, ὅτι καὶ ἦσαν τὴν ᾠδὴν

enim, inquit, illi, cantica quinquies mille, parabolæ ter mille: pſalmorum verò ejus, ſcriptura non meminit. Cæterum inſcriptiones, Idithum, filiorum Core, Aſaph, Emam, & Ethã, hoc tantum volunt ſignificare: quòd his viris, quos beatus David elegerat ex tribu Levi, in duces, ac principes chororum: quoſque inſtituerat, ut variis organis Deum laudarent: & quorum organorum genera, apertè poſtremus omnium pſalmus connumerat: quòd his inquam viris unuſquiſque pſalmorum, juxta nominum inſcriptionem, privatim ad pſallendum ſit traditus: cum alii pſalmi ab univerſis cantoribus, atque in commune canerentur. Illi igitur pſalmi, qui privatim ab aliquo eorum decantati ſunt, cantoris ſui inſcriptionem retulerunt, quod etiam manifeſtius fit, ex his quæ in libro Paralipomenon legimus.

τούτων, ἐν χειρὶ Ἀσὰφ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπιγράμματος τοῦ ΛΗ΄ Ψαλμοῦ, εἰς τὸ τέλος γάρ φησι τῷ Ἰδιθοὺμ ᾠδὴ τῷ Δαβὶδ, ἐποιήθη μὲν γὰρ τῷ Δαβὶδ, ἀνετέθη δὲ τῷ Ἰδιθοὺμ εἰς τὸ ψάλλειν, καὶ αὖθις ὁ ΜΓ΄ Ψαλμὸς, οὕτως ἐπιγέγραπται, εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ, Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, καὶ πάντες δὲ οἱ φέροντες ἀλλοτρίας ἐπιγραφὰς οὐ τοῦ δεῖνος, ἀλλὰ τῷ δεῖνι ἐπιγεγράφεται, ὃ καὶ αὐτὸ σημεῖον ἐναργὲς, ὅτι τῷ Δαβὶδ ποιηθέντας, τούτους ἰδιαίτερον εἰς τὸ ψάλλειν ἀνετέθησαν. εἰ δὲ εἴποι τις ὅτι καὶ μὴν καὶ Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐπιγέγραπται τοῖς πλείοσιν, ἐροῦμεν, ὅτι καὶ πολλοῖς πάλιν, Ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀλ-

mus. Cecinit, inquit, canticum hoc in manu Aſaph, quin etiam ab inſcriptione pſalmi XXXVIII. quæ hujuſmodi eſt. In finem Idithum canticum ipſi David. Compoſitũ quippe fuit id canticum à beato David, & ab eo traditum Idithum, ut illud caneret. Pſalmus etiam XLIII. ſic inſcribitur. In finem filiis Core, pſalmus ipſi David. Præterea pſalmi omnes, qui aliorum inſcriptiones habent, non per genitivum caſum, ſed per dativum inſcribuntur: quæ res abundè indicat, pſalmos quidem à beato David fuiſſe conſcriptos, ſed illis cantoribus, privatim traditos ad canendum. Quòd ſi quis contrà, illud dicat: plures etiam eſſe pſalmos qui in inſcriptione habent nomẽ David, in tertio caſu: videlicet pſalmus ipſi David: replicabimus multos eſſe etiã qui per ſecundũ caſum inſcripti ſunt: videlicet Pſalmus ipſius David: quod tamen

λων οὐχ' εὑρήσεις, ἵνα γνῶμεν ὅτι τοῦ Δαβὶδ εἰσὶ καὶ πεποιημένοι, οὐ δεδομένοι καὶ ἀνακείμενοι, τοῦτο γὰρ τὴν διαφορὰν εἰσήγαγεν. ὁ δ' εἰς τὸν Μωυσῆν, ἀναφερόμενος, τοιαύτην ἔχει ἐπιγραφὴν, προσευχὴ Μωυσῆ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ, μόνον οὐχὶ διδάσκουσαν ὡς ὁ Ψαλμὸς οὗτος, ἁρμόζει τοῖς διὰ τοῦ θείου ὕδατος ἤτοι τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος ἀνθρώποις τοῦ θεοῦ γινομένοις; Μωυσῆς γὰρ, ληφθεὶς ἐξ ὕδατος ἑρμηνεύεται, λαμβάνονται δὲ ἐξ ὕδατος καὶ θεοῦ ἄνθρωποι χρηματίζουσιν οἱ βαπτιζόμενοι. τοὺς δὲ τοῦ Σολομῶντος λεγομένους, εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαι φαμὲν, Σολομῶν γὰρ, εἰρηνικώτατος ἑρμηνεύεται, ὅπερ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ φύσιν τὴν εἰρήνην ἔχων, εἰρήνην γάρ φησι τὴν ἐμὴν, δίδωμι

men in aliis nominibus non reperitur, ut ſciamus quòd ab ipſo quidem David conſcripti ſunt, non ei dati aut oblati. Hoc enim differentiã introduxit. Ille autem Pſalmus qui Moyſi inſcribitur, hujuſmodi habet inſcriptioné, oratio ipſi Moyſi homini Dei. Quæ inſcriptio docere videtur, quòd ille Pſalmus, iis congruat, qui per divinam aquam, hoc eſt per ſalutare lavacrũ baptiſmatis, homines Dei effecti ſunt. Moyſes quippe interpretatur, aſſumptus ex aqua. Ex aqua verò aſſumũtur omnes qui baptizantur. Unde etiam Dei homines meritò cognominantur. Eos verò Pſalmos, qui Salomonis dicuntur in Chriſtum fuiſſe compoſitos reputamus. Salomon namque interpretatur pacificus. Verùm quis nam alius, tam fuit pacificus, quàm Chriſtus, qui natura ipſa pacem habet? pacem enim inquit, meam do vobis,

Digitized by Google

ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, περὶ δὲ τῶν ἀνεπιγράφων, πολλὰ τῶν Ἑβραϊκῶν ἀντιγράφων συνημμένον ἔχουσι τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τὸν δεύτερον, οὐ προσκειμένου τοῖς ψαλμοῖς ἀριθμοῦ παρ' αὐτοῖς, ὁ δὲ δεύτερος ἀναντιῤῥήτως ἐστὶ τοῦ Δαβὶδ, καὶ τούτου μάρτυρες οἱ Ἀπόστολοι, λέγοντες πρὸς τὸν θεὸν ἐν ταῖς Πράξεσιν, ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπὼν, ἵνα τί, ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ τὰ ἑξῆς, συναποδείκνυται οὖν καὶ ὁ πρῶτος ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ εἶναι, εἰ δὲ καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος τῶν ἀνεπιγράφων τοῦ Δαβὶδ εἰσὶ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἀνεπίγραφοι, καθὰ δήπου καὶ ὁ ἐνενηκοστὸς τέταρτος, ὡς μαρτυρεῖ ὁ Ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους

vobis, pacem meam relinquò vobis. De Pſalmis qui ſine inſcriptione ſunt, illud imprimis ſciendum eſt, quòd multa Hebræorum exemplaria, conjunctum habent ſecundum Pſalmum cum primo: cum apud eos non ſit numerus in pſalmis. Secundus autem ſine contradictione, conſcriptus fuit à beato David. Cujus rei teſtes habemus Apoſtolos, in Actibus dicentes ad Deum. Tu qui per os David pueri tui, dixiſti. Quare inſurrexerunt gentes &c. Unde etiam demonſtratur, primum Pſalmum pari modo ipſius eſſe David; Quòd ſi primum & ſecundum Pſalmum, qui carent inſcriptione dicimus eſſe David, conſequenter alii omnes, qui ſine inſcriptione ſunt, ejuſdem erunt: ſicuti inter cæteros eſſe ſcimus Pſalmum nonágeſimum quartum: ut atteſtatur Apoſtolus in epiſtola ſua ad He-

λων οὐχ᾽ εὑρήσεις, ἵνα γνῶμεν ὅτι τοῦ Δαβὶδ εἰσὶ καὶ πεποιημένοι, οὐ δεδομένοι καὶ ἀνακείμενοι, τοῦτο γὰρ τὴν διαφορὰν εἰσήγαγεν. ὁ δ᾽ εἰς τὸν Μωυσῆν, ἀναφερόμενος, τοιαύτην ἔχει ἐπιγραφὴν, προσευχὴ Μωυσῆ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ, μόνον οὐχὶ διδάσκουσαν ὡς ὁ Ψαλμὸς οὗτος, ἁρμόζει τοῖς διὰ τοῦ θείου ὕδατος ἤτοι τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος ἀνθρώποις τοῦ θεοῦ γινομένοις; Μωυσῆς γὰρ, ληφθεὶς ἐξ ὕδατος ἑρμηνεύεται, λαμβάνονται δὲ ἐξ ὕδατος καὶ θεοῦ ἄνθρωποι χρηματίζουσιν οἱ βαπτιζόμενοι. τοὺς δὲ τοῦ Σολομῶντος λεγομένους, εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαι φαμὲν, Σολομῶν γὰρ, εἰρηνικώτατος ἑρμηνεύεται, ὅπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καὶ φύσιν τὴν εἰρήνην ἔχων, εἰρήνην γάρ φησι τὴν ἐμὴν, δίδωμι

men in aliis nominibus non reperitur, ut ſciamus quòd ab ipſo quidem David conſcripti ſunt, non ei dati aut oblati. Hoc enim differentiā introduxit. Ille autem Pſalmus qui Moyſi inſcribitur, hujuſmodi habet inſcriptioné, oratio ipſi Moyſi homini Dei. Quæ inſcriptio docere videtur, quòd ille Pſalmus, iis congruat, qui per divinam aquam, hoc eſt per ſalutare lavacrū baptiſmatis, homines Dei effecti ſunt. Moyſes quippe interpretatur, aſſumptus ex aqua. Ex aqua verò aſſumūtur omnes qui baptizantur. Unde etiam Dei homines meritò cognominantur. Eos verò Pſalmos, qui Salomonis dicuntur in Chriſtum fuiſſe compoſitos reputamus. Salomon namque interpretatur pacificus. Verùm quis nam alius, tam fuit pacificus, quàm Chriſtus, qui natura ipſa pacem habet? pacem enim inquit, meam do vobis,

ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, περὶ δὲ τῶν ἀνεπιγράφων, πολλὰ τῶν Ἑβραϊκῶν ἀντιγράφων συνημμένον ἔχουσι τῷ πρώτῳ ψαλμῷ τὸν δεύτερον, οὐ προσκειμένου τοῖς ψαλμοῖς ἀριθμοῦ παρ' αὐτοῖς, ὁ δὲ δεύτερος ἀναντιῤῥήτως ἐστὶ τοῦ Δαβίδ, καὶ τούτου μάρτυρες οἱ Ἀπόστολοι, λέγοντες πρὸς τὸν θεὸν ἐν ταῖς Πράξεσιν, ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπὼν, ἵνα τί, ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ τὰ ἑξῆς, συναποδείκνυται οὖν καὶ ὁ πρῶτος ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ εἶναι, εἰ δὲ καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος τῶν ἀνεπιγράφων τοῦ Δαβίδ εἰσι, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἀνεπίγραφοι, καθὰ δήπου καὶ ὁ ἐνενηκοστός τε τέταρτος, ὡς μαρτυρεῖ ὁ Ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους

vobis, pacem meam relinquo vobis. De Pſalmis qui ſine inſcriptione ſunt, illud imprimis ſciendum eſt, quòd multa Hebræorum exemplaria, conjunctum habent ſecundum Pſalmum cum primo: cum apud eos non ſit numerus in pſalmis. Secundus autem ſine contradictione, conſcriptus fuit à beato David. Cujus rei teſtes habemus Apoſtolos, in Actibus dicentes ad Deum. Tu qui per os David pueri tui, dixiſti. Quare inſurrexerunt gentes &c. Unde etiam demonſtratur, primum Pſalmum pari modo ipſius eſſe David; Quòd ſi primum & ſecundum Pſalmum, qui carent inſcriptione dicimus eſſe David, conſequenter alii omnes, qui ſine inſcriptione ſunt, ejuſdem erunt: ſicuti inter cæteros eſſe ſcimus Pſalmum nonágeſimum quartum: ut atteſtatur Apoſtolus in epiſtola ſua ad Hebræos

ἐπιστολῇ, φάσκων, τίνα ὁρίζει ἡμέραν σήμερον ἐν Δαβὶδ λέγων, μετὰ τοσοῦτον χρόνον καθὼς εἴρηται, σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. καὶ οἱ ἀνώνυμοι, δὲ, Δαβὶδ εἰσὶν, ὡς διδάσκει Στέφανος ὁ πρωτόμαρτυς ἐν ταῖς Πράξεσι, φησὶ γὰρ πρὸς Ἰουδαίους, ἕως τῶν ἡμερῶν Δαβὶδ, ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ θεῷ Ἰακὼβ, τοῦτο δὲ τὸ ῥητὸν, τοῦ ΡΛΑ΄ ψαλμοῦ, προδήλως ἐστὶν, ὅς ἐστιν ἀνώνυμος, ἀλλὰ καὶ οἱ τὸ Ἀλληλούϊα ἐπιγεγραμμένον ἔχοντες, τοῦ Δαβὶδ εἰσὶν, αὐτίκα γὰρ ὁ πρῶτος αὐτῶν ὁ ΡΔ΄, ἐν τοῖς παραλειπομένοις, τῷ Δαβὶδ πεποιῆσθαι γέγραπται, δοκεῖ οὖν αἰτία τοῦ μὲν εἶναί τινας ἀνεπιγράφους, ὅτι οὐκ εἰς ὄνομα ἑνὸς ἔθνους ἕκαστος τῶν πιστῶν λέγεται,

bræos dicens. Iterum quandam determinat diem hodie, in David, dicens poſt tantum tempus: hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Pſalmi quoque qui ſunt ſine nomine eidem adſcribendi ſunt, ut docet beatus Stephanus protomatyr, in actibus dicens ad Judæos: uſque ad dies David, qui invenit gratiam coram Deo, & petiit, ut inveniret tabernaculum Deo Jacob. quod dictum manifeſtè ſumptum eſt, ex pſalmo CXXXI. qui authoris caret nomine. Simili modo etiam pſalmi, qui loco inſciptionis habent Alleluja, ipſius David reputandi ſunt. Siquidem eorum primus qui eſt CIIII. manifeſtè ab eo fuit compoſitus, ut legimus in libro Paralipomenon. Ratio autem quare pſalmorum aliqui carent inſcriptione, videtur ea eſſe: quia non in unius tantum gentis nomine, unuſ-

τοῦ δὲ ἀνωνύμους, ὅτι εἰς τὸν κύριον εἴρηνται, τοῦ δὲ φέρειν Ἀλληλούϊα, ὅτι πρὸς θεὸν εἰσὶν εὐχαριστία καὶ ὕμνος. καὶ περὶ μὲν τούτου, τοσαῦτα. καιρὸς δὲ εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ψαλτὴς μὲν, ὁ ᾀδόμενος θεός. Ψαλμὸς δὲ τὸ ποιημάτιον καὶ τὸ μέλος αὐτοῦ, Ψαλμῳδὸς δὲ, ὁ ποιητὴς τούτων, Ψαλτῳδὸς δὲ, ὁ ψάλλων τῶν χορὸς, τὸ μέν τοι Διάψαλμα μεταβολὴν σημαίνει νοήματος, ἢ μέλους, ἢ ἀναβολήν τινα κρούματος, ἢ τηνικαῦτα θείου πνεύματος ἔλλαμψιν εἰς τοὺς ψάλλοντας; ἀπεγράφοντο γὰρ ταῦτα πάντα, διὰ τὴν ἀκρίβειαν. ἀλλὰ Ψαλμὸς μὲν κυρίως, ὁ μετὰ ὀργανικοῦ ψαλτηρίου ἐμμελῶς

ne, unuſquiſque eorum dictus eſt. Quòd verò ſint ſine nomine, ea videtur eſſe ratio: quia in ipſum dominum dicti ſunt. Quòd habent Alleluja, ratio eſt, quia gratiarum actiones, & laudes in DEUM continent. Verùm de his hæc dicta ſufficiant: tempus eſt, ut de cæteris etiam tractemus. Pſaltus quidem Deus eſt qui canitur. Pſalmus verò pœma, & carmen quod de eo canimus: Pſalmodus, poëta eſt qui hæc conficit carmina: & Pſaltodus, chorus canentium Pſalmos: Diapſalma, mutationem ſententiæ, aut cantus ſignificat: aut pauſam, ſeu interjectionem quandam pulſationis, vel fulgorem, atque illuminationem divini ſpiritus, quæ tunc canentibus apparebat. Scribebantur enim omnia hæc ab eis diligenter. Pſalmus propriè eſt illud carmen, quod ſimul cum Pſalterii inſtrumento

ἐκφωνούμενος. Ὠδὴ δὲ φωνή τις μουσική τε καὶ ἐναρμόνιος, ἀπὸ μόνου στόματος, καταχρηστικώτερον δὲ λέγεται κἀκεῖνος ᾠδὴ, καὶ αὕτη ψαλμὸς, ἀρχαιότερον δὲ ἡ ᾠδὴ, καὶ γὰρ Μωσῆς ἦρξε ταύτης, καὶ διηνεκὲς ἕως Δαβὶδ, οὗτος δὲ πρῶτος ἦρξατο τῶν ψαλμῶν, εἰ γὰρ καὶ πρὶν ψαλτήριον ὄργανον, ἀλλ' ἄτεχνον καὶ ἰδιωτικὸν, καὶ πρὸς μόνα ψάλλοντα ποίμνια. Δαβὶδ δὲ σοφώτερον τοῦτο κατεσκεύασεν ἢ καὶ ἥρμοσε, καὶ τὴν χρῆσιν αὐτοῦ, πρὸς θεὸν μετήνεγκεν. Ὕμνος δὲ, ἡ ἐπιτεταγμένη δοξολογία, ἢ καλῶν ὧν πεπόνθαμεν, ἢ κακῶν ὧν δεδράκαμεν, προσευχὴ δὲ ἡ δέησις, εὐχὴ δὲ, ὑπόσχεσις,

ſuavi voce profertur. Ode ſeu canticum, vox quædam eſt muſica cum harmonia, ſolo ore prolata. Quanquam impropriè ipſum etiam canticum ſæpenumero Pſalmus dicatur. Eſt autem Canticum Pſalmo antiquius. Moyſes quippe Cantici author fuit, illiuſque uſus uſque ad beati David tempora perſeveravit: qui primus omnium cœpit Pſalmos conſcribere. Nam & ſi antea pſalterii inſtrumento uterentur, illius uſus, & ſine arte ulla erat, & admodum vulgaris. Ad ſolos enim greges mulcendos pulſabatur. David igitur hujuſmodi inſtrumentum ſapientius coaptavit, & illius uſum ad Deum tranſtulit. Hymnus verò eſt divinæ gloriæ, extenſior atque amplior quædam laus. Nam cum laudis nomen ſimpliciter dicimus, vulgariores ac breviores laudes ſignificamus. Confeſſio etiam amplum quod-

πάντα δὲ λέγονται πρὸς θεόν. τί μὲν οὖν ἐστι ψαλμὸς καὶ τί ᾠδὴ, προσηκόντως εἴρηται. ᾠδαὶ δὲ ψαλμῶν ὑποληπτέον, ὅτε προτάσσεται μὲν ἡ δι᾽ ὀργάνου μουσικὴ, ἕπεται δὲ ἡ διὰ στόματος φωνὴ, δευτέραν λαμβάνουσα χώραν, ψαλμοὶ δὲ ᾠδῶν ὅτε τοὐναντίον γίνηται. κατὰ δὲ τοὺς νόμους τῆς ἀναγωγῆς, ψαλμὸς μὲν ἂν εἴη ὅτε τὸ σῶμα τείνοντες ὡς ὀργανικὸν ψαλτήριον καὶ διὰ τῶν καλῶν ἔργων ἐπαφώμενοι τρόπον τινὰ καὶ ψαύοντες αὐτοῦ, πρᾶξιν ἀποτελοῦμεν ἀγαθήν τε καὶ ἐναρμόνιον, εἰ καὶ μήπω θεωρίας ἐπέβημεν.

quoddam teſtimoniũ eſt, & fides, qua aut bona quæ recepimus fatemur, aut mala quæ commiſimus. Porrò oratio preces ſignificat, & votum promiſſionem, omniaque ad Deum pertinent. Quid itaque ſit Pſalmus, & quid Canticum, abundè diximus. Canticum autem pſalmi tunc eſt, quando muſice per organicum inſtrumentum prius diſponitur, & deinde conſequitur vox ore emiſſa, quæ ſecundum occupat locum. Pſalmus verò cantici tunc dicitur, quando ejus quod nunc diximus contrarium fit. Iuxta Anagogen, ac moralem ſenſum, pſalmum tunc canimus, quando corpus noſtrum quaſi Pſalterii inſtrumentum intendimus, & per bona opera quodammodo ipſum palpantes, bonas ac concinnas actiones perficimus, quanquam ad altiores contemplationes nondum aſcenderimus.

Ὠδὴ δὲ, ὅτι χωρὶς τῆς πρακτικῆς θεωροῦμεν μὲν τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, γεγυμνασμένοι ἤδη τυγχάνοντες· ᾠδὴ δὲ ψαλμοῦ, ὅταν προαγούσης ἀγαθῆς πράξεως, εἰς θεωρίαν καταντήσωμεν, κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐπεθύμησας σοφίαν, διατήρησον ἐντολὰς, καὶ κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν· ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς, ὅτι τῆς θεωρίας σαφηνιζούσης τινὰ τῶν κεκρυμμένων ἠθικῶν, εἰς ἐργασίαν τούτων ἐρχόμεθα, καὶ τάχα διὰ τοῦτο πρῶτον οἱ ψαλμοὶ, εἶτα αἱ ᾠδαὶ, ὅτι χρὴ διὰ τῆς πρακτικῆς ἰόντας, εἰς θεωρίαν ἐλθεῖν. ἐνθέντοι καὶ πρὸς τῷ τέλει, πολλαὶ ᾠδαὶ, καὶ ὅπου ἀναβαθμὸς, οὐδαμοῦ ψαλμὸς, οὔτε μετ' ἐπιπλοκῆς ᾠδῆς, ἐν γὰρ

Oden verò aut canticum canere tunc dici poſſumus, quando abſque ullis operationibus veritatis tantum myſteria contemplamur, effecti jam in ea re admodum exercitati: & canticum pſalmi quando præcedentibus bonis actionibus, in contemplationem devenimus: juxta quod dicitur, concupiſti ſapientiam: ſerva mandata, & dominus tibi eam miniſtrabit. Pſalmum etiam cantici tunc verè canimus, quando contemplatione, occulta quædam quæ ad mores pertinent, nobis revelante, nos in eorum operationẽ procedimus. Hac ratione fortaſſis Pſalmi primo loco, & deinde cantica collocata ſunt: cum deceat ut per actiones ad comtemplationẽ accedamus. Multa enim Cantica habentur circa finem libri: verùm ubi gradus eſt, ſeu aſcenſus, illic nuſquam eſt Pſalmus, neque etiam conjunctus cum cantico.

γὰρ ταῖς ἀναβάσεσιν οἱ ἅγιοι, πρὸς μόνῳ τῷ θεωρεῖν εἰσίν.

ἄνω Γαλλίαι, καὶ τὰ ἐπέκεινα Ἄλπεων, αἵ τε Βρεταννικαὶ νῆσοι ἕως τοῦ ἑσπερίου ὠκεανοῦ, καὶ Γαδείρων, καὶ Ἡρακλείων στηλῶν, καὶ αἱ κάτω Γαλλίαι, αἵ τινές εἰσιν αἱ Ἰταλίαι, ἤτοι ἡ Λομπαρδία, καὶ ἡ νῦν ἡ λεγομένη Λογγιβαρδία, καὶ Ἀπουλία, καὶ ἡ Καλαβρία, καὶ ἡ Καμπανία πᾶσα. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπαρχία Βυζακίας, ἐν ᾗ ἡ Καρθαγένα, καὶ ἡ Μαυριτανία, καὶ ἡ Βενετία, καὶ αἱ πέραν τοῦ Ἀδριατικοῦ κόλπου ἐπαρχίαι οἷον Παννονία, καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἅπαν, Μακεδονία καὶ Θράκη, ὅπου τὸ Βυζάντιον, καὶ τὰ ἐπέκεινα δυτικὰ ἅπαντα ὁμοίως ὑπὸ τῆς Ῥώμης ἐτύγχανον.

Πάλιν ὁ Ἀντιοχείας κατεῖχεν ἅπασαν τὴν Ἀσίαν καὶ ἀνατολὴν, αὐτήν τε τὴν Ἰνδίαν, ὅπου καὶ ἕως τοῦ νῦν, Καθολικὸν χειροτονῶν στέλλει τὸν καλούμενον Ῥωμογύ-

& ſuperiores Alpes, & quæ ultra has extenduntur, & inſulas Britannicas uſque ad occidentalem Oceanum & Gadira & columnas Herculeas; nec non inferiores Gallias, quæ Italiæ ſunt, ſive Lombardiam, quæ nunc dicitur Longibardia, & Apuliam, & Calabriam & Campaniam omnem, item provinciam Byzaciæ, in qua eſt Carthago, & Mauritaniam, & Venetiam, & Provincias, quæ ultra ſinum Adriaticum ſeſe effundunt nempe Pannoniam & totum Illyricum, Macedoniam & Thraciam, in qua eſt Byzantium, & quæ ultra ſeſe extendunt regiones occidentales. Hęc omnia Romano ſubdebantur.

Antiochenus poſſidebat univerſam Aſiam & Orientem, Indiamque ipſam, in quam ad hæc uſque tempora Catholicum ordinans mittit Romogyreos

ρεως, καὶ αὐτὴν τὴν Περσίαν, ἔτι δὲ αὐτὴν τὴν Βαβυλῶνα, τὴν νῦν καλουμένην Βαγδᾶ, κἀκεῖ γὰρ ἔστελλεν ὁ Ἀντιοχείας, Καθολικὸν εἰς Εἰρηνούπολιν, τὸν λεγόμενον Εἰρηνουπόλεως, καὶ τὰς Ἀρμενίας, καὶ Ἀβασγίαν, καὶ Ἰβηρίαν, Μηδίαν, καὶ τὴν τῶν Χαλδαίων, δὲ Παρθίαν, καὶ Ἐλαμίτας, καὶ Μεσοποταμίαν. ἔχει οὖν μητροπόλεις σήμερον δεκατρεῖς.

α΄. Τὴν Τύρου, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ἐπισκόπους ιγ΄.

β΄. Τὴν Ταρσοῦ, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ς΄.

γ΄. Τὴν Ἐδέσης, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ια.

δ΄. Τὴν Ἀπαμείαν, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ζ.

ε΄. Τὴν Ἱεραπόλεως, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν θ΄.

ς΄. Τὴν Βόστριος, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν κ΄.

ζ. Τὴν Ἀζάρβου, ἥτις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν θ΄.

reos vocatum, & Perſiam & Babylonem cui nunc nomen Bagda eſt, eo etiam mittebat Antiochenus Catholicum in Urbem Irenupolim, Irenupoleos dictum, & Armenias, & Abaſgiam & Iberiam, & Mediam, & Chaldæam, & Parthiam, & Elamitas, & Meſopotamiam. Habet itaque metropoles tredecim.

I. Tyri, quæ, ſub ſe habet Epiſcopatus XIII.

II. Tarſi, quæ ſub ſe habet Epiſcop: VI.

III. Edeſæ, quæ ſub ſe habet Epiſcop: XI

IV. Apameæ quæ ſub habet Epiſcop: VII.

V. Hierapoleos, quæ ſub habet Epiſcop: IX.

VI. Boſtri, quæ ſub ſe habet Epiſcop: XX.

VII. Azarbi quæ ſub ſe habet Epiſcop: IX.

Digitized by Google

η'. Τὴν Σελευκίας Ἰσαυρίας, ἥ τις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν κδ'.

θ'. Τὴν Δαμασκοῦ, ἥ τις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ιά.

ί. Τὴν Ἀμίδης, ἥ τις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ή.

ιά. Τὴν Σεργίου πόλεως, ἥ τις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν έ.

ιβ'. Τὴν Δαρᾶς, ἥ τις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν ί.

ιγ'. Τὴν Ἐμέσης, ἥ τις ἔχει ὑφ' ἑαυτὴν δ'.

Ἔχει δὲ καὶ μητροπόλεις ἄλλας ἡ Ἀντιόχεια, μὴ ἐχούσας ὑφ' ἑαυτὰς ἐπισκόπους, αἵ τινες εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν ὀκτώ. αὗται γὰρ ἐπισκοπαὶ ἦσαν πρότερον ὑποκείμεναι ἄλλαις μητροπόλεσιν, ἐτιμήθησαν εἶναι μητροπόλεις καὶ αὐταὶ, καὶ ὑποκεῖσθαι οὐχὶ μητροπολίταις ἀλλ' αὐτῷ τῷ πατριάρχῃ Ἀντιοχείας, καὶ εἶναι αὐτοκέφαλοι, ὡς αἱ λοιπαὶ μητροπόλεις. διὸ καὶ διὰ τὸ εἶναι πρώην ἐπισκοπαὶ οὐκ ἔχουσιν

VIII. Seleuciæ Iſauriæ, quæ ſub ſe habet Epiſcop: XXIV.

IX. Damaſci, quæ ſub ſe habet Epiſcop: XI.

X. Amidæ, quæ ſub ſe habet Epiſcop: VIII.

XI. Hagiopoleos, quæ ſub ſe habet Epiſcop: V.

XII. Daras, quæ ſub ſe habet Epiſcop: X.

XIII. Emeſæ, quæ ſub ſe habet Epiſcop: IV.

Habet præterea & alias metropoles, quæ ſub ſe nullos habent Epiſcopatus, aliis metropolitanis obnoxiæ; in dignitatem Metropolitanam provectæ ſunt, decretumque, ne aliis Metropolitanis ſubderentur, ſed tantum modo Patriarchæ Antiocheno, & quemadmodum ubique Metropoles, per ſe caput eſſent, & quod ante erant Epiſcopatus nullos

nullos

ὑφ' ἑαυτὰς ἐπισκόπους, ὡς αἱ παλαιαὶ μητροπόλεις. εἰσὶν οὖν αἱ ὀκτὼ αὗται μητροπόλεις. α΄. Βηρυτοῦ. β΄. Ἡλιουπόλεως, ἥτις ἀπεσπάσθη τοῦ θρόνου Δαμασκοῦ. γ΄. Λαοδικίας. δ΄. τῶν Σαμοσατῶν. ε΄. Μαρτυροπόλεως. ς΄. Μοψουεστίας. ζ΄. Ἀδάνας. η΄. Πομπηΐου πόλεως. ἔτι ἔχει ἡ Ἀντιόχεια καὶ ἀρχιεπισκοπὰς μεγάλας ὀκτώ. α΄. τὴν Βέροιαν. β΄. τὴν Χαλκηδόνα. γ΄. τὴν Ἀγάβαλλα. δ΄. τὴν Σελεύκειαν τῆς Πιερίας. ε΄. τὴν Ἀνασάρθην, ἥτις καὶ Θεοδωρούπολις καλεῖται. ς΄. τὴν Πάλτον. ζ΄. τὴν Γαβολάν. η΄. τὴν Βαλαάμαν. ἔτι ἔχει καὶ ἀρχιεπισκοπὰς λιτὰς καὶ ἐλευθέρας πέντε. α΄. τὴν Σαλαμίων. β΄. τὴν Βέρκον. γ΄. τὴν Ῥασών. δ΄. τὴν Ἀγάθην. ε΄. τὴν Βαρκουσῶν. αὗται μὲν πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι ὑπόκεινται τῷ θρόνῳ Ἀντιοχείας, διὰ τὸ καὶ πολλὰς ἐπαρχίας καὶ χώρας ἔχειν ὑφ' ἑαυτήν, ὡς εἴπομεν, πρὸς γὰρ τῇ Βαβυλῶνι καὶ τῇ Ἰν-

nullos ſub ſe habent Epiſcopos, quemadmodum antiquæ metropoles; & ſunt numero octo. I. Bariti. II. Heliupoleos, quæ ex throno Damaſci abſciſa eſt. III. Laodiceæ. IV. Samoſatorum: V. Martyropoleos. VI. Mopſueſtæ. VII. Adanæ. VIII. Pompeju poleos. Adhuc etiam Antiochenus habet ingentes Archiepiſcopatus octo. I. Berrœam. II. Chalcedonem: III. Agaballam, IV. Seleuciam Pieriæ. V. Anaſartham quæ & Theodorupolis dicitur. VI. Palton. VII. Gabulam. VIII. Balaamam. Præter hos habet & alios archiepiſcopatus tenues & liberos quinque. I. Salamiam: II. Bercum. III. Rhaſon. IV. Agathem. V. Barcuſorum. Et hę Eccleſiæ omnes Throno Antiocheno ſubduntur, quod plures provincias & civitates, ut jam diximus, ſub ſe contineret. namque præter Babylonem & In-

 diam

δία, καὶ τῇ Περσίᾳ, ἔχει τὴν ἐπαρχίαν τῆς κοίλης Συρίας, τὴν πρώτην, ὅπου ἡ Ἀντιόχεια, καὶ τὴν δευτέραν, καὶ τὴν Κιλικίαν, καὶ τὴν Ἰσαυρίαν, τὴν καὶ ἐπαρχίαν Εὐφρατησίας, καὶ Ἁγιουπόλεως, καὶ τῆς Θεοδωριάδος τῆς Ὀσροηνῆς τῆς Μεσοποταμίας, ἤτοι τετάρτη Ἀρμενία, καὶ τὰ μεθόρια, καὶ τοὺς ὅρους Συρίας, καὶ Περσίας. ἔτι δὲ καὶ ἑτέρας ἐπαρχίας διαφόρους, καὶ κλίματα οὐκ ὀλίγα. κατεῖχε δὲ πρότερον ἕως τῆς Χαλκηδόνος τῆς ἀντίπερα τοῦ Βυζαντίου, τῆς νῦν Κωνσταντινουπόλεως, τῆς ἐν τῇ Προποντίδι, ὅπου καὶ ὁ λεγόμενον Δάμαλον. Ἵστατο γὰρ δαμαλίς τις μαρμαρίνη ἐπάνω κίονος ἱδρυμένη. κατεῖχεν οὖν καὶ ὁ Ἀντιοχείας ταῦτα πάντα.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀλεξανδρείας κατεῖχεν ἅπασαν τὴν Λιβύην, καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, καὶ ἕως Μαρμαρικῆς, καὶ Ἀφρικῆς Τριπόλεως,

diam & Perſiam, habet etiam Cœlæ Syriæ provinciam primam, in qua Antiochia ſita eſt, & ſecundam, & Ciliciam, & Iſauriam, quæ & Euphrateſiæ provincia eſt, & Hagiupoleos, & Thodoriadis Oſroënæ Meſopotamiæ, ſive quartam Armeniam & confinia loca & terminos Syriæ, & Perſiæ, nec non & alias Provincias diverſas, & regiones admodum multas: illiuſque Dominium diffundebatur uſque ad Chalcedonem, quæ adverſa eſt Byzantio, nunc Conſtantinopoli, in Propontide ſitæ, in qua quod dicitur Damalium cernitur. Ibi enim Damalis bucula è marmore ſuper columnam ſtabat. Hæc itaque omnia Antiochenus poſſidebat.

Alexandrinus etiam totam Libyam poſſidebat & Æthiopiam & Marmaricam, uſque ad Tripolin Africanam, nec non univerſam

καὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον καὶ αὐτὴν τὴν Παλαιστίνην, ἔνθα τὰ Ἱεροσόλυμα. ἔχει οὖν καὶ οὗτος ἐπαρχίας διαφόρους, καὶ μητροπόλεις δεκατρεῖς. πρώτην ἐπαρχίαν, τὴν πρώτην Σταμνίκης, ἐν ᾗ πρώτη μητρόπολις τὸ Πηλούσιον ἔχουσα διαφόρους ἐπισκοπὰς, καὶ τὴν δευτέραν ἐπαρχίαν Σταμνίκης, ἐν ᾗ μητρόπολις δευτέρα ἡ Λεοντὼ ἔχουσα διαφόρους ἐπισκοπὰς, καὶ τὴν πρώτην ἐπαρχίαν Αἰγύπτου, ἐν ᾗ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια, ἡ κεφαλὴ πασῶν, καὶ τὴν δευτέραν ἐπαρχίαν Αἰγύπτου, καὶ τὴν ἐπαρχίαν Ἀρκαδίας, ἐν ᾗ τρίτη μητρόπολις Ὀξύρυχος ἔχουσα ἐπισκοπὰς διαφόρους, καὶ τὴν δευτέραν ἐπαρχίαν Θηβαΐδος, ἐν ᾗ πέμπτη μητρόπολις Πτολεμαῒς ἔχουσα ὑφ' ἑαυτὴν ἐπισκοπὰς διαφόρους, καὶ τὴν ἐπαρχίαν Λιβύης, ἐν ᾗ αὕτη μητρόπολις Δαρικὼ ἔχουσα ἐπισκοπάς τινας. ἔτι

verſam Ægyptum & Palæſtinam ipſam, in qua ſunt Hieroſolyma, habet itaque & ipſe provincias varias & metropoles tredecim. Primam provinciam, primam Stamnicæ in qua prima metropolis eſt Peluſium, varios ſub ſe habens Epiſcopatus, & ſecundam provinciam Stamnicæ in qua eſt ſecunda metropolis Leonto, habens diverſos Epiſcopatus; & primam provinciam Ægypti, in qua Alexandria eſt, cæterarum caput; & ſecundam provinciam Ægypti, & provinciam Arcadiæ, in qua tertia eſt metropolis Oxyrichus, habens ſub ſe varios Epiſcopatus, & ſecundam Provinciam Thebaidis, in qua eſt quinta Metropolis Ptolemais, habens ſub ſe Epiſcopatus diverſos, & Provinciam Libyæ, in qua eſt metropolis Darineo, habens nonnullos Epiſcopatus. Adhuc habet & aliam

Digitized by Google

ἔχει ἑτέραν μητρόπολιν ἡ Ἀλεξάνδρεια, καὶ ἑβδόμην τὴν Μάριαν. καὶ ὀγδόην τὸ Τονέσιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ στόματι τοῦ Νείλου. ἑπτὰ γὰρ ἔχει στόματα ὁ Νεῖλος, ἐν οἷς πόλεις διάφοροι. αὗται μὲν οὖν ὀκτὼ μητροπόλεις Ἀλεξανδρείας, ἔχουσαι καὶ ἐπισκοπὰς διαφόρους ὑφ' ἑαυτάς. εἰσὶ δὲ λοιπαὶ πέντε μητροπόλεις αὐτῆς οὐκ ἔχουσαι ἐπισκοπὰς ὑφ' ἑαυτάς. εἰσὶ δὲ αὗται ἡ Δαμιάτα, ἡ Σάτα, ἡ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. ἡ Φαρὰν, καὶ ἡ Ἄρη, ὁμοῦ δεκατρεῖς. εἶχε δὲ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια καὶ ἄλλους θρόνους πολλοὺς, ἀλλὰ μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν αἵρεσιν Σευήρου καθηρπάγησαν ὑπὸ τῶν Σευηριανῶν, ὥσπερ εἶχε καὶ τὴν διακράτησιν πᾶσαν Ἱεροσολυμῶν, καὶ αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ πάντας τοὺς θρόνους, τοὺς νῦν τελοῦντας ὑπὸ τὴν ἐνορίαν τοῦ θρόνου Ἱεροσολυμῶν. εἶχε γὰρ καὶ αὐτὴν τὴν Παλαιστίνην πᾶσαν τότε, ὡς προείπομεν, καὶ ἄλλας ἐπαρχίας.

aliam metropolin Alexandrinus, quæ fuerit ſeptima Mariat; & octavam Toneſim, in ſeptimo Nili oſtio ſitam, ſeptem enim oſtiis Nilus in mare infunditur, in quibus variæ civitates jacent. Hæ itaque octo Alexandrini Metropoles, quę varios ſub ſe Epiſcopatus habent; quamvis ſint & aliæ quinque nullis Epiſcopatibus conſpicuæ, nempe Damiata, Sata, Maris Rubri, Pharan, Are; omnes ſimul tredecim. Erant Alexandrino & alii Throni diverſi, ſed poſt Severi hæreſim à Severianis ſublati ſunt, quemadmodum & ditio omnis Hieroſolymitana ipſaque Heroſolyma, omneſque aliæ ſedes, quæ nunc ſunt ſub Hieroſolymitano Patriarcha; namque ut jam diximus univerſam Palæſtinam poſſidebat, & alias provincias.

Adhuc

ἐπικατέχει τὴν ἐπαρχίαν Λιβύης Πενταπόλεως, καὶ τὴν ἐπαρχίαν Τριπόλεως Βαρβαρίας, ὥστε ἐκ τούτου λύεται καὶ ἡ φιλονεικία, ἡ μέσον τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῦ Καρθαγένης. δύο γὰρ Τρίπολεις εἰσὶν, ἡ μία ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν, ἥτις ἐστὶν τρισκαιδεκάτη ἐπισκοπὴ Τύρου ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν Φοινίκης παραλίας. ἡ δὲ Τύρος ὡς προεγράφη, πρώτη μητρόπολις Ἀντιοχείας. αὕτη μὲν οὖν ἡ μία Τρίπολις. ἄλλη Τρίπολις ὑπὸ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν τὴν καὶ Λιβυκὴν, ἡ λεγομένη τῆς Βαρβαρίας, ὑποκειμένη τῇ Ἀλεξανδρείᾳ οὐκ αὐτὴ πρωτοτόπως. οὐ γάρ ἐστι μητρόπολις, ἀλλ' ἐπισκοπὴ ὑποκειμένη μιᾷ μητροπόλει ἐκ τῶν τοῦ Ἀλεξανδρείας. μάτην οὖν ἐπιζητεῖ ταύτην ὁ Καρθαγένης, ὁ τῷ τῆς Εὐρώπης προκαθημένῳ ὑποκείμενος, οἷον τῷ Ῥώμης. ἐν τούτοις καὶ τὰ τοῦ Θρόνου Ἀλεξανδρείας, ἤτοι Λιβύης,

Adhuc poſſidet provinciam Libyæ Pentapolitanam, & provinciam Tripolitanam Barbariæ. Ex quo lis, quæ inter Alexandrinum & Chartaginenſem vertitur, diſſoluitur. Binæ enim Tripoles ſunt: una ſub oriente, & eſt decimus tertius Epiſcopatus Tyri ſub provincia Phœniciæ maritimæ; Tyrus vero eſt, ut antea ſcripſimus, prima Antiocheni metropolis, & hæc una Tripolis eſt. Altera eſt ſub Diœceſi Ægyptiaca, quæ & Libyca eſt, quæ dicitur Barbariæ, Alexandrino obnoxia, non ipſa primario, neque enim Metropolis eſt, ſed Epiſcopatus uni Alexandriæ metropoli ſubjectus. Fruſtra itaque eam ſibi vendicat Carthaginenſis, qui præſidenti Europæ, Romano ſcilicet, ſubiicitur. Et hæc eſt Alexandrini, ſeu Libyæ Throni Diœceſis, &

πλὴν εἰ καὶ ἅπασα ἡ ἀνατολὴ Ἀσία ἐκαλεῖτο, καὶ ἅπασα ἡ δύσις Εὐρώπη. ἀλλ' εἰσί τινες χῶραι τῆς ἀνατολῆς, αἵτινες ἰδικῶς χρῶνται τῷ τῆς Ἀσίας ὀνόματι, ὡς ἡ Ἔφεσος ἡ ἐν τῷ Θρακησίῳ, καὶ ἡ Σμύρνα, καὶ ἐκεῖσαι πᾶσαι πόλεις ὡς ἑξῆς δηλώσομεν. ὁμοίως, εἰσὶ καὶ ἐν τῇ δύσει χῶραι, αἵτινες χρῶνται τῷ τῆς Εὐρώπης ὀνόματι, ὡς Ἡράκλεια ἡ ἐν τῇ Θράκῃ, ἡ πλησίον Κωνσταντίνου πόλεως. ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῆς Λιβύης εἰσί τινες χῶραι ἰδικῶς τῆς Λιβύης καλούμεναι, ὡς ἡ ἐπαρχία Λιβύης Πενταπόλεως, ὡς προεγράψαμεν. διὰ τοῦτο δὲ ὡς οἶμαι, ἰδικῶς αὗται ἐχρήσαντο τοῖς γενικοῖς ὀνόμασι, διὰ τὸ ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι ἕκαστον μέρος ἤγουν τὸ Εὐρωπαῖον ἐκ τῆς Θράκης, καὶ τὸ Ἀσιανὸν ἐκ Θρακησίου, ὁμοίως καὶ τὸ Λιβυκὸν ἐκ τῆς Πενταπόλεως.

licet univerſus Oriens, Aſia vocaretur, univerſus Occidens Europa, ſunt nihilominus civitatates proprium ſibi nomen Aſiæ vendicantes; veluti Epheſus, quæ in Thraceſio eſt, & Smyrna, & reliquæ ibidem urbes, ut infra exponemus. Pari ratione etiam in occidente ſpectantur urbes, quæ propriè Europæ nomen ſibi uſurpant; ut Heraclea in Thracia, Conſtantinopoli proxima. Sic etiam & in Libya nonnullæ, propriè Libyæ nomen ſibi adſciſcunt, ut Provincia Libyæ Pentapoleos, ut ſupra innuimus. Has autem generalia nomina propriè ſibi uſurpaſſe ob hanc cauſam exiſtimo, quod inde unaquæque pars initium ſibi ſumat, Europæum ex Thracia, Aſianum ex Thraceſio & pari ratione Libycum ex Pentapoli.

Roma-

Διῴκει δὲ ἡ Ῥώμη, καὶ Ἀλεξάνδρεια, καὶ ἡ Ἀντιόχεια τὰς ὑφ' ἑαυτὰς ἐνορίας οὕτω. μηδενὸς τολμῶντων τῶν τριῶν ἐπεμβαίνειν εἰς τὰς ἀλλήλων ἐνορίας, μήτε χειροτονεῖν, μήτ' ὅλως διοικεῖν ἱερατικὸν· διῃρήσαντο καθ' ἕνα τὰς ἐνορίας αὐτῶν εἰς Ἐξάρχους, εἰς Μητροπόλεις, εἰς Ἀρχιεπισκόπους, καὶ εἰς ἐπισκόπους· ἐπεὶ γὰρ ἀδύνατον ἦν αὐτοῖς δι' ἑαυτῶν τὰς πάσας ἐνορίας ἑαυτῶν διοικεῖν, καὶ ψηφίζεσθαι τοὺς ἐπισκόπους, καὶ χειροτονεῖν, καὶ ἐξετάζειν, καὶ δικάζειν, καὶ ἐρευνᾶν διὰ τὸ τῆς ὁδοῦ πολὺ μῆκος. διὰ τοῦτο ἐν μὲν ταῖς περιεχούσαις ἐπαρχίαις, καὶ χώραις ἐποίησαν Ἐξάρχους, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις ἐν μιᾷ ἑκάστῃ, ἕνα Μητροπολίτην, ἐπεὶ δὲ ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν πολλαὶ πόλεις εἰσὶν ἕνα μὲν ἐποίουν

Romanus vero, Alexandrinus, nec-non Antiochenus, ſuas Diœceſes, modo quo diximus gubernabant, cum nullus auderet in alterius Diœceſin pedem inferre, nec in ea ordinationes habere, nec quidquam aliud Sacrum diſponere, proprias Diœceſes unuſquiſque diviſerunt in Exarchos, Metropolitanos, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, cum haud fieri poſſet ut ipſi per ſe ipſos Parochiis ſuis omnibus modum imponerent, & ſeligerent Epiſcopos, & conſecrarent, & res quærerent, jura dicerent, & perveſtigarent propter itinerum longa intervalla. Propterea in eminentioribus Provinciis & regionibus Exarchos conſtituerunt in aliis Provinciis unum, in ſingulis Metropolitanum; cum vero ſub eadem Provincia multæ civitates ſint, unum quidem

μητροπολίτην, ὡς εἴρηται, τὸν ἐν τῇ κρείττονι πόλει τῆς ὅλης ἐπαρχίας, διὰ τὸ μητέρα πασῶν ὡσανεὶ εἶναι τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἐπαρχίαν πόλεων. διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ἀρχιερέα μητροπολίτην ἐκάλουν. ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ταῖς ἥττοσι πόλεσιν ἐποίουν ἐπισκόπους. εἰ δέ τινες ἦσαν πόλεις ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ καὶ αὐταὶ μέγισται, καὶ μικρὸν ἀποπίπτουσαι τῆς πρώτης, ἐποίουν ταύτας Ἀρχιεπισκοπάς· αἵ τινες οὐκ εἶχον ἐπισκοπὰς ὑφ' ἑαυτὰς, δύο γὰρ μητροπόλεις γίνεσθαι ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ ἀδόκιμον ἐκρίθη, εἰ μή που ὕστερον εἰς βασιλικὴν φιλοτιμίαν ἀποσπασθῇ τις ἐπισκοπὴ ἀπό τινος μητροπόλεως, καὶ τιμηθῇ μητρόπολις παρὰ τοῦ βασιλέως, ἢ Ἀρχιεπισκοπὴ διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐπισκόπου. καὶ αὕτη γὰρ καλεῖται μητρόπολις, εἰ καὶ μὴ

dem Metropolitanum, ut jam diximus in totius provinciæ ſpectabiliore Urbe, quod illa veluti mater reliquarum Urbium illius Provinciæ eſſet, ideoque & præſulem in ea metropolitanum nuncupabant; in aliis vilioribus Urbibus creabant Epiſcopos. Si quæ vero eſſent Urbes in eadem Provincia, & magnitudine præſtantes, & à prima illa parum differentes, in illis Archiepiſcopos conſtituebant, qui nullos ſub ſe Epiſcopos habebant. Siquidem duos in eadem provincia Metropolitanos eſſe haud probatum eſt; niſi poſtea Imperatoria liberalitate Epiſcopatus quiſpiam à ſua metropoli exciſus, in metropolis dignitatem aſſumptus fuerit; vel Archiepiſcopatus propter Epiſcopi, qui tunc vivebat, præſtantiam, & hæc quidem metropolis dicitur, licet nullas alias

ἔχει πόλεις ἄλλας ὑφ' ἑαυτὴν ἢ ἐπισκοπὰς, ὧν ἔσται μητρόπολις; οἱ μὲν οὖν Ἔξαρχοι τῶν ἐπαρχιῶν εἶχον τάχα ὑφ' ἑαυτοὺς τοὺς μητροπολίτας, καὶ ἐχειροτόνουν τούτους, ὁμοίως καὶ τοὺς Ἀρχιεπισκόπους, καὶ ἐδίκαζον αὐτούς; οἱ δὲ μητροπολῖται τοὺς ὑπὸ τὰς αὐτῶν ἐπαρχίας ἐπισκόπους. οἱ δὲ Ἔξαρχοι ὑπέκειντο ἕκαστοι τῇ οἰκείᾳ κεφαλῇ, καὶ τῷ μείζονι θρόνῳ. πάντες δὲ οὗτοι, οἵ τε Ἔξαρχοι, οἵ τε μητροπολῖται, οἵ τε Ἀρχιεπίσκοποι, καὶ οἱ ἐπίσκοποι ὑπέκειντο τῷ μείζονι ἕκαστος θρόνῳ, καὶ εἰ ἀπηρέσκοντο ταῖς κρίσεσι τῶν Ἐξάρχων, οἱ μητροπολῖται ἢ οἱ Ἀρχιεπίσκοποι, καὶ τῶν μητροπολιτῶν οἱ ἐπίσκοποι, ἀνεκλήτευον οἱ μὲν εἰς τὰ μείζονα, οἱ δὲ ἐπίσκοποι εἰς τὸν Ἔξαρχον, κἀκεῖθεν εἰς τὰ μείζονα καὶ εἰ τοῦτο ἤθελον. πῶς δὲ ὡς Ἔξαρχοι ἐκαλοῦντο καὶ Ἀρχιεπίσκοποι.

las alias urbes ſub ſe habeat, aut Epiſcopatus, quorum metropolis fuerit. Exarchi itaque Provinciarum ſub ſe, ut videtur, Metropolitanos habebant, eoſque ordinabant, ſimiliter & Archiepiſcopos, quibus jura dicebant, Metropolitani verò ſubditos ſibi in ea provincia Epiſcopos. Exarchi omnes proprio capiti, & ſuperiori Throno obnoxii erant. Omnes itaque hi Exarchi Metropolitani, Archiepiſcopi & Epiſcopi ſuperiori Throno ſubdebantur. Et ſi Exarchorum Judicia Metropolitanis aut Archiepiſcopis, & Metropolitanorum Epiſcopis non probabantur, hi quidem ad ſuprema appellabant, Epiſcopi ad Exarchum, indeque, ſi id adlibuiſſet, ad majorem: nuper etiam Exarchi vocabantur Archiepiſcopi.

Ῥητέον λοιπὸν πῶς αἱ τρεῖς αὗται μεγάλαι ἐκκλησίαι διώκουν τὰς ὑφ' ἑαυτὰς πάσας ἐκκλησίας· ἤγουν ἡ Ῥώμη, ἡ Ἀλεξάνδρεια, καὶ ἡ Ἀντιόχεια, καὶ πῶς ἰσότιμοι αὐταῖς, γεγόνασι καὶ αἱ λοιπαὶ δύο ἐκκλησίαι, ἡ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως καὶ ἡ τῆς Αἰλίας, ἤτοι τῶν Ἱεροσολύμων. Αἰλίαι γὰρ ἐκλήθησαν ὕστερον τὰ Ἱεροσόλυμα ἐκ τοῦ Αἰλίου Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος Ῥώμης. Οὗτος γὰρ ὕστερον πάλιν μετ' Οὐεσπασιανὸν, καὶ Τίτον πορθήσας τὰ Ἱεροσόλυμα διὰ τὸ πάλιν στασιάσαι τοὺς Ἰουδαίους, θυμωθεὶς, αὐτούς τε διεσκόρπισεν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὠνίως πωλήσας αὐτοὺς, καὶ τὸν καθ' ἕνα προστάξας πωλεῖσθαι ἐπ' ὀλίγῃ κριθῇ, καὶ τὴν πόλιν ἀνασκάψας, καὶ τὸν ναὸν, ἀνῳκοδόμησε τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, καὶ τὸν ναὸν, ὅπου καὶ τὸ οἰκεῖον εἴδωλον ἔστησεν εἰς προσκύνησιν, τὸ ὄντως βδέ-

Dicendum eſt præterea quomodo hæ tres magnæ Eccleſiæ, Romana nempe, Alexandrina, & Antiochena omnes quæ ſub ſe erant Eccleſias gubernabant, & quanam ratione pares in dignitate aliæ duæ Eccleſiæ Conſtantinopolitana & Æliana, ſive Hieroſolymitana, factæ ſint. Ælia namque poſtmodum ex Ælio Hadriano Romano Cæſare dicta eſt. Hic enim poſt Veſpaſianum & Titum expugnatis Hieroſolymis quod denuo Judæi rebellaſſent, ira percitus, eoſdem per omnem terram diſſipavit, vili pretio eos divendens cum ſingulis hordei parvam menſuram pretium ſtatuiſſet, & everſa Vrbe ac Templo, ſub proprio nomine Vrbem ac Templum reædificavit. In Templo proprium ſimulacrum, ut adoraretur, quod ſane fuerat abominatio deſolationis, appoſuit.

λυσμα τῆς ἐρημώσεως, καὶ προσέταξε τοῦ λοιποῦ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὀνόματος τὴν πόλιν καλεῖσθαι Αἰλίαν.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐτιμήθη καὶ ὁ θρόνος Ἱεροσολυμῶν ἀποσπασθεὶς τῆς ἐνορίας, καὶ ἐξουσίας Ἀλεξανδρέων, καὶ γέγονεν αὐτοκέφαλος, καὶ κεφαλὴ, καὶ ἰσότιμος τοῖς τρισὶ θρόνοις. πλὴν ἐτάχθη μετὰ τὸν Ἀντιοχείας τιμᾶσθαι, καὶ ἀναφέρεσθαι, καὶ καθῆσθαι. ἐκλήθη δὲ καὶ Πατριάρχης καὶ αὐτὸς ὁ Ἱεροσολύμων, καί τοι πρότερον ἐπίσκοπος ὢν τοῦ Καισαρείας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ. ἡ γὰρ Παλαιστίνη εἶχε μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν, ὑφ᾽ ἣν ἐτέλει τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπισκοπὴ οὖσα αὐτῆς, εἶχε δὲ καὶ ἑτέρας μητροπόλεις ἐχούσας ὑφ᾽ ἑαυτὰς διαφόρους ἐπισκοπὰς, ἤγουν δευτέραν τὴν Σκυθό-

ſuit; indeque inſtitutum ut proprio nomine in poſterum Vrbs Ælia nuncuparetur.

Poſtea thronus Hieroſolymitanus ex Diœceſi ac poteſtate Alexandrini avulſus, in dignitatem elatus, per ſe caput aliarum Eccleſiarum extitit & tribus aliis Thronis facultate par. Sancitum nihilominus eſt poſt Antiochenum honore frui, & referri in Diptychis, & ſedem occupare. Nomenque ſibi Patriarchæ Hieroſolymitanus habuit, licet antea Epiſcopus eſſet ſub Cæſarienſi Palæſtinæ, cum illius metropolis Cæſarea eſſet, & Cæſareæ Hieroſolyma, tanquam quæ Cæſareæ Epiſcopatus erat, ſubderentur. Habuit vero & alias metropoles quæ varios Epiſcopatus ſub ſe habebant, nempe ſecundam Scythopolim

Quædam deſunt.

πόλιν, ἤτοι Βασὰν, τρίτην τὴν Πέτραν, τετάρτην τὴν Βόστραν, ἤτοι Ἀραβίαν. ἔχει δὲ καὶ αὐτοκεφάλους ἐπισκοπὰς εἰκοσιπέντε, μὴ ἐχούσας ὑφ' ἑαυτὰς ἐπισκοπὰς, ὑπόκεινται δὲ τῷ θρόνῳ τῶν Ἱεροσολύμων. α΄. τὴν Διοσπόλεως, ἤτοι Γεωργίου πόλεως. β΄. τὴν Ἀσκάλωνος. γ΄. τὴν Ἰόππης. δ΄. τὴν Γάζης. ε΄. τὴν Ἀνθηδόνος. ς΄. τὴν Διοκλητιανουπόλεως. ζ΄. τὴν Ἐλευθερωπόλεως. η΄. τὴν Νεαπόλεως. θ΄. τὴν Σεβαστῆς. ι΄. τὴν Ἰορδάνου. ια΄. τὴν Τιβεριάδος. ιβ΄. τὴν Διοκαισαρείας. ιγ΄. τὴν Μαξιμιανουπόλεως. ιδ΄. τὴν Καπετολιάδος. ιε΄. τὴν Μύρου. ις΄. τὴν Γαδάρου. ιζ΄. τὴν τοῦ Ναζαρέτ. ιη΄. τὴν Θαβωρίου ὄρους. ιθ΄. τὴν Κυριακουπόλεως. κ΄. τὴν Ἀδρίας. κα΄. τὴν Γαβάλων. κβ΄. τὴν Αἰλίας. κγ΄. τὴν Φαρᾶς. κδ΄. τῆς Ἐλενουπόλεως. κε΄. τὴν τοῦ ὄρους Σινᾶ. Ἔμειναν οὖν αἱ τέσσαρες μεγά-

polim ſive Baſan, tertiam Petram quartam Boſtram, ſive Arabiam. Habet præterea & Archiepiſcopatus, nemini obnoxios, vigintiquinque nullis Epiſcopatibus nobiles, & qui ſubjacent Throno Hieroſolymitano. I. Dioſpolim, ſive Georgiupolim. II. Aſcalonem. III. Joppem. IV. Gazam. V. Anthedonem. VI. Diocletianupolim. VII. Eleutheropolim. VIII. Neapolim. IX. Sebaſtem. X. Jordanem. XI. Tiberiadem. XII. Diocæſaream. XIII. Maximianupolim. XIV. Capetoliadem. XV. Myrum. XVI. Gadarum. XVII. Nazaret. XVIII. Thaborium montem. XIX. Cyriacupolim. XX. Adriam. XXI. Gabalam. XXII. Æliam. XXIII. Pharas. XXIV. Helenupolim. XXV. Montem Syna; & ſic quatuor hæc ingentia ca-

-λαι αὗται κεφαλαὶ, ὁ Ῥώμης, ὁ Ἀλεξανδρείας, Πάπας ἑκάτερος ὀνομασθεὶς, εἶτα ὁ Ἀντιοχείας, εἶτα ὁ Ἱεροσολύμων Πατριάρχαι ἑκάτεροι ὀνομαζόμενοι. Κοινῷ μὲν οὖν ὀνόματι πάντες ἐπίσκοποι καὶ Ἀρχιερεῖς καὶ πατέρες καλοῦνται εἴτε μείζους εἴτε ἥττους, ἀλλὰ ἐκληρώσαντο οἱ μὲν τρεῖς πρῶτοι Πατριάρχαι λέγεσθαι Πάπας ἤγουν πατέρες, Πάπας γὰρ ἑρμηνεύεται πατὴρ, ἀλλὰ καὶ Ἀρχιεπίσκοποι λεχθήσονται. πλὴν ἔσχεν ἐξ ἔθους παλαιοῦ ὁ μὲν Ῥώμης ἰδικῶς καλεῖσθαι Πάπας, ὁμοίως καὶ Ἀλεξανδρείας Πάπας: ὁ δὲ καὶ Ἀντιοχείας Πατριάρχης ἀναγορεύεται πάσης τῆς Ἀνατολῆς, κατὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς κρατῆσαν ἔθος. ἐκλήθη δὲ καὶ Πατριάρχης, ὁ τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τοῦ πρότερον ἐπίσκοπος ὢν τῆς Καισαρείας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ. Φησὶν οὖν ὁ ἕκτος Κανὼν

tia capita permanſerunt, Romanus, Alexandrinus, uterque Papa vocatus; tum Antiochenus, tum Hieroſolymitanus, uterque Patriarcha nuncupatus. Communi utique nomine Epiſcopi, & Pontifices, patres vocabantur, ſive illi majores, ſive minores. Sed adepti ſunt tres primi Patriarchæ dici Papæ, patres ſcilicet. Papa enim notat patrem. Sed & Archiepiſcopi dicuntur. Nihilominus ex uſu antiquo id obtinuit, Romanum peculiariter dici Papam. Similiter & Alexandrinum Papam. Antiochenum verò Patriarcham; quapropter adhunc diem Antiochenus Patriarcha nuncupatur totius Orientis. Ita enim mos ex principio invaluit. Vocatus eſt etiam Patriarcha & ipſe Hieroſolymitanus licet Epiſcopus eſſet ſub Cæſarea in Palæſtina. Ait itaque ſextus Canon

τῆς ἐν Νικαίᾳ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπεὶ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνήθές ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισεν μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. ὁ δὲ ἕβδομος κανὼν τῆς αὐτῆς συνόδου περὶ τοῦ Αἰλίας, ἤτοι Ἱεροσολύμων φησίν. ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε, καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν Αἰλίας ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ ἐκείνου ἀξιώματος. τί δὲ ἐστι τοῦτο, ἡ Καισάρεια

ſanctæ & Oecumenicæ primæ Synodi Nicenæ, Antiquæ conſuetudines ſuum habeant robur, quæ ſunt in Ægypto, Libya, & Pentapoli, ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat facultatem, quandoquidem & Romanus Epiſcopus id ſuevit. Similiter & in Antiochia & aliis provinciis privilegia conſeruentur Eccleſiis. In univerſum vero illud patet omnibus, ſi quis renuente Metropolita Epiſcopus factus fuerit, hunc eundem magna Synodus decrevit non eſſe Epiſcopum. Septimus autem ejuſdem ſynodi Canon de Æliæ Hieroſolymorum Epiſcopo *hæc* habet: Cum conſuetudo invalverit, & traditio antiqua, Æliæ Epiſcopum in honore eſſe, habeat honoris ordinem, ſervata Metropoli propria dignitate. Quid porrò hoc eſt? Cæſarea, ut præſignificatum

ὡς δεδήλωται μητρόπολις ἦν τῆς Παλαιστίνης. εἶχε δὲ ἐπισκοπὴν τὰ Ἱεροσόλυμα. τοῦτο οὖν φησὶν ὁ κανὼν, ὅτι οὐ διὰ τὸ γενέσθαι τῆς Ἱερουσαλὴμ Πατριαρχεῖον, διὰ τοῦτο ἐλαττωθήσεται ἐκείνη τῆς οἰκείας τιμῆς, καὶ ἐπισκοπὴ γενήσεται ἀπὸ τοῦ εἶναι μητρόπολις ἐκπεσοῦσα. ἀλλὰ μένει καὶ οὕτω μητρόπολις, ἀλλ' ὑπὸ τῷ Πατριάρχῃ τῶν Ἱεροσολυμῶν, χειροτονήσει δὲ ὡς καὶ πρότερον αὐτὸς ὁ Καισαρείας τὸν Πατριάρχην Ἱεροσολυμῶν, καὶ ἕξει τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα αὕτη ἡ μητρόπολις ἀκαινοτόμητος. ἐπεὶ καὶ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, ὁ ἐν τῇ Θρακικῇ Ἡρακλείᾳ τῆς Εὐρώπης μητροπολίτης χειροτονεῖ Πατριάρχην. διότι τὸ Βιζάντιον ἐπισκοπὴ ἦν τοῦ Ἡρακλείας, καὶ αὐτὸς ὁ Ἡρακλείας ἐχειροτόνει τὸν Βιζαντίου ἐπίσκοπον ὅπου ἡ Κωνσταντινούπολις ἐκτίσθη ὕστερον. διὰ τὸν προγραφέντα οὖν κανόνα χειροτονεῖ

tum eſt, erat Palæſtinæ metropolis, & poſſidebat Epiſcopatum Hieroſolymorum. Hoc itaque ait Canon; Non propterea quod Hieroſolyma in Patriarchatum provecta ſunt, illa proprio honore minuetur, & à Metropoli in Epiſcopatum decidet, ſed hac etiam ratione manebit Metropolis: veruntamen ſub Hieroſolymitano Patriarcha. Conſecrabit verò, ut antea, Cæſarienſis Patriarcham Hieroſolymimitanum, & nulla re innovata, eadem Metropolis ſua potietur dignitate; cum & Conſtantinopolitanum Heracleenſis in Thracia Europæ Metropolita in Patriarcham promoveat, quod Heracleæ Epiſcopatus erat Byzantium, & ipſe Heracleenſis ordinabat Byzantinum Epiſcopum, ubi poſtea Conſtantinopolis exædificata eſt. Propter hunc igitur Canonem Heracle-

πόλιν ὁ Ἡρακλείας τῆς Κωνσταντινουπόλεως. ἀλλὰ περὶ τούτου ἑξῆς ὅσον οὔπω δηλωθήσεται, ὅπου περὶ τοῦ θρόνου Κωνσταντίνου πόλεως λέξωμεν, πῶς ἐτιμήθη καὶ αὐτὸς εἶναι Πατριαρχεῖον.

Quædam deſunt.

Εἰσὶ δὲ ἐπαρχίαι τινὲς αἱ οὐ τελοῦσι ὑπὸ τῶν μεγίστων θρόνων ὥσπερ καὶ ἡ νῆσος Κύπρος ἡ ἔμεινεν αὐτοκέφαλος παντελῶς· καὶ μηδενὶ θρόνῳ τῶν μεγίστων ὑποκειμένη, ἀλλ' αὐτεξούσιος οὖσα διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐν αὐτῇ τὸν Ἀπόστολον Βαρνάβαν ἔχοντα ἐπιστήθιον τὸ κατὰ Μάρκον ἅγιον Εὐαγγέλιον. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ ἐπισκοπαὶ δεκατρεῖς, ὧν προκάθηται ἡ λεγομένη Κωνσταντία. αἱ δὲ λοιπαὶ Κίτιον, Ἀμαθοῦς, Κούριον, Πάφοι, Ἀρσενόη, Σόλοι, Λάπηθος, Κυρηνία, Ταμασὸς, Κύθρης, Τερμιθὸς, Κάρπασος.

Ὁμοίως τῇ Κύπρῳ ἐστὶν αὐτοκέφαλος μὴ ὑποκειμένη τινὶ τῶν μεγίστων θρόνων, ἀλλ' αὐ-

racleenſis conſecrat. Sed de his infra ſtatim dicemus, cum de Throno Conſtantinopolitano ſermo incidet, quando & ille in Patriarchatum propromotus ſit.

Sunt vero quædam Provinciæ quæ non pendent à majoribus Thronis quemadmodum & inſula Cyprus manſit ſui Juris nullique Patriarcharum Throno ſubjecta, ſed Libera: quod in ea repertus ſit Barnabas Apoſtolus in pectore habens Evangelium ſecundum Marcum. Sunt in ipſa Epiſcopatus tredecim quorum primus eſt Conſtantia, reliqui, Citium, Amathus, Curium, Paphos, Arſenoë, Soli, Lapithus, Cyrenia, Tamaſus, Cythres, Trimithus, Carpaſus.

Æque ac Cyprus ſui Juris eſt, nulli ex maximis ſedibus ſubjecta, ſed libere

τεξούσιος ἀγομένη, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων χειροτονουμένη, καὶ ἡ Βουλγαρία μὴ οὖσα ἐξ ἀρχῆς Βουλγαρία. ὕστερον δὲ διὰ τὸ αὐτὴν ὑπὸ τῶν Βουλγάρων κυριευθῆναι λέγεται Βουλγαρία. Ἔμεινεν οὖν καὶ αὐτὴ αὐτοκέφαλος διὰ τὸ ὑπὸ βασιλικῆς ἐξουσίας ἀποσπασθῆναι τῆς χειρὸς τῶν Βουλγάρων, ἤτοι τοῦ βασιλέως Κύρου Βασιλείου τοῦ Πορφυρογεννήτου, καὶ μὴ ἀνατεθῆναι ποτὲ τῇ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως. διὸ καὶ ἕως τοῦ νῦν ἡ Κύπρος καὶ ἡ Βουλγαρία ὑπὸ μὲν τοῦ βασιλέως λαμβάνουσιν ἐπισκόπους. χειροτονοῦνται δὲ οὗτοι ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, ὡς εἴρηται, καὶ καλοῦνται Ἀρχιεπισκοπαὶ, ὡς αὐτοκέφαλοι. ἔχει δὲ καὶ ἡ Βουλγαρία ἐπισκοπὰς πλείους τῶν τριάκοντα, ὧν ὑπερκάθηται καὶ πόλις Ἀχρὶς ἐν τούτοις, καὶ τὰ περὶ τούτων.

Ὅτι γὰρ ἔδει τέλειον εἶναι τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας, ἧς μία

libere ſe gubernans, & à propriis Epiſcopis ordinationes accipiens Bulgaria, quæ à principio Bulgaria non erat; ſed cum poſtea a Bulgaris fuiſſet occupata, Bulgaria nomen ſibi adſcivit. Remanſit itaque & ipſa ſui Juris, quod ductu auſpicioque Imperatoris Baſilii Porphyrogenetæ, à Bulgarorum manibus fuiſſet erepta, & nunquam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſuppoſita. Quapropter adhæc uſque tempora Cyprus & Bulgaria ab Imperatore quidem accipiunt Epiſcopos, ordinantur verò hi propriis Epiſcopis, ut dictum eſt, vocanturque Archiepiſcopatus, tanquam qui ſui juris ſunt. Habet verò Epiſcopatus Bulgaria triginta & amplius, quorum primatum obtinet Achris & hæc quidem de his.

Sed cum perfectum Eccleſiæ Corpus eſſe *Quædam deſunt.*

 opor-

κεφαλὴ ὁ Χριστός. πᾶν δὲ σῶμα ταῖς πέντε διοικεῖται αἰσθήσεσιν, οὐ μὴν τέσσαρσιν, διὰ τοῦτο ᾠκονόμησε τὸ ἅγιον πνεῦμα πέντε γενέσθαι τὰ Πατριαρχεῖα, ἅτινα εἰσὶν, ἓν σῶμα καὶ μία ἐκκλησία, αἰσθήσεων λόγον ἐπεχόντων τῶν πέντε Πατριαρχείων. ὥσπερ γὰρ πᾶν σῶμα ζῶον ὑπὸ τῶν πέντε διοικεῖται αἰσθήσεων, εἰ δὲ λείπει μία τις τῶν αἰσθήσεων ἀτελὲς ἐστὶ τὸ σῶμα, οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ ἓν σῶμα οὖσα ἅπασα καὶ μία, τῇ εἰς Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ πίστει ἐστηριγμένη, ὑπὸ τῶν πέντε Πατριαρχῶν διοικεῖται, ὥσπερ ὑπὸ αἰσθήσεων. ποῖον δὲ Πατριαρχεῖον τὸ δὲ τυχὸν τῆς αἰσθήσεως ἐπέχει λόγον, καὶ ποῖον τῆς δε, οὐ τοῦ παρόντος λέγειν καιροῦ.

Ἐπεὶ οὖν ἔδει πέντε εἶναι τὰ Πατριαρχεῖα διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, διὰ τοῦτο πα-

oportebat, cnjus unum caput Chiſtus, ſingula vero corpora quinque ſenſibus gubernantur, & non quatuor, propterea ita diſpoſuit ſpiritus ſanctus, ut quinque eſſent Patriarchatus, qui unum corpus efficiunt, & unam Eccleſiam, ſenſuum vicem præſtantibus quinque Patriarchatibus. Quemadmodum enim Corpus animantis à quinque ſenſibus dirigitur, & ſi unus ex his defecerit Corpus imperfectum eſt, ſic & Eccleſia Chriſti, cum unum ſit Corpus univerſa, & una in Chriſtum Filium Dei fide firmata, a quinque Patriarchis, tanquam à quinque ſenſibus, dirigitur. Quinam vero Patriarchatus cujus ſenſus vicem ſuſtineant, non eſt præſentis temporis dicere.

Cum vero quinque eſſe Patriarchatus neceſſarium eſſet, ob cauſam jam dictam,

ρεκκίνησε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν δευτέραν σύνοδον, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τὴν κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου συναχθεῖσαν ἐπὶ τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, τοῦ ἐξ Ἱσπανίας παρόντων πάντων τῶν Ἀρχιερέων, καὶ τῶν μεγίστων θρόνων προκαθημένων, ἤγουν τοῦ Πάπα Ῥώμης, Δαμάσου, καὶ τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων, καὶ τοῦ Ἀντιοχείας προστάξαι διὰ κανόνος, ἔχειν καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν τὰ ἴσα πρεσβεῖα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. Φησὶ γοῦν ὁ τρίτος κανὼν τῆς αὐτῆς συνόδου τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον καὶ ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην.

Οὕτω καὶ ἡ τετάρτη οἰκουμενικὴ ἐν Χαλκηδόνι συναθροισθῆσα σύνοδος προστάττουσα ἀριθμὸν ἐπαρχιῶν

ctam, propterea movit ſpiritus ſanctus Sanctam & œcumenicam ſecundam ſynodum quæ contra Macedonium, ſpiritum ſanctum oppugnantem, ſub imperatore magno Theodoſio Hiſpano Conſtantinopoli coacta eſt, præſentibus omnibus præſulibus, & maximis ſedibus præſidentibus, Damaſo ſcilicet Romano, Alexandrino, Hieroſolymitano, & Antiocheno, præcipere ſcripto canone, Conſtantinopolim habere æqua privilegia cum ſeniori Roma. Ait itaque tertius Canon ejuſdem ſynodi, Conſtantinopolitanus civitatis Epiſcopus habeat privilegia honoris poſt Romanum Epiſcopum, eo quod ſit ipſa nova Roma.

Pari ratione quarta œcumenica ſynodus Chalcedone congregata, præſcribens numerum provinciarum, quæ Conſtantino-

ὀφειλουσῶν ὑποκεῖσθαι αὐτῷ, ἐμνήσθη πρὸς ἔπος εἰποῦσα, καὶ τὴν αἰτίαν ὡς εὐλογωτάτην; Φησὶ γοῦν ὁ εἰκοστὸς ὄγδοος κανὼν τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου, πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν συναχθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει Νέᾳ Ῥώμῃ γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομεν καὶ ψηφίζομεν περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως Νέας Ῥώμης; καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα; τῷ αὐτῷ οὖν σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένει-

tinopolitano ſubeſſe debebant iſtam ſuperioritatis cauſam ut optimam, appoſite & ad verbum commemoravit. Dicit enim vigeſimus octavus Canon iſtius ſanctę ſynodi; Ubique ſanctorum patrum definitiones ſequentes, & canonem qui nuper lectus eſt Centum & quinquaginta Deo amantiſſimorum Epiſcoporum qui congregati ſunt, ſub piæ memoriæ imperatore Theodoſio Magno, in regia civitate Conſtantinopoli nova Roma, agnoſcentes, eadem quoque & nos definimus & conſtituimus de privilegiis ejuſdem ſanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ novæ Romæ. Etenim ſedi ſenioris Romæ, quod urbs illa imperaret, patres jure privilegia tribuerunt. Et eadem conſideratione moti centum quinquaginta Deo amantiſſimi Epiſcopi, æqua privilegia tribuerunt

ſanctiſ-

μαν τῷ τῆς Νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην οὖσαν, καὶ ὥστε τοὺς τῆς Ποντικῆς, καὶ τῆς Ἀσιανῆς, καὶ τῆς Θρᾳκικῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου θρόνου ἁγιωτάτου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας; δηλαδὴ ἑκάστου μητροπολίτου τῶν προειρημένων διοικήσεων μετὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται, χειροτονεῖσθαι δὲ εἴρηται μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμ-

ſanctiſſimæ ſedi novæ Romæ, recte judicantes urbem quæ & Imperio & Senatu honorata ſit, & æqualibus cum priore regia Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis non ſecus ac illa magnifieri ac extolli, ſecundam poſt illam exiſtentem ; ut & Ponticæ, & Aſianæ, & Thraciæ diœceſeos metropolitani ſoli, præterea & qui ſunt in Barbarico Epiſcopi prædictarum diœceſeon ordinentur à ſanctiſſimo prædicto Throno ſanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Nimirum unoquoque metropolita earum ipſarum diœceſeon una cum Epiſcopis Provinciæ ordinante Provinciæ Epiſcopos, ut divinis canonibus promulgatum eſt. Metropolitas vero diœceſeon earum, ordinari à Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, electionibus convenientibus ſecundum

Hh morem

φώνων κατὰ τὸ ἔθος γινομένων καὶ ἐπὶ αὐτὸν ἀναφερομένων.

Ὁρᾷς ὅπως ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος περιφανῶς ἐλέγχονται ληροῦντες οἱ λέγοντες προτιμηθῆναι τὴν Ῥώμην, διὰ τὸν ἅγιον Πέτρον. Ἰδοὺ γὰρ περιφανῶς ὁ κανὼν οὗτος τῆς ἁγίας συνόδου φησὶ διὰ τὸ εἶναι τὴν Ῥώμην βασιλείαν, ἔχειν τὴν προτίμησιν; μέχρι γὰρ τότε καὶ ἐπὶ πολλοῖς χρόνοις βασιλεὺς ἐκεῖσε ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως βασιλείας ἐπέμπετο. ἐπεὶ δὲ ἐπαυτόθη τὸ εἶναι βασίλισσα διὰ τὸ ἀλλοφύλων αἰχμαλωτισθῆναι καὶ βαρβάρων ἐθνῶν Γοτθικῶν, καὶ νῦν ὑπ' ἐκείνων κατέχεσθαι δῆθεν ὡς ἐκπεσοῦσα τῆς βασιλείας ἐκείνης, ἐκπίπτει καὶ τῶν πρωτείων. ἦν γὰρ ἀπὸ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς δευτέρας συνόδου δευτέρα ἡ Κωνσταντινούπολις, ὁμοίως καὶ ἀπὸ τῆς τετάρτης συνόδου, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τῆς ἕκτης οἰκουμενικῆς

morem factis & ad illum perlatis.

Vides ex hoc canone palam uti male feriatos redargui eos qui dicunt primos honores Romam conſequutam propter Divum Petrum; ecce enim Canon hic ſanctæ ſynodi dicit, quod Roma imperat, ideo eam habere præeminentiam; ad ea enim tempora, & poſt multos annos à Conſtantinopolitano imperatore eo imperator mittebatur; quando vero ceſſavit eſſe imperatrix quod ab exteris ſervitute mancipata fuerit, & à barbaris gentibus, & Gotthis & nunc quoque ſub illis eſt tanquam quæ imperio ecciderit, eccidit quoque & privilegiis & primatu. Conſtantinopolis quippe ſecundum locum occupavit decretis ſanctæ ſecundę œcumenicæ ſynodi Conſtantinopolitanæ, ſicut & quartæ, & ſextæ ſynodi œcumenicæ.

συνόδου. ἐν ᾗ καὶ ἡ τάξις ἑνὸς ἑκάστου θρόνου ἀπηρίθμηται. μετὰ γὰρ τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ἐτάχθη τρίτος ὁ Ἀλεξανδρείας, μετὰ δὲ τοῦτον ὁ Ἀντιοχείας, καὶ πέμπτος ὁ Ἱεροσολύμων. Ἐπεὶ οὖν ἡ Ῥώμη ἐξέπεσε τῆς οἰκείας βασιλείας δι' ἣν καὶ προετιμᾶτο, καὶ νῦν ὑπὸ βαρβάρους τελεῖ, ἐκπέπτωκε πάντως καὶ τῶν πρωτείων. ὡς γὰρ βασιλεύουσα ταῦτα εἶχε, καὶ ἔμεινε πρῶτος ὁ τῆς ἀληθῶς βασιλευούσης Κωνσταντίνου πόλεως θρόνος, ὡς τοῦ πρώτου παυθέντος βασιλεύειν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀποσχισθέντος τῶν λοιπῶν θρόνων; Φησὶ γοῦν ὁ τριακοστὸς ἕκτος κανὼν τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, ἀνανεούμενοι τὰ παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων τῶν ἐν τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει συνελθόντων καὶ τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα συναθροισθέντων νομοθετηθέντα

menicæ. In qua numeratur ordo ſingulorum Thronorum. Nam poſt Conſtantinopolitanum , tertius ſtatuitur Alexandrinus, poſt illum Antiochenus , & poſtremus Hieroſolymitanus. Quoniam vero Roma eccidit proprio imperio & dignitate regia, propter quam ut prima honorabatur & nunc Barbaris ſubjecta eſt, eccidit omnino privilegiis, & prærogativis, ea enim ut imperans habuit,& remanſit vere imperantis Conſtantinopolis Thronus, primo imperare deſinente, imo ab aliis cæteris Thronis avulſo & abſciſſo. Dicit enim trigeſimus ſextus Canon ſanctæ ſextæ ſynodi œcumenicæ, Renovantes ea quæ à ſanctis centum & quinquaginta Patribus in hac Dei obſervatrice & regia urbe convenerunt, & ſexcentorum triginta qui Chalcedone convenere conſtituta

ὁρίζομεν ὥστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνου. καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πράγμασι. Δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα, μεθ' ὃν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως ἀριθμείσθω θρόνος, εἶτα ὁ Ἀντιοχείας μεγαλοπόλεως. Καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τῆς Ἱεροσολύμων πόλεως. Ὁρᾷς ὅπως κατὰ τὰς βασιλείας ἔταξαν καὶ τοὺς θρόνους, πρῶτον μὲν τὰς δύο βασιλίδας πόλεις, τὴν παλαιὰν Ῥώμην καὶ τὴν Νέαν, εἶτα ἐπεὶ μείζων γέγονε βασιλεία ἐν Αἰγύπτῳ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ βασιλείας, ἐτάχθη τρίτος ὁ Ἀλεξανδρείας. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις γέγονε βασιλεία, ὁ δὲ θρόνος αὐτῆς ἥττον ἦν τοῦ Ἀντιοχείας, διὰ τὸ καὶ τὸν κορυφαῖον Πέτρον πρῶτον ἐπισκοπῆσαι ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἀλλὰ καὶ ἡ Παλαιστίνη μέρος ἦν τῆς Ἀλεξαν-

ſtituta ſunt, decernimus ut Conſtantinopolitanus Thronus æqualia privilegia cum antiquæ Romæ Throno obtineat, & in Eccleſiaſticis negotiis ut ille magni fiat, ut qui ſit ſecundus poſt illum; Poſtquem magnæ Alexandrinorum civitatis Thronus numeratur; deinde Antiochiæ; Et poſt eum Hieroſolymæ civitatis. Vides quomodo ſecundum imperia Thronos conſtituant primo in duabus Regiis urbibus veteri & nova Roma; deinde quia imperium Ægypti Antiocheno majus erat, tertius Thronus Alexandriæ conſtitutus eſt; quia vero contigit Hieroſolymam ipſam etiam regnare, Thronus vero illius minor fuit Antiocheno, & quia Coriphæus Petrus primo fuit Epiſcopus Antiochiæ, & quia Palæſtina pars fuit Alexandriæ

δρείας, ὡς Λυβύη οὖσα καὶ αὐτὴ,
καὶ ἐξ αὐτῆς ἀπεσπάσθη, διὰ
τοῦτο μικροτέρα τῶν λοιπῶν
ἐστὶν ἡ ἐνορία αὐτῆς. ὅτι δὲ καὶ
ὕστερον γέγονε Πατριαρχεῖον,
εἰκότως ἐτάχθη μετὰ τὴν Ἀν-
τιόχειαν. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς
τάξεως τῶν πέντε Πατριαρ-
χῶν καὶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν.
Ἐκλήθησαν γὰρ καὶ ὁ Ἱερο-
σολύμων καὶ ὁ Κωνσταντινου-
πόλεως καὶ Ἀρχιεπίσκοποι
καὶ Πατριάρχαι. Ἀρχιεπί-
σκοποι μὲν, ὡς ἐπίσκοποι
πρῶτον ὄντες, εἶτα Αὐτοκέ-
φαλοι γινόμενοι καὶ αὐτε-
ξούσιοι. Πατριάρχαι δὲ ὡς
ἐπίσως τιμηθέντες τοῖς προ-
τέροις τρισὶ Πατριάρχαις
καὶ τῆς αὐτῆς τιμῆς καὶ
καθέδρας ἀξιωθέντες, διὸ
καὶ ὁ Πατριάρχης Κων-
σταντινουπόλεως ὑπογράφει
Ἀρχιεπίσκοπος Νέας Ῥώ-
μης καὶ οἰκουμενικὸς Πα-
τριάρχης; ἐπεὶ γὰρ ἔλαβε

driæ ut Lybycæ, & ab il-
lis abſciſſa, propterea
illius Limites ſunt alio-
rum Thronorum Limiti-
bus multo anguſtiores.
Denique quia ultimo Pa-
triarchatum obtinuit, id-
eò jure ac merito poſt
Antiochenum collocatur.
Et hæc quidèm de ordi-
ne quinque Patriarcha-
rum & eorum nominibus.
Vocati ſunt enim Hiero-
ſolymitanus & Conſtanti-
nopolitanus, Archiepi-
ſcopi & Patriarchæ; Ar-
chiepiſcopi quidem, ut
qui primò fuerint Epiſco-
pi, ſed poſtea facti liberi,
& ſui prorſus juris & ar-
bitrii. Patriarchæ vero ut
æqualibus privilegiis de-
corati quibus tres alii Pa-
triarchæ & digni habiti qui
eadem ſede & honore
fruerentur. Ideo Patriar-
cha Conſtantinopolitanus
ſubſcribit his titulis quas
conſignat Literas, Archi-
epiſcopus novæ Romæ
& patriarcha œcumenicus;

 quando-

τὰ πρεσβεῖα καὶ τὰ προνόμια τῆς Ῥώμης; βασίλισσα γὰρ ἡ Ῥώμη ἦν τῆς οἰκουμένης πρότερον, εἶτα πάλιν ὕστερον ἡ Κωνσταντινούπολις, εἰκότως. καὶ ὁ Πάππας οἰκουμενικὸς, καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως οἰκουμενικὸς, οὐ μὴν καὶ οἱ ἄλλοι τρεῖς οἰκουμενικοὶ, διὸ καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης ἀναγορεύεται ὁ Κωνσταντινουπόλεως. ὥσπερ δὲ προνόμιον εἶχε ὁ Ῥώμης τὰς ἐγκλήτους τὰς κατὰ τῶν ἄλλων Πατριαρχῶν γινομένας καὶ τὰς κατηγορίας δικάζειν, ἐπεὶ καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἔλαβε τὰ τῆς Ῥώμης προνόμια, εἰκότως ἐστὶ καὶ οὗτος δύναται δικάζειν τοὺς προειρημένους τρεῖς Πατριάρχας.

Ζητητέον δὲ λοιπὸν ἐστὶ περὶ τῶν ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων τῶν ὑποτεθεισῶν τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πῶς ὑπετέθησαν. πρῶτον μὲν ἀπεσπάσθησαν οἱ τῇ τετάρτῃ συνόδῳ μνημονευόμενοι μητροπολῖται, καὶ

quandoquidem obtinuit privilegia & primatum Romæ. Regina quippe totius orbis primo erat Roma, Deinde ultimo Conſtantinopolis. Ideo Romanus & Conſtantinopolitanus jure dicuntur œcumenici; alii vero tres patriarchę œcumenici non vocandi. Propterea ergo Conſtantinopolitanus dicitur Patriarcha œcumenicus. Sicut ergo Romanus Privilegium habuit appellationes contra alios Patriarchas & accuſationes judicare; quandoquidem Conſtantinopolitanus privilegia Romani adeptus eſt, merito poteſt jura reddere tribus prædictis Patriarchis.

Quærendum porro eſt de provinciis & urbibus Throno Conſtantinopolitano ſubjectis, & quomodo ſe ſubjecerint. Primum quidem avulſi ſunt qui in quarta ſynodo memorantur metropolitani &

Epiſco-

ἐπίσκοποι, καὶ λοιποὶ ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ διοικήσει τῇ ὑπὸ τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ ἐν τῇ δυτικῇ τῇ ὑπὸ τοῦ Ῥώμης. δύο γὰρ Ἔξαρχοι τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, οἱ περιέχοντες τῶν ἄλλων μητροπολιτῶν, τῶν ὑπὸ τὴν αὐτῶν διακράτησιν, ὑπέκυψαν αὐτίκα σὺν τοῖς ὑπ' αὐτῶν μητροπολίταις τῷ Κωνσταντινουπόλεως, ἤτοι ὁ Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ ὁ Ἐφέσου τῆς Ἀσίας, καὶ ἐκ τότε ἔμειναν ὑπὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως. τίνες δὲ οὗτοι καὶ πόσοι ὕστερον ἐκθησόμεθα. πάλιν ἀπὸ τῆς δυτικῆς διοικήσεως δύο Ἔξαρχοι ὁμοίως ὑπέκυψαν τότε τῷ Κωνσταντινουπόλεως περιέχοντες τῶν λοιπῶν μητροπολιτῶν, τῶν ὑπὸ τὴν αὐτῶν διοίκησιν. ὁ Θεσσαλονίκης καὶ ὁ Κορίνθου, καὶ ἠκολούθησαν τούτοις καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς μητροπολῖται, καὶ Ἀρχιεπίσκοποι, καὶ οὗτοι ὑπὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως. ἀλλὰ καὶ οὗτοι τίνες καὶ πόσοι ἐροῦμεν. ἀλλὰ καὶ ἡ Σι-

Epiſcopi & reliqui in Oriente, & Diœceſi, quæ erat Antiocheno, & in occidentali, Romano obnoxia. Namque duo Exarchi Orientalis Diœceſeos, qui aliis Metropolitis ſub eorum ditione præcellunt ſtatim ſe ſubmiſerunt cum Metropolitanis ſibi ſubjectis Conſtantinopolitano, Cæſarienſis ſcilicet Cappadociæ, & Epheſinus in Aſia, & ex eo tempore ſemper ſub Conſtantinopolitano fuerunt. Quinam vero hi fuerint & quot, infra dicemus. Rurſus ex occidentali Diœceſi duo Exarchi ſimiliter reliquis Metropolitis ſubjectis multò præſtantiores, Conſtantinopolitano ſe ſubjecerunt: Theſſalonicenſis nempe & Corinthius: quos ſequuti ſunt metropolitæ reliqui & Archiepiſcopi, qui ſub illis erant. Sed & hi quinam & quot fuerint infra proſequemur. Sicilia præterea

Digitized by Google

κελία μετὰ ταῦτα, καὶ ἡ Καλαβρία γέγονεν ὑπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἡ ἁγία Σεβερίνη, ἡ καὶ Νικόπολις καλουμένη. εἶχε δὲ ἡ Σικελία πᾶσα ἕνα μητροπολίτην τῆς Συρακούσης, αἱ δὲ ἄλλαι πᾶσαι ἐκκλησίαι τῆς Σικελίας ἐπισκοπαὶ ἦσαν τοῦ Συρακούσης, καὶ αὐτὸ τὸ Πάνορμον, καὶ τὰ Θερμὰ, καὶ τὸ Κεφαλούδιον, καὶ τὰ λοιπά. ἡ δὲ Καλαβρία πάλιν ἕνα μητροπολίτην τῆς Ῥηγίου. εἶχε δὲ τὰς ἄλλας ἐκκλησίας ἐπισκοπὰς ὑφ' ἑαυτὴν, ἤγουν τὴν Ταυριάνην, ὅπου ὁ ἅγιος Φαντῖνος τὸ Μοναστήριον, τὴν Βιβώνην, ἀνθ' ἧς νῦν τὸ Μίλιτον, τὴν Κωνστάντιαν, τὴν καὶ Κουσεντίαν νῦν λεγομένην, καὶ τὰς λοιπὰς πάσας, τὰς ὑπὸ τὴν Καλαβρίαν. ἦν δὲ καὶ ἡ ἁγία Σεβερίνη μητρόπολις ἔχουσα καὶ αὐτὴ διαφόρους ἐπισκοπὰς, ὡς τὴν Καλλιούπολιν, τὰ Ἄσυλα, τὴν Ἀκεροντίαν, καὶ τὰς λοιπὰς, καὶ εἰσὶν ἀναγεγραμμέναι καὶ αὐταὶ

terea & Calabria ſe Conſtantinopolitano ſuppoſuerunt, & ſancta Severina, quæ & Nicopolis dicitur. Sicilia autem Univerſa unum Metropolitam habet Syracuſanum; reliquæ vero Siciliæ Eccleſiæ Syracuſani erant Epiſcopatus, etiam ipſe Panormus & Therma, & Cephalundium, & reliquæ. Calabria quoque unum Metropolitam Rheginum, reliquas vero Eccleſias Epiſcopatus ſibi vendicabat; Taurianam in qua ſancti Fantini Monaſterium eſt: Bibonem cujus locum occupavit Miletum; Conſtantiam, quæ Coſentia nunc dicitur; & reliquas omnes, Calabriæ ſubjectas. Erat & ſancta Severina Metropolis, habens & ipſa ſub ſe varios Epiſcopatus, Callipolin, Aſyla, Acherontiam, & reliquas; & ſunt hæ Ec-

αἱ ἐκκλησίαι ἐν τοῖς Τακτικοῖς τοῦ Νομοκανόνου ἐν τοῖς θρόνοις Κωνσταντινουπόλεως. ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ Κατάνη ἐπισκοπὴ οὖσα τὸ παλαιὸν τῆς Συρακούσης ἐτιμήθη παρὰ τῶν βασιλέων διὰ τὸν ἅγιον Λεόντιον τὸν ταύτης ἐπίσκοπον, εἰς Ἀρχιεπισκοπήν. διὸ καὶ οὐδὲ ἔχει ἐπισκοπὰς ὑφ᾽ ἑαυτήν. πλὴν ἐν τοῖς Τακτικοῖς ἀριθμεῖται καὶ αὐτὴ ἐν τοῖς θρόνοις Κωνσταντινουπόλεως. προσετέθησαν γοῦν καὶ ὁ τῆς Σικελίας θρόνος, καὶ ὁ τῆς Καλαβρίας, καὶ ὁ τῆς Ἁγίας Σεβερίνης τῷ Κωνσταντινουπόλεως, ἀποσπασθέντες τῆς Ῥώμης, ὅτι βάρβαροι κατέσχον τὸν Πάπαν, καὶ τὴν Ῥώμην ᾐχμαλώτευσαν καὶ ἰδιοποιήσαντο· ὥσπερ καὶ ἡ Κρήτη ὑπὸ τὸν Ῥώμην οὖσα, ὑπὸ τὸν Κωνσταντινουπόλεως γέγονε. πλὴν περὶ τούτων ὁ Πάπας εὑρίσκεται κατέχων μέρη τινὰ εὐτελῆ καὶ ἐπισκοπὰς ἐκ μέρους τινὰς ἐν

hæ Eccleſiæ deſcriptæ in Tacticis Nomocanonis ſub Throno Conſtantinopolitano, ſed & Catanea ipſa antiquitus cum eſſet Epiſcopatus propter ſanctum Leonem, ejuſdem Epiſcopum, ab Imperatoribus ad Archiepiſcopatum evecta eſt: qua propter nullum ipſa ſub ſe Epiſcopatum habet, licet eadem in Tacticis inter ſedes Conſtantinopolitano ſubjectas adnumeretur: Adnexę itaque Siciliȩ, Calabriæ, Sanctæque Severinæ ſedes Throno Conſtantinopolitano, à Romano avulſæ, cum Barbari deprehenſo Papa Romam ſpolium factam in proprios uſus converterunt: quemadmodum & Creta, ſub Romano cum eſſet, ſub Conſtantinopolitano facta eſt. Nihilominus Pontifex viles quaſdam partes, & Epiſcopatus non nullos in Si-

Σικελίᾳ, καὶ Καλαβρίᾳ, τὰς γὰρ μητροπόλεις καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς ἐξολοκλήρου κατεῖχεν ὁ Κωνσταντινουπόλεως, μέχρι τῆς τῶν Φράγκων ἐλεύσεως. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Λογγιβαρδίᾳ, τῇ Ἀπουλίᾳ, καὶ πάσαις ταῖς ἐκεῖ χώραις, τὰς μὲν παραλίας μητροπόλεις εὑρίσκεται πρώην κατέχων ὁ Κωνσταντινουπόλεως, τὰς δὲ λοιπὰς ὁ Ῥώμης. ὡς καὶ ταύτας τὰς χώρας οἱ δύο ἀνὰ μέρος κρατεῖν. αὐτίκα γὰρ ὁ Μελῳδὸς καὶ Ποιητὴς Κύριος Μάρκος εὑρίσκεται ἐν Ἰδρουντῷ σταλεὶς μητροπολίτης παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως. ἐπεὶ γὰρ τὸ Δουκάτον πάσης Λογγιβαρδίας τῆς παλαιᾶς Ἑλλάδος οὔσης ἦν ὑπὸ τὸν βασιλέα Κωνσταντινουπόλεως, ὁ δὲ Πάπας κεχωρισμένος ἦν, καὶ ὑπὸ ἕτερα ἔθνη δῆθεν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Πατριάρχης εἶχε τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὸ Βρουντήσιον γὰρ καὶ ἡ Τέρεντος ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἐδέχοντο Ἱερεῖς,

cilia & Calabria habere deprehenditur. Metropoles enim & Urbes in eadem illuſtriores ac digniores Conſtantinopolitanus poſſidebat uſque ad Francorum adventum. Sic etiam in Longobardia & Apulia & in omnibus iis regionibus maritimas metropoles antea poſſidebat Conſtantinopolitanus, reliquas Romanus; ut regiones illæ per partes poſſiderentur. Namque Melodus ac Poëta Dominus Marcus, Hidruntum à Conſtántinopolitano miſſus fuiſſe comperitur. Cum autem univerſæ Longobardiæ Ducatus, quæ vetus Hellas erat, ſub Imperatore erat Conſtantinopolitano, Papa vero ſeparatus ſub aliis Gentibus vivebat, propterea Patriarcha Eccleſias obtinebat: nam Brunduſium & Tarentum à Conſtantinopolitano Sacerdotes accipiebant: idque nullum

σου. πῶς ἐξέπεσεν ὁ Διάβολος εἰπὼν, θήσω τὸν θρόνον μου ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ· εἰ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν ἐκ θεοῦ ἐστὶ, πῶς ἀπώλοντο Σόδομα, καὶ Γόμορρα αὐτοῖς ἔργοις, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτῶν; Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε, πῶς ὁ κόσμος ἀπώλετο. καὶ πῶς ἑβδομήκοντα δύο φυλῶν οὔσης τῆς γενεᾶς τῶν Μουσουλμανῶν, ἡ μία ἐστὶν, ὡς λέγετε, τῆς παραδείσου; καὶ αἱ ἄλλαι τῶν κολάσεων. ὁρᾷς ὅτι ἀπὸ τῶν λόγων ψεύδεσαι; καὶ οὔτε ὡς σὺ λέγεις ἐστὶν τοῦ θεοῦ τὸ Κουράνιόν σου, οὔτε ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατῆλθεν, ὡς ληροῖς. καὶ γὰρ ἄδικον ποιεῖς τὸν θεὸν λέγων, ὅτι τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ πονηρὸν ἐκ θεοῦ ἐστίν. ὁ γὰρ θεὸς κρίνει τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ πονηρὸν, καὶ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀξίως.

& ejectus fuit? Quare cecidit & ruit Diabolus dicens collocabo Thronum meum ſuper nubes cœli, & ero ſimilis Altiſſimo. Si malum & bonum habent Deum Authorem, quare operibus ſuis vaſtatæ ſunt Sodoma & Gomorrha, & in peccato ſuo perierunt? Similiter temporibus Diluvii Noë, quare periit mundus? Et quare ſeptuaginta duarum tribuum & familiarum generationis Muſulmanicæ, unica tantum ut aſſeritis Paradiſum conſequetur, aliæ verò pœnis & ſuppliciis adjudicabuntur? Vides quomodo mentiaris, & Coranum tuum nec à Deo originem habere, nec è cœlo deſcendiſſe, ut delirus aſſeris. Nam Deum ipſum injuſtum fingis, dicens bonum & malum, à Deo originem habere. Sed judicat bonum & malum, & convenienter reddit unicuique ſecundũ opera ſua.

Λέγεις, ὅστις οὐ πλύνει τὴν καθέδραν του, εἶτα τὸ στόμα του, εἰς παράδεισον οὐκ εἰσέρχεται, καθὼς διαλαμβάνει τὸ Κουράνιον σου. καὶ αὖθις φησί. ὅτι ὁ τρώγων χοίρειον κρέας, οὐκ εἰσέρχεται εἰς παράδεισον, ὅτι μιαίνεται ὁ παράδεισος τοῦ θεοῦ. καὶ πάλιν, ὁ μέλλων λαβεῖν γυναῖκα, ἐνώπιον δέκα μαρτύρων λαβέτω αὐτὴν, ἵνα δικαία ἐστὶν αὕτη ἡ πρᾶξις. πῶς δέκα μαρτυρίας διὰ γυναῖκα ζητεῖς, καὶ διὰ τὸν προφήτην σου οὐδένα, τὸν συντυχόντα τῷ θεῷ στόμα πρὸς στόμα. λοιπὸν, οὔτε τὸν θεὸν γινώσκετε, οὔτε προφήτην, οὔτε Ἀπόστολον, οὔτε σημεῖα οἴδατε, οὔτε τέρατα. οὔτε τὸ Κουράνιον ὑμῶν ἐστὶν λόγος τοῦ θεοῦ, ὅτι θεὸν οὐ γινώσκετε. ὅτι οὐχ' εὗρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου ὄνομα τοῦ δρῶντος

Dicis qui non lavat anum, & poſtea os ſuum, non poteſt ingredi Paradiſum, ut ſtatuit & cenſet tuus Alcoranus; & rurſus aſſerit, eum qui carnem ſuillam comedit, non adepturum beatitudinem Paradiſi, quia tunc Paradiſus Dei contaminaretur. Et rurſus dicis quod qui uxorem ſit ducturus, debet illam ducere præſentibus decem teſtibus, ut totum iſtud negotium legitimum habeatur. Quare vero decem teſtimonia ad uxorem marito legitime copulandum requiris, nullum vero ad aſſerendam dignitatem Prophetæ tui, qui ore ad os cum Deo eſt colloquutus. Cæterum, neque Deum noſtis, nec Prophetam, nec Apoſtolum, nec ſigna noſtis, nec miracula, neque Coranus veſter eſt verbum Dei. Et revera Deum non noſtis, nam in Corano veſtro non inveni nomen

καὶ λογικοῦ θεοῦ, καὶ ἀθανάτου, εἰ μὴ ὄνομα θεοῦ, ὃν οἱ Ἀῤῥαβες πρὸ τοῦ Μουχάμετ ἐπίστευσαν, ὅς ἐστιν ὁ ἑωσφόρος ἀστήρ. οὐκ ἔχεις προφήτην, ὅτι οὐκ ἔδειξας μοι περὶ τῆς προφητείας αὐτοῦ ποῦ γράφη, καθὼς ἔχομεν ἡμεῖς τὰς τῶν προφητῶν προφητείας, ἐν αἷς εἶπον περὶ τῶν προγεγονότων, καὶ τῶν μελλόντων πρὸ τοῦ ἰδεῖν χρυσοχόου ἔργον, ἢ γραμματικόν. ἀλλ' οὐδὲ Ἀπόστολος ἦν, οὔτε προφήτης ὁ Μουχάμετ, ὅτι οὐκ οἴδαμεν αὐτὸν ἀναβάντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἢ καταβάντα. συμμαρτυρεῖς, ὅτι Ἄγγελος Κυρίου ἔρχεται εἰς τὸν Μουχαμέτ. καὶ λοιπὸν ὁ Ἄγγελος ἐστὶν Ἀπόστολος, καὶ ὁ Μουχάμετ οὐδέν. οὐδὲ σημεῖα καὶ τέρατα οἴδατε ἐξ αὐτοῦ. ὅτι οὐδὲν εὗρον αὐτὸν λόγον θεοῦ, εἰ μὴ πλαστὰ καὶ βέβηλα

men creatoris, rationalis, & immortalis Dei, ſed tantum nomen Dei quem Arabes colebant ante adventum Muhammedis, nimirum Phoſphorum ſeu Aſtrum matutinum. Non habes Prophetam, nam nihil oſtendiſti quod ſpectaret illius Prophetiam, & ubi ſcripta legeretur, ſicut nos habemus vaticinia Prophetarum in quibus præterita & futura narrant, antequam vidiſſent opus aliquod fuſum, vel ſcriptum unde illa haurire poſſent. Sed nec Apoſtolus nec Propheta fuit Muhammed. Nam non nobis conſtat illum aſcendiſſe in cœlos vel deſcendiſſe. Teſtaris quidem Angelum Dei veniſſe ad Muhammedem, & ſic ſequeretur Angelum fuiſſe Apoſtolum, non vero Muhammedem ipſum. Nec ſigna nec miracula ab illo patrata, poteſtis proferre ex ipſo Corano.

Digitized by Google

λόγια. καὶ πῶς, εἰπέ μοι, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἡνώθη τῷ χαρτίῳ, ἤγουν τῷ Κουρανίῳ σου, καὶ τῷ τομαρίῳ, ἵνα ὑπάρχῃ τὸ Κουράνιον σου λόγος συνάρχος τοῦ θεοῦ. κατὰ τὴν ὁδὸν μικρὰ παιδία κρατοῦντα τὸ Κουράνιον σου. καὶ ἐν τῷ μέλλειν αὐτῶν τῶν παιδίων καθ' ἑκάστην ἐξέρχεσθαι διὰ χρείαν αὐτῶν, ἔθεντο πλησίον αὐτῶν καὶ τὸ Κουράνιον σου, καὶ ἐκάθησαν. καὶ ἄλλως δὲ ὅλου τῆς ἡμέρας οἱ παῖδες ὑμῶν κατέχουσιν αὐτό. καὶ ποτὲ μὲν πατοῦσι, ποτὲ δὲ παίζουσι μετ' αὐτοῦ. ποτὲ δέρρονται εἰς τὸν ἕτερον μετ' αὐτοῦ. πῶς γοῦν ἐστὶ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ συνάρχος τὸ Κουράνιόν σου. πῶς οὐ παραδέχεσαι λέγοντα, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τοὺς νεκροὺς ἀνιστῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας ἀναιρῶν, καὶ πλ-

rano. Et nihil in illo inveni, quod redoleret & ſpiraret verbum Dei; ſed tantum figmenta & prophanas ſermocinationes. Et quæſo dic mihi, quomodo verbum Dei unitum eſſet libro, ſeu Corano tuo, aut volumini, & Coranus tuus evaderet verbum ipſi Deo coævum. In platea offendi pueros quam plurimos, qui Coranum geſtabant, & cum aliquis eorum privatim volebat ſecedere propter neceſſitatem, Coranum juxta ſe collocabat, & ſedebat. Alioqui per totam diem pueri Coranum habent, & aliquando illum calcant, aliquando cum illo ludos agunt, aliquando verò, illo ſe mutuo impetunt & verberant. Quomodo ergo Coranus eſſet verbum Dei, & ipſi Deo coæternus. Quare non annuis dicenti Jeſum Chriſtum eccitantem mortuos, peccata tollentem & abolentem.

λὰ σημεῖα καὶ τέρατα δεικνύων, ὅς ἐστιν λόγος θεοῦ καὶ συνάρχος. ἀλλὰ καὶ Ἄθεον αὐτὸν ἀποκαλεῖς. πῶς τολμᾷς λέγειν, ὅτι ὁ Μουχάμετ, καὶ ὁ Χριστὸς, καὶ ὁ Ἀδὰμ, καὶ οἱ προφῆται ἑνός εἰσι τόπου, καὶ μιᾶς ἀξίας παρὰ τῷ θεῷ. καὶ τὸ Κουράνιόν σου φησὶν ἐκ στόματος τοῦ Παχουρᾶ, ὅτι ὁ Χριστὸς λόγος ἐστὶ τοῦ θεοῦ, διὰ τί λέγετε αὐτὸν κτιστὸν, ὡς αὐτὸν Μουχάμετ; καὶ τὸ λοιπόν. καὶ εἰ λόγος θεοῦ ἐστιν ὁ Χριστὸς, πῶς αὐτὸν προφήτην καλεῖς; ποῖον εὕρομεν ἐν τῷ Κουρανίῳ σου ἔχοντα δύο ὀνόματα Ἰησοῦν Χριστὸν, τοῦτ' ἔστιν θεὸς καὶ ἄνθρωπος. διὰ ποῖον προφήτην εἶπον προφήτην, καὶ Ἀπόστολον. ὁ Χριστὸς λόγος ἐστὶν τοῦ θεοῦ, καὶ συνάρχος. πῶς ἔοικεν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ τοῦ ἀναμαρτήτου, καὶ ἀθανάτου, τῷ ὀνόματι τοῦ ἐξ ἁμαρτίας γεννηθέντος,

tem, variis ſignis & miraculis ſe commendantem, eſſe ipſum verbum Dei, & ipſi coævum. Sed potius illum ut Atheum exagitas. Quomodo audes aſſerere Muhammedem, Chriſtum, Adamum, Prophetas unius eſſe ordinis pariſque ſortis & dignitatis apud Deum? & cum Coranus tuus ore ipſo Pachuræ dicat Chriſtum eſſe verbum Dei, quare aſſeritis illum creatum fuiſſe, ut Muhammed & alii. Et ſi Chriſtus eſt verbum Dei, cur illum Prophetam vocas. Quem inveniemus in Corano tuo duobus his nominibus deſignatum, Jeſus Chriſtus, ideſt Deus & homo? Quis Propheta dictus Propheta & Apoſtolus. Chriſtus eſt verbum Dei & Deo coævus. Quomodo convenit nomen Dei, criminis & ſceleris puri, & immortalis, nomini illius qui in peccato natus eſt, qui peccatum novit,

καὶ τὰς ἁμαρτίας γνωρί-
σαντος, καὶ ἐν αὐταῖς κα-
κῶς ἀποθανόντος; οὐκ οἴδα-
μεν τὸν Μουχάμετ δυνατὸν
ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, ὥσπερ τὸν
Χριστόν. διὰ τοῦτο λέγει τὸ
Κουράνιον σου, ὅτι τὸν Ἰησοῦν
Χριστὸν οὔτε ἐσταύρωσαν, οὔτε
ἐφόνευσαν, διὰ τὸ μὴ φα-
νερῶσαι τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ,
ὅτι ἀθάνατος ὑπάρχει κα-
θὰ θεός. ἀλλὰ πεπλάνησαι.
τὴν γὰρ σταύρωσιν αὐτοῦ ἀρ-
νούμενοι καὶ τὴν ἀνάστασιν,
τὴν τῶν νεκρῶν ἐξανάστα-
σιν, οὓς ἀνέστησεν, οὐ δύνα-
σαι ἀρνήσασθαι. τὸ σημεῖον
ἀρκεῖ σοι, ὅτι τοὺς νεκροὺς
ἀνιστῶν αὐτὸς οὐκ ἐνεκροῦ-
το πώποτε. ἀλλ' ὡς θεὸς
ἀθάνατός ἐστιν. πῶς γοῦν,
εἰ ἀθάνατός ἐστιν, καὶ ποιητής,
καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνιστῶν, ἐξ
ἴσου αὐτῷ τὸν Μαχόμετ ποιεῖς.
μὴ ὁ Μουχάμετ ἀνέβη ἐν
ἀλαλαγμῷ. οὔτε ἐκάλεσαν

novit, & in peccatis mortuus eſt. Nobis non eſt compertum Mahumedem verbis & operibus potentem fuiſſe, ſicut fuit olim Chriſtus; hinc Coranus aſſerit, Jeſum Chriſtum cruci non fuiſſe affixum, nec mortuum, ne illius reſurrectionis miraculum conſtaret, ſed illum ſicut Deus exiſtere immortalem. Sed error eſt & deceptio. Nam licet negetis illius crucem & reſurrectionem, nonquam poteritis negare reſurrectionem eorum quos ex mortuis eccitavit. Hoc ſignum tibi ſufficit quod mortuos vivificans ipſe morti non fuit obnoxius. Sed ſicut Deus ille ipſe eſt immortalis. Si vero eſt immortalis, conditor, & mortuos vitæ priſtinæ reſtituens, quomodo illum Muhammedi ſimilem & parem conſtituis. Non Muhammed aſcendit in cœlum cum jubilis & acclamationibus.

οἱ Ἄγγελοι γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, εἰ μὴ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἀνεβόησαν τὸ, Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. σήμερον γὰρ ἐγεννήθη παιδίον νέον ὁ πρὸ αἰώνων θεός. Πεπλανημένε, ἄκουσον τὸ ΧΑΙΡΕ ὑπὸ τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ πρὸς τὴν παναγίαν παρθένον, ὅτι, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοί. καθὼς ἀκούεις ἐκ τοῦ καφαοῦ εἰς τὴν γραφὴν τοῦ Ζαχαρίου. καὶ ἡ παρθένος ἐν ναῷ Κυρίου παρεγέγονεν. καὶ Ἄγγελος Κυρίου τροφὴν κομίζων αὐτῇ, ἐκ τῆς γραφῆς τοῦ Ζαχαρίου. καὶ πάλιν, τὰ οὐράνια πάντα ἐξέστησαν εἰς τὴν γέννησιν τοῦ νέου παιδίου τοῦ πρὸ αἰώνων θεοῦ· διὸ οἱ Ἄγγελοι προσῆγον τὸν ὕμνον, οἱ ποίμενες τὸ θαῦμα,

nibus. Neque Angeli alium increatum & genitum ſuis clamoribus ſunt proſequuti quam Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ſolo naſcente Chriſto in has eruperunt voces, Gloria in excelſis Deo, in terra pax, erga homines bona voluntas, hodie quippe natus eſt infans novus, qui eſt Deus ante ſæcula. O erroribus obnoxie, audi ſalutem Archangeli Gabrielis quâ ſanctiſſimam virginem adoriebatur. Nimirum, Dominus tecum, virtus Altiſſimi te adumbrabit ſicut illud auditur & hauritur ex Capite XI. Libri ſeu ſcripti Zachariæ. Et virgo erat in templo, & Angelus Domini illi miniſtrabat victum. Ex eodem ſcripto Zachariæ. Et rurſus, omnia cœleſtia commota ſunt in nativitate novi pueri qui erat Deus ante ſæcula; quapropter Angeli hymnum ſuppeditarunt, paſtores

ἡ γῆ τὸ σπήλαιον, ἡ ἔρημος τὴν φάτνην, οἱ οὐρανοὶ τὸν ἀστέρα, οἱ Μάγοι τὰ δῶρα. οὕτως ὑπάρχει ἡ γέννησις τοῦ θεοῦ λόγου. καὶ τὸ Κουράνιον προσθεὶς λέγει οὕτως. ἡνίκα ἐγεννήθη ὁ λόγος τοῦ θεοῦ τοῖς δορυφόροις συνέτυχε. καὶ λαβὼν πηλὸν πεποίηκε πτερωτὰ καὶ ἑρπετὰ ἥσθησιν. πῶς οὐχ εὗρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου κἂν ἕνα ἔπαινον τοῦ Μουχάμετ, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἰεμενᾶς, καθὼς εὑρέθη ἐν τῷ Κουρανίῳ σου διὰ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὴν ἁγίαν παρθένον Μαριὰμ καὶ θεοτόκον. πόθεν οὖν καλεῖς αὐτὸν ἀδελφὸν τοῦ Χριστοῦ. ἢ ἕτερον προφήτην ἐξ ἴσης τῷ Χριστῷ, πλάσμα ὄντες τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ περίγραπτοι καὶ θνητοὶ, καὶ φθαρτοὶ, πῶς ἐξισοῦνται τῷ θεῷ λόγῳ ἀνάρχῳ καὶ ἀτελευτήτῳ ὄντι.

admirationem, terra ſpeluncam, deſertum præſæpe, cœli ſtellam, Magi dona. Talis exſtitit nativitas Dei verbi. Sed addatur ipſe Coranus qui ſic loquitur, poſtquam natus eſſet verbum Dei, forte cum militibus converſabatur, accepit vero lutum illoque effinxit animalia quædam volatilia & reptilia ſenſu omnino prædita. Quare vero in toto Corano nulla Muhammedis vel matris ejus Jemenæ occurrunt encomia, ſicut inveniuntur quæ ſpectant Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Sanctam ejus matrem virginem Dei genitricem. Unde fit quod illum vocas fratrem *Chriſti?* Aut quomodo alium Prophetam æquabis Chriſto? Cum ipſi ſint opera Dei verbi? Et cum ſint circumſcripti, mortales, & corruptibiles, quomodo æquabuntur Deo verbo quod caret principio & fine.

Quare

Καὶ πῶς, λέγοντός μου, ὅτι ὁ Χριστὸς υἱὸς θεοῦ ἐστι, καὶ λόγος θεοῦ, λέγεις σὺ, καὶ ὁ Ἀδὰμ λόγος ἐστὶ τοῦ θεοῦ. καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς σημεῖα καὶ τεράτα ἐποίησεν, καὶ ὅτι ἄνευ σπορᾶς ἐτέχθη, καὶ ἀναμάρτητός ἐστιν, ὑμεῖς φατὲ, ὅτι καὶ ὁ Ἀδὰμ ὅμοιος. καὶ ὅτι οὐδὲ ἴχνος ἁμαρτίας παρ' αὐτῷ Χριστῷ ἐστιν, λέγεις, καὶ Ἰωάννῃ τὸ αὐτό. καὶ τί θαυμαστόν; καὶ ὅταν λέγω ὅτι νεκροὺς ἀνέστησεν, καὶ ὑμεῖς λέγετε, καὶ Ἠλίας ἀνέστησεν. καὶ ἂν ἐγὼ λέγω, ὁ Κύριος ἀνελήφθη εἰς οὐρανοὺς, λέγετε, καὶ τί παράδοξον; καὶ ὁ Ἐνὼχ ὁμοίως. ἕτοιμος εἰμὶ ὁ ταπεινὸς Ἐδεσηνὸς Μοναχὸς ἐλέγξαι σε περὶ πάντων, ὧν λέγεις διαψευδόμενος. ὦ ἀνόητε κἂν λέγῃς

Quare vero me aſſerente Chriſtum eſſe filium Dei & verbum Dei, regeris Adamum eſſe verbum Dei? Cum dico Chriſtum ſigna & miracula patraſſe, & ſine ſemine natum, & nulla peccati labe inquinatum, cur dicitis idem occurrere in Adamo, cur aſſeritis quod ſi in Chriſto nulla apparuerint peccati veſtigia, idem de Joanne dici poſſit, & hoc inter miranda non eſſe recenſendum. Et cum aſſero Chriſtum, mortuos excitaſſe, cur dicitis Eliam, idem etiam præſtitiſſe? Et cum profiteor Dominum in cœlos aſcendiſſe, cur reſpondetis hoc non eſſe paradoxum, & extra rerum & exemplorum ordinem, cum & idem etiam Enocho contigerit. Sed ego humilis Monachus Edeſſenus ſum paratus ad diſſlanda & confutanda ea omnia quæ profers mentiendo. O ineptiſſime ſi

ὅτι ὁ Ἀδὰμ ἔοικεν τῷ Χριστῷ διὰ τὸ, ὡς πρωτόπλαστος ἦν, καὶ ἄνευ σπορᾶς ἦν, λοιπὸν καὶ ὁ πρῶτος ἀγατίδαρος, καὶ ὁ κύων, καὶ ὁ ὄφις ἄνευ σπορᾶς εἰσὶν, καὶ ἐοίκασι, κατὰ τὸν σὸν λόγον, καὶ τῷ Ἀδὰμ, καὶ τῷ Χριστῷ. καὶ αὐτόθεν λέγω σοὶ, ὁ Ἀδὰμ ποίημά ἐστιν τοῦ θεοῦ λόγου. καὶ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ Χριστός ἐστιν. καὶ πῶς ἴσως ποιεῖς. ὁ Ἀδὰμ δοῦλος καὶ ὑπουργὸς, καὶ παρέβη τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, καὶ ἁμαρτήσας ἐξωρίσθη τοῦ παραδείσου. καὶ πῶς ἔοικεν ὁ ἀναμάρτητος λόγος τοῦ θεοῦ καὶ ἀθάνατος, καὶ μένων εἰς τοὺς αἰῶνας ὅπου ἦν τὸ πρότερον. εἶπόν σοι,

me ſi ideo Adamus cum Chriſto conferendus quia ſicut Chriſtus primus homo formatus fuit ſine ſemine, ſequeretur primum Aſinum, primum canem, primum ſerpentem, ſecundum ratiocinationem tuam cum Adamo & Chriſto poſſe conferri, nec illa in eo eſſe deterioris ſortis, nam ſicut ille, formata ſine ſemine fuerunt iſta animalia. Sed rurſus tibi regero, Adamum ipſum fuiſſe creaturam & opus ipſius verbi Dei, verbum verò Dei eſt Chriſtus ipſe. Quomodo ergo illos pares & ſimiles conſtituis. Adamus fuit ſervus, miniſter, & mandatum Dei trangreſſus eſt, & poſt peccatum exul Paradiſo pulſus eſt. Quomodo ergò ſimilis eſſet verbo Dei, quod eſt immortale, quod eſt ſine peccato, & quod ſemper occupat eundem locum quem ab æterno occupavit.

ὅτι ὁ Χριστὸς ἄνευ σπορᾶς ἐτέχθη, καὶ οὐδὲν ἥμαρτεν. καὶ σὺ λέγεις. καὶ Ἰωάννης τὸ αὐτό. ἀλλὰ ψεύδῃ. εἰ καὶ οὐκ ἔσπειρεν, καὶ οὐχ ἥμαρτεν. ἀλλ' ἐκ σπέρματος ἐτέχθη. καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἐμφύετο φύσιν. νῦν ἐρωτῶ σε πῶς ἔοικε τῷ Χριστῷ; εἶπόν σοι, ὅτι ὁ Χριστὸς σημεῖα καὶ τέρατα ἐποίησεν, καὶ εἶπας, ὅτι καὶ Μωϋσῆς τὸ αὐτό. ἀλλὰ ψεύδῃ. ὁ Μωϋσῆς χωρὶς ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ σημεῖα ποιῆσαι οὐκ ἐδυνήθη. εἶπεν γὰρ πρῶτον Ἑβραΐδι φωνῇ πρὸς τὸν Φαραὼ, Ἀϊὰ, Ἄσαρ Ἀϊὰ, Ἀσπαοὺθ, ἀπέστειλέ με πρὸς σέ. τοῦτ' ἔστιν. θεὸς, Κύριος, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. καὶ ὑπέδειξε τὴν οἰκείαν δουλοσύνην πρὸς τὸν δεσπότην κτλ. ἐφανέρωσε τὴν ἁγίαν

vit. Dixi tibi Chriſtum ſine ſemine natum, & nunquam peccato obnoxium fuiſſe; Regeris vero tu quod idem de Joanne dici poſſit. Sed mentiris, nam etiam ſi non peccaverit & ſoboli generandæ non vacaverit, natus eſt tamen ex ſemine, & eo modo naturali quo homines generari ſolent. Quomodo ergò Chriſto conferri poteſt. Dixi Chriſtum vim ſuam exeruiſſe in variis ſignis, & miraculis patrandis; Dicis verò tu, quod Moſes idem fecerit. Sed falleris. Moſes ſine nomine Chriſti miracula patrare non poterat. Primò quippe dicebat Pharaoni Hebraïcâ Linguâ, Aïa, Aſer, Aïa, Aſpaot, miſit me ad te, hoc eſt Deus, Dominus, Spiritus Sanctus, quibus verbis ſatis oſtendit propriam ſuam ſervitutem, qua ſuperiorem & Dominum agnoſcebat, imò Sanctam

τριάδα, εἰπὼν, θεὸς, κύριος, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. καὶ διὰ μὲν χρόνων, καὶ δι' εὐχῶν, καὶ δακρύων πεποίηκε τὰ θαύματα. ἔκτοτε πταίσας πρὸς τὸν θεὸν οὐκ εἶδεν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ καὶ ἡδονὴν τετελεύτηκεν. καὶ περὶ τούτου τὸ Κουράνιόν σου λέγει. μπατελμου κατέμ. ἤγουν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. ὁ Χριστὸς χωρὶς εὐχῆς καὶ παρακαλέσεως τοὺς νεκροὺς ἀνέστησεν. δεσποτικῇ φωνῇ γὰρ ἐλάλησεν πρὸς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. Λάζαρε δεῦρο ἔξω. πῶς γοῦν ἔοικεν τῷ Ἀδὰμ, καὶ τῷ Μωϋσῇ, ἢ ἑτέρᾳ τινὶ τῶν κτισμάτων φύσει. λέγων πάλαι ὁ Χριστὸς ἀνελήφθη εἰς οὐρανοὺς, ὡς εἶπόν σοι, ἐν δόξῃ. καὶ σὺ εἶπας, ὅτι καὶ ὁ Ἐνὼχ ὁμοίως. καὶ τί καινόν;

Trinitatem etiam manifeſtavit dicens Deus, Dominus, & Spiritus Sanctus. Et ad tempus tantum, & cum precibus & lachrymis miracula patravit. Quia & poſtea in Dei mandatum impingens, propterea non vidit terram promiſſionis, & extra illam ſuaviter mortuus eſt. Quo de negotio ſic loquitur Coranus ſuus ΜΠΑΤΕΛΜΟΥϹΑΤΕΜ, ſeu terram promiſſionis. Chriſtus vero ſine precibus & efflagitationibus mortuos eccitavit, imperante quippe voce ſic loquutus ad Lazarum quatriduanum, Lazare veni foras; quomodo ergo conferri poteſt cum Adamo, cum Moſe, vel cum alia quapiam creatura. Ante verò cum dicerem Chriſtum gloria circumdatum aſcendiſſe in cœlos, dixiſti, Enochum pari miraculo conſpicuum fuiſſe, & nihil in Chriſto novi contigiſſe.

ἀφρῶν, καὶ ἔξω τῆς ἀληθείας. ἐὰν ἔχῃ ὁ Ἐνὼχ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν δόξαν τῆς μοίρας αὐτοῦ, ἀληθεύεις. ἀλλὰ διὰ τῶν σῶν γραμμάτων ψευδόμενον τὸ Κουράνιόν σου λέγει, ὅτι ὁ Ἐνὼχ κεῖται εἰς ὑψηλὸν τόπον, εὗρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σοῦ τὸν παράδεισον καὶ λοιπὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, ἐστὶν ὁ Ἐνώχ. καὶ διὰ τὸν κύριον, οὕτως λέγει τὸ Κουράνιόν σου, ὅτι ὁ θεὸς ἐκάλεσε τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀνώτερον τῶν οὐρανῶν. καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν Εὐαγγέλιον οὕτω φησί. κύριε τῇ σῇ ἀναλήψει ἐξεπλάγησαν τὰ Χερουβὶμ, θεωρήσαντά σε ἐπὶ νεφελῶν ἀνερχόμενον, τὸν ἐπ' αὐτῶν καθεζόμενον. πῶς οὖν ἔοικεν τῷ Ἐνώχ; πάλιν μάθε ἀκριβῶς, ὅτι οὐδεὶς ἀνέβη ἐν ἀλαλαγμῷ, εἰ μὴ ὁ Χριστὸς ἐν φώνῃ σάλπιγγος, ὁ κατα-

giſſe. Inſulſe & ab omni veritate aliene, ſi Enoch iſtam libertatem & gloriam illius ſortis & fati eſt conſequutus, verum quidem dicis. Sed ex tuis ſcriptis conſtat hoc eſſe falſum. Coranus quippe tuus dicit Enochum nunc eſſe in loco quodam altiſſimo, & in ipſo tuo Corano inveni locum iſtum eſſe Paradiſum. Sequitur ergo Enochum eſſe tantum in Paradiſo. Quod vero Dominum ſpectat, legitur in Alcorano quod Deus vocaverit Jeſum Chriſtum ut locum occuparet ſupra cœlos ſublimiores; & in Evangelio noſtro legitur Domine aſcenſione tua attoniti fuerunt Cherubim, cũ te viderent ſuper nubes incedentem, & ſedentem. Quænam ergo inter illum fingi poteſt & Enochum comparatio? Iterum diligenter animadverte, quod nullus præter Chriſtum cum jubilo & acclamationibus

βὰς ἐξ οὐρανοῦ αὐτὸς πάλιν ἀνελήφθη ἐν δόξῃ εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ὅπου ἦν τὸ πρότερον, καθὼς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις ἡμῶν. ὡς γὰρ δεσπότης καταβὰς, πάλιν ὡς δεσπότης ἀνέβη. πῶς οὖν ἐστὶν ἴσος τῷ Ἐνώχ. χοϊκὸς καὶ ποίημα, καὶ δοῦλος, καὶ θνητὸς, καὶ φθαρτὸς, εἰς οὐρανοὺς ὁ Μουχαμὲτ οὐκ ἀνέβη, μὴ πλανῶ, ὥστε ἀληθεύειν ἀναληφθῆναι αὐτὸν εἰς οὐρανοὺς, καὶ μαρτυρεῖν περὶ τούτου τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Φαλμάν. καὶ αὖθις λέγεις, ὁ Χριστὸς ἤυχετο. καὶ ὁ εὐχόμενος δοῦλός ἐστι τοῦ θεοῦ· ἀλλ' ἄκουσον ἐμοῦ τοῦ Ἐδεσηνοῦ. ἔδειξά σοι πολλάκις, ὅτι ὁ Χριστὸς λόγος ἐστὶν τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ Κουράνιόν σου μαρτυρεῖ. καὶ μὴ πολυπραγμο-

nibus & cum tubæ clangore aſcendit; qui deſcenderat ex cœlo, iterum cum gloria remeavit ad cœlos ubi prius erat, ſicut legitur in ſcriptis Prophetarum noſtrorum; nam ſicut Dominus deſcendit, & ſicut Dominus iterum in cœlos aſcendit. Quomodo ergo illi ſimilis eſſet Enochus. Igitur terrenus, creatus, ſervus, mortalis, corruptibilis Muhamed in cœlos non aſcendit; nec errore iſto nimium tibi blandiaris, quaſi verum eſſet Muhammedem in cœlos aſcendiſſe, quia illius filia Phatima hoc teſtimonio ſuo tentavit confirmare. Rurſus verò dicis, Chriſtus etiam preces adhibuit, qui vero precatur, ſervus Dei haberi debet. Sed audi me reſpondentem Edeſſenum. Sæpius hoc tibi comprobavi, & hoc tuus Çoranus teſtimonio ſuo confirmat, nimirum quod Chriſtus ſit verbum Dei. Et ea de re non

νῆς περὶ τούτου. τὸν θεὸν λόγον δοξάζει, καὶ ἀνυμνεῖ, καὶ προσκυνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν. καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. καὶ ὁ λόγος οὗτος ἐσκήνωσεν ἐν τῇ σαρκὶ, ἣ καὶ καλεῖται ἡ σὰρξ αὐτοῦ ναὸς θεοῦ λόγου. καὶ ἐν τούτῳ τῷ ναῷ νεκροὺς ἐζωοποίησεν ὁ λόγος θεοπρεπῶς. καὶ τὰ ἑξῆς. ὁρᾷς, ἐπεὶ ναὸς θεοῦ ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, λοιπὸν οὐ χρείαν ἔχει τοῦ προσεύξασθαι. καὶ ἐὰν προσεύχηται ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἔλεος καὶ συγχώρησιν διδάσκει τῷ λαῷ, σῶσαι βουλόμενος αὐτούς. καὶ λέγεις, καὶ ὁ Ἄγγελος ἀσώματος ἐστὶ, καὶ ναὸς θεοῦ. ἀλλὰ τί προσεύχεται; ληρεῖς. οὐδέποτε εἶπεν ὁ θεὸς τῶν Ἀγγέλων, ἢ προφητῶν τινὶ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ὡς ἐκ στόματος Δαβὶδ, ἢ ναὸς εἶ σὺ

re non debes nimium eſſe ſollicitus; Deum vero verbum honore, hymnis, adoratione proſequuntur omnes cœli virtutes, & totum genus humanum. Et verbum iſtud habitavit in carne, & Caro iſta facta eſt Templum Dei. Et verbum modo Deo conveniente, mortuos vivificavit, exiſtens in iſto Templo nimirum carne, & quæ ſequuntur. Vides quod quandoquidem verbum, eſt Templum Dei, ſequitur non illi opus fuiſſe precibus, & ſi aliquando preces viſum eſt fundere coram hominibus, hac agendi ratione voluit illos miſericordiam & indulgentiam docere, & illos ad ſalutem perducere. Sed dices Angelus eſt incorporeus, & Templum Dei, quare ergò precatur. Sed deliras, nulli unquam Angelorum aut Prophetarum dixit Deus, hodie genui te, ut loquitur David, aut tu es Templum

Dei.

θεοῦ. οὔτε πάλιν, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε. ἀλλ' οὐδὲ τῶν Ἀγγέλων, ἤ τινι τῶν προφητῶν, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. οὐδὲ αὖθις πρὸς Ἄγγελον. ὁ θεὸς ἡμῶν ἐκ δεξιῶν. οὔτε πάλιν, ἀπ' ἀρχῆς τὸ ὄνομά σου ἐστὶν ὑπὲρ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην εἰς τοὺς αἰῶνας. οὐδὲ πάλιν πρὸς Ἄγγελον, ἢ προφήτην, σοὶ προσκυνήσουσιν οἱ βασιλεῖς τοῦ λαοῦ, καὶ αἱ φυλαὶ, καὶ ἐπὶ σοὶ εὐλογοῦνται, καὶ προσκυνήσουσί σε πάντες ἄνθρωποι. οὐκ ἔστιν ἄρα λοιπὸν, καὶ ὁ Ἄγγελος ναὸς θεοῦ, ὡς σὺ δοκεῖς. καὶ αὖθις ἐρωτῶ σε ἐκ τῆς γραφῆς σου, ὅτι ἑβδομήκοντα τρεῖς φυλαὶ εἰσὶν οἱ Μουσουλμανοὶ, ὡς λέγεις. ἡ μία τοῦ παραδείσου, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν κολάσεων. καὶ πάντες ἕνα Μου-

Dei. Et rurſus de nullo alio dictum eſt hic eſt Filius meus dilectus audite illum. Et nulli Angelorum aut Prophetarum dictum eſt ſede à dextris meis donec poſuero inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Nec de Angelo dictum Deus noſter eſt à dextris; nec rurſus, nomen tuum eſt ab initio ante Solem, & Lunam, & in ſæcula; nec de Angelo & Propheta dictum, te venerabuntur Reges populi tui, & Tribus populi tui in te benedicentur, & te adorabunt omnes homines. Non ergo ſequitur ut tu exiſtimas quod Angelus ſit Templum Dei. Sed rurſus apud te quæſtionem movebo ex ipſa ſcriptura tua petitam, ubi narratur ſeptuaginta tres eſſe Tribus Muſulmannorum, unicam vero Paradiſi delitiis potituram, alias vero omnes ſuppliciis & pœnis adjudicandas; & omnes quidem unum Muhamme-

χαμὲτ γινώσκουσιν. καὶ ἕνα θεὸν ἄλλον ὁμολογοῦσι. καὶ τέσσαρα δόγματα δογματίζουσι. τὸ πρῶτον ἀπὸ Χανιφὰ, δεύτερον Σεφὶ, τρίτον Μελχὶ, τέταρτον Ἀχμὰτ Χαμπὶλ; καὶ ἔμαθον, ὅτι λέγει ὁ Μουχαμὲτ ἐν τῷ Κουρανίῳ, ἑβδομήκοντα δύο φυλαὶ τῆς κολάσεως, καὶ μία τοῦ παραδείσου. πάντως ὁ Μουχαμὲτ, οὐδὲ ἀπὸ πολλῆς συλλογῆς βιβλίων ἐπαίδευσεν τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἵνα οἱ μὲν γινώσκουσιν, οἱ δὲ μή. ἀπὸ τῆς τοιαύτης συλλογῆς πάντως ἡ διδαχὴ αὐτοῦ πᾶσα, καὶ ἡ πρὸς τὸν λαὸν κήρυξις, καὶ ἡ πίστις ἡ φοβερὰ, καὶ τὸ δόγμα, καὶ ἡ ὁμολογία τοῦ παραδείσου, καὶ τῆς κρίσεως, καὶ ἡσυχίας, καὶ ὁ ὕμνος, καὶ ἡ ψαλμῳδία, καὶ ἡ προφητεία αὐτοῦ, καὶ ἡ διδασκαλία, καὶ ἡ σοφία, καὶ τὸ φῶς, καὶ ὁ νόμος, ὃν δέδωκε τὸ γένος τῶν Μουσουλμανῶν, τοῦτ' ἔστι τὸ εἰπεῖν, οὐκ

hammedem agnoſcunt, unum verò alium Deum confitentur, & quatuor quidem ſententias varias fovent & profitentur. Unam à Chanipha, alteram à Sephi, tertiam à Melchi, quartã ab Achmet Champil. Et audivi & novi quod Muhãmed doceat in Alcorano ſeptuaginta duas Tribus ſuppliciis, unicã verò, deſtinari Paradiſo. Certe Muhamed ex varia & multiplici librorum cognitione populum ſuum non docuit & inſtitutione erudivit, ut quidam, illius doctrinam aſſequerentur alii vero non; ex una & eadem farragine fluxit tota illius doctrina, & illius ad populum predicatio, & horrenda fides, & doctrina, & confeſſio de Paradiſo, ultimo judicio, & quiete æterna, & hymnus, & Pſalmi, & diſciplina, & ſuplicatio, & lux, & lex, quam Genti Muſulmanicę tradidit, in eo tantũ conſiſtit, ut dicatur, non

Digitized by Google

ἔστιν θεὸς, πλὴν θεοῦ, καὶ ὁ Μουχαμὲτ Ἀπόστολος θεοῦ. καὶ πάλιν, τοῦτό ἐστιν τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, τὸ λέγειν, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ τοῦ ἐλεοῦντος, καὶ ἐλεήμονος, ᾧ οἱ ἐν ἀληθείᾳ εὐχόμενοι. καὶ ὅτι πάρεξ τούτου δόγματος οὐ δοξάζεις, ἕτερος λόγος σωτηρίας οὐκ ὑπάρχει. καὶ ὁ Μουχαμὲτ Ἀπόστολος θεοῦ, βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσας. ὅστις δὲ οὕτως ὁμολογήσας, ὡς γέγραπται, ἐστὶν πολίτης τοῦ παραδείσου. Οὐαὶ τὸ γένος τῶν Μουσουλμανῶν ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. ὅτι ὁ ἀκούων ταῦτα τοῦ γενέσθαι ἐν τῷ παραδείσῳ εἰσάγει τῇ ἁμαρτίᾳ ὡς βρύσιν χόρτου. λοιπὸν, εἰπεὶ πάντες οἱ Μουσουλμάνοι, ὡς οἶδα κἀγὼ τοιαῦτα λόγια λέγουσι, καὶ φρονοῦσι, σὺ πῶς λέγεις, ὅτι ἑβδομήκοντα δύο εἰσὶν φυλαὶ τῆς κολάσεως, καὶ μία τῆς.

eſt Deus niſi Deus, & Muhamed Apoſtolus Dei. Et iterum, hæc eſt ſumma ſalutis veſtræ, in nomine Dei miſeratoris & miſericordis quem in veritate precamini, & præter iſtud dogma, nulla alia Dei celebratio, nullumque apud vos aliud verbũ ſalutis. Et Muhammed eſt Apoſtolus Dei qui tamen Regnũ Dei non eſt conſequutus; quicunque vero ſicut ſcriptũ eſt confeſſus fuerit, inter cives & accolas Paradiſi recenſebitur. Væ toti generi Maſulmanico propter talem doctrinam. Quia qui hæc audit, & credit illa in Paradiſo fieri, immergitur peccato ſicut aqua ſcaturiens & mergens herbam. Cęterum quandoquidem omnes Muſulmanni ut ipſe bene novi, talia verbã proferunt & ſic omnes ſentiunt, quomodo tu aſſeris ſeptuaginta illorum Tribus & familias pœnis adjudicari, unicam vero Para-

παραδείσου. ὑπόδειξον, ἐὰν γινώσκεις πῶς εἶναι. εἰ δὲ οὐκ οἶδας, φράσω σοὶ αὐτός. διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ Μουχάμετ, ὅτι ἑβδομήκοντα δύο εἰσὶν τῆς κολάσεως καὶ μία τῆς παραδείσου. ὅτι αἱ ἑβδομήκοντα δύο αὗται, λέγει, ἐν τῷ φανερῷ, καὶ ἀληθεύειν τὴν Μουχαμέτ. ἐν δὲ τῷ κεκρυμμένῳ, ὅτι ὁ λαὸς τοῦ Μουχαμὲτ σὺν αὐτῷ πλανῶσι, καὶ πλανῶνται. καὶ μέλλω σοὶ διδάξαι αὐτοὺς, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν, Χασισίμου, Σεπαρὶ, Ἰσμαϊλῖ, Μουτανὶ, καὶ αἱ λοιπαὶ καθεξῆς. ἀλλ' ἵνα μὴ μακρολογῶμεν. καὶ πάλιν αἱ μὲν ἑβδομήκοντα δύο ὑμέτεραι γλῶσσαι ἀρνοῦνται τὸν Μουχαμέτ. αἱ δὲ ἡμέτεραι τόσαι μίαν πίστιν ἐπὶ Χριστοῦ σέβονται εὐσεβοφρόνως. αἱ γοῦν ὑμέ-

Paradiſum conſequuturã. Oſtende mihi quomodo hoc fiat, ſi illud noſti; ſi vero illius non es conſcius, hoc tibi ipſi, ipſe dicam & ſignificabo. Propterea dixit Muhammed ſeptuaginta duas Tribus ad ſupplicia deſtinari, unam vero ad Paradiſi voluptates, quia ſeptuaginta duæ inquit ſunt tantũ Muſulmannicę quoad cultum publicum, & externe tantum profitentur vera dicere Muhãmedem, clam vero aſſerunt populum Muhammedis cum illo falli & fallere. Et dicam tibi quænam ſint iſtæ Tribus, & eorum nomina, nempe Chaſiſimi, Separi, Iſmaëli, Moutani & reliquæ quæ ſequuntur. Sed ne nimis longas verborum ambages nectamus, rurſus dico quod ſeptuaginta duæ veſtræ linguæ, abnegent Muhammedem. Noſtræ vero omnes, unicam fidem profitentur, & Chriſtum religioſe colunt. Si

τεραι ἑβδομήκοντα δύο γλῶσσαι εἰ ἀρνοῦνται τὸν Μουχαμὲτ, τινὲς γοῦν ἀληθεύουσιν. διὰ παντὸς, ἢ πλείονες, ἢ μία ὑμῶν γλῶσσα ψεύδεται. οὔτι, ὡς μὲν νομίζετε, πιστοὶ καὶ ἐκλεκτοί. ἀλλὰ καταλύσω ὑμᾶς, καὶ συντρίψω. διὰ τί, Ἀγαρηνὲ, εἰπέ μοι, συκοφαντεῖς τὸν θεὸν λέγων, ὅτι ἔγραψε γύρωθεν τοῦ θρόνου αὐτοῦ οὕτως. οὐκ ἔστιν ἀληθεστέρα πίστις ἑτέρα, ἢ τῶν ἐκλεκτῶν Μουσουλμανῶν. καὶ οὕτως εὗρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου. πεπλανημένε. τὸν θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, οὐδὲ τὸν θρόνον αὐτοῦ. σὺ δὲ πῶς οἶδας, ὅτι οὕτως γέγραπται ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ θεοῦ. εἰ μὲν λέγῃς, ὡς ἀπὸ τοῦ Κουρανίου σου ἔμαθες, λοιπὸν ψεύδεται τὸ Κουράνιόν σου. ποῦ γὰρ ἦν

vero veſtræ ſeptuaginta duæ Tribus & linguæ, Muhammedem abnegent & reprobent, quænam veritatem proferent. Omnino vel plures vel una ſaltem mentientur. Nec eſt quod dicatis Fideles & electos veritatem profiteri. Nam hoc etiam reſponſum diſſolvam & elidam. Nam dic mihi o Hagarene quare Deum ipſum convitiaris, & calumniaris aſſerens Deum hæc verba in ambitu Throni ſui exaraſſe, non eſt fides vera alia quam fides electorum Muſulmannorum. Hoc quippe inveni ſcriptum in Corano tuo. O a veritate aberrans, nullus unquam vidit Deum, nec illius Thronum conſpexit, quis te ergo certiorem fecit, iſta circa Thronum Dei eſſe ſcripta & exarata? Si vero dicas hoc te didiciſſe ex tuo ipſo Corano, certe prorſus mentitur Coranus tuus. Nam ubi erant omnes

Μυσυλμανὸς, ὅταν ὁ θρόνος τοῦ θεοῦ ἦν, καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ θρόνου, ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ, καὶ συνέχων τὰ πάντα. ἄρτι εἰπέ μοι, ὡς ἑαυτὸν καλεῖς ἐκ πασῶν τῶν γενεῶν, πάντως τὸ πρῶτον κεφάλαιον τῆς σωτηρίας τῶν πιστῶν ἀνθρώπων, καὶ ἡ εὐθεῖα ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος σωτηρίας, καὶ καθαρᾶς εὐχῆς πρὸς θεὸν, ἡ θεογνωσία ἐστί. σὺ δὲ ἄλογον θεὸν γινώσκεις, καὶ ἄζωον, καὶ αὐτὸν λατρεύεις, καθὰ καὶ πρότερον ἔδειξά σοι. πάλιν οὔτε προφήτην ἔχεις, οὔτε Ἀπόστολον. πῶς γοῦν καλεῖς ἑαυτὸν ἐκλεκτὸν, δεῖξόν μοι. οὔτε ἱερωσύνην γινώσκεις, οὔτε χάριν ἔχεις, οὔτε ναὸν, οὔτε ἴασιν ψυχῆς καὶ σώματος, οὔτε ψαλμῳδίαν, οὔτε εὐχάς.

omnes Muſulmanni cum eſſet Thronus Dei, & ſedens ſuper illum, qui tegit aquis ſuperiora illius, & omnia comprehendit. Nunc vero dic mihi o Fidelis, quo titulo gaudere contendis inter omnes alias nationes, an non ſumma ſalutis hominum fidelium, & vera & recta via ad vitam æternam, & fundamentum ſalutis Animæ & corporis, & puræ ad Deum orationis, eſt cognitio Dei. Tu vero Deum ratione & vita carentem agnoſcis & confiteris, illumque cultu divino proſequeris & veneraris ut ſuperius oſtenſum eſt. Adde te non habere Prophetam aut Apoſtolum; qua ratione ergo te ipſum electum voces declara & comproba. Nec habes ſacerdotium, nec gratiam, nec Templum, nec remedium ad morbos animæ & corporis curandos, nec Pſalmos, nec orationes. Si

mentiar

καὶ εἰ ψεύδομαι, δεῖξόν μοι. καὶ ὅμως ταῦτα γινώσκων πῶς δύνασαι ἀπελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ. τούτων πάντων πόῤῥω τυγχάνεις.

Καὶ ἡ κήρυξις, ἥν σε ἐκήρυξεν ὁ Μουχαμέτ; ὅτε μέλλεις εὔξασθαι, λάβε μακρογούργουρον κεράμιον σὺν ὕδατι. καὶ μετὰ τῆς δεξιᾶς σου χειρὸς βάλε τὸν δάκτυλόν σου
„ εἰς τὴν καθέδραν σου. καὶ μετὰ
„ τῆς ἀριστερᾶς σου χειρὸς βάλε
„ τὸ ὕδωρ. εἶτα πλῦνε. καὶ
„ μετὰ τοῦ δακτύλου σου, ᾧ
„ ἔπλυνας τὴν καθέδραν σου,
„ πλῦνε μετ' αὐτοῦ τὸ στόμα σου.
„ εἶτα τὸ πρόσωπον σου. ἔκ-
„ τοτε τὰς δύο χεῖρας μέχρι
„ τῶν ἀγκώνων. εἶτα τὰς ὀ-
„ φρῦς, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τότε
„ τοὺς πόδας. καὶ εἰ μέν ἐστιν
„ ἐν ταξιδίῳ, ὀφέλεις πλύ-
„ νειν ἔξω τῶν ὑποδημάτων
„ σου, ἵνα μὴ κοπιᾷς. εἶτα

mentiar fac ut conſtet falſitas & mendacium meum. Illa ergo agnoſcens quomodo poteris ingredi regnum cœlorum & gratiæ Dei particeps evadere. Ab iſtis omnibus es quam longiſſime alienus.

Hæc eſt vero doctrina quam promulgavit Muhammed, nempe, cum precibus orationi vacaturus es accipe gurgulionem ſeu vas fictile, oblongum habens collum in quo aqua contineatur, & manu dextra ad anum & podicem admotâ ſiniſtra quam injice, & fundamentum lava. Et digito quo fundamentum lavaveris & purgaveris, eodem ipſo lava os tuum. Poſtea lava faciem, & manus ambas ad cubitos uſque, denique lava ſupercilia & aures, poſtremò pedes ipſos. Si vero ſis in præſidio, debes extra calceos Lavare, ne hoc tibi moleſtiam creet, deinde illos excutere, & iterum

,, ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ πάλιν
,, ὑποδέεσθαι. καὶ ἐὰν φορῇς
,, δακτυλίδιον χρυσοῦν, ἔκ-
,, βαλε αὐτὸ, καὶ ἔκ τοτε εὔχου.
,, εἰ δὲ μὴ, εὔχου. καὶ ἐὰν φο-
,, ρεῖς γοῦνα ὑπὸ δέρματος
,, κατουδίου, μὴ εὔχου, πρὶν ἐκ-
,, βάλῃς αὐτήν. καὶ ἐὰν πίνῃ
,, ὁ Μουσουλμάνος οἶνον ὅλην
,, τὴν ἡμέραν, καὶ θέλῃ εὔξα-
,, σθαι, ἀπενιζέτω εἰς τὸ ἱμά-
,, τιον αὐτοῦ. καὶ ἐὰν ἔσταξεν
,, εἰς αὐτὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου,
,, πλυνέτω μετὰ σαπουνίου
,, καὶ ὕδατος. καὶ τότε προσευχέ-
,, σθω. Κἀγὼ λέγω σοι, οὐαὶ
τῆς ἀφροσύνης, ὅτι ὁ πίθος
γέμει οἶνον, καὶ ἔξωθεν πλύ-
νεται. οὕτως δὲ σὺ τῆς κοι-
λίας σου γεμούσης οἴνου, καὶ
οὐκ ἐμιάνθης, καὶ τοῦ ἱμα-
τίου σου σταλαγμοῖς, ἐμιάν-
θης. καὶ αὖθις ἀνάθητε
προσευχῇ τῇ μιαινομένῃ ἀπὸ
χρυσοῦ δακτυλιδίου, καὶ δερ-
μακατουδίου, καὶ ἀνάθεμα

iterum induere. Et ſi geſtes annulum aureum, remove illum, & poſtea vaca orationi. Si verò annulo careas potes ſtatim orare. Et ſi tecum geſtes veſtem ex pelle cati ſeu felis conſutam, ne preces fundas priuſquam illam removeris. Et ſi Muſulmannus toto die, ſe vino ingurgitaverit, & voluerit tamen orare, attente conſideret veſtem ſuam, & ſi illam animadverterit vini guttis quibuſdam maculatam, ſtatim illam ſapone & aqua purget, & poſtea incumbat orationi. Ego vero regero, vah ineptiarum & ſtultitiarum. Nam hoc eſt dolium exterius purgare & lavare quod intus vino plenum eſt. Sic abdomine tuo, onerato & pleno vino non contaminaris, guttis vero quibus inficitur veſtimentum tuum es prorſus inquinatus. Et rurſus Anathemate notatis & proſequimini preces con-

παραδείσῳ μιαινομένῳ ἀπὸ
χοίρου καὶ οἴνου. τέλος πάντων
ἡ διδασκαλία τοῦ Μουχαμέτ
,, σου παραγγέλλει σοι. Εἰ μὲν
,, ὑπάρχεις ἐγγὺς Μασγι-
,, δίου, λαβὼν μανδήλιον,
,, καὶ ἄπλωσον ἔμπροσθέν σου
,, ἐχόμενος, ἵνα μὴ μιαν-
,, θῇ τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ
,, τοῦ χροὸς τοῦ Μασγιδίου. εἰ
,, δὲ τυγχάνεις ἔξωθεν Μασ-
,, γιδίου, καὶ οὐκ ἔχεις μαν-
,, δήλιον, ἔκβαλε τὸ ἄνω-
,, θέν σου ἱμάτιον, καὶ ἄπλω-
,, σον ἔμπροσθέν σου. εὖχου
,, ἄνωθεν αὐτοῦ, καὶ ἔστω ἡ
,, εὐχή σου οὕτως, τίς θεὸς
,, μέγας, ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν; καὶ
,, οὐκ ἔστιν θεὸς πλὴν σοῦ. καὶ
,, Μουχαμὲτ Ἀπόστολος θεοῦ.
,, Ἀμήν. εἶτα βαίνης γονο-
,, κλισίας τρεῖς λέγων οὕτως,
,, Εὐχαριστοῦμέν σε θεὸς καὶ
,, Κύριε τῶν ἁπάντων, ἡ τοῦ
,, ἐλέους ἄβυσσος, ὁ ἐν τῇ
,, μελλούσῃ ἡμέρᾳ ἀδωροδό-

ces contaminatas geſtatione annuli, & pellis felis, & Paradiſum ipſum vino & carne ſuilla contaminatum. Doctrina vero Muhammedis hæc tanquam finem & ſummam ſuorum dogmatum urget, ut nimirum cum accedes ad Moſcheam, ſudarium, ſeu mantile extendas coram te, ne à colore vel terra Moſchææ inficiatur & inquinetur vultus tuus. Si vero es extra Moſcheam, & non habes ſudarium exue & extende ſuperiorem veſtem tuam, & ſuper illa orationem tuam funde, & talis ſit oratio tua, quis Deus magnus ſicut Deus noſter, & non eſt Deus niſi Deus noſter, & Muhāmed Apoſtolus Dei. Amē. Deinde perges & ter genua flectes dicens, benedicimus tibi o Deus qui es Dominus & rerum omnium Arbiter, qui & miſericordiæ abyſſus, & qui ultimo die ſedebis judex nullis donis

,, κήλητος κριτὴς, καὶ βασι-
,, λεὺς, χάρισαι ἡμῖν ὁδοὺς
,, εὐθείας, ἐν αἷς ἐδωρήσω
,, τοῖς ἁγίοις σου πορευθῆ-
,, ναι, οὐχ' ὡς οἱ ὠργισ-
,, μένοι ἐπορεύσαν, ἔτι δὲ
,, καὶ οἱ πεπλανημένοι. Ἀ-
,, μήν. Καὶ ποίει τρεῖς γο-
,, νυκλισίας καθήμενος. καὶ
,, ἀναστὰς λέγε. τίς θεὸς
,, μέγας, ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν,
,, τρίς. πάλιν δὲ καθήσας,
,, καὶ μεγάλυνον τὸν θεὸν,
,, τρίς. εἶτα χαιρέτιζε ἐκ
,, τοῦ δεξιοῦ μέρους. λέγων,
,, εἰρήνη ἡμῖν. καὶ ἐξ εὐωνύ-
,, μων πάλιν τὸ αὐτὸ, σὺν
,, ἐλεήμονι θεῷ. καὶ ἀπόλυε.
Αὕτη πάντως ἡ εὐχή σου, καὶ ἡ διδασκαλία σοῦ, καὶ ἡ παρὰ Μουχαμέτ σου σοφία. πλέον δὲ τούτου οὐκ ἔχεις τὸ οἱονοῦν. κἀγὼ δέ σοι φέρω μάρτυρας, ὅτι πρὸ πάντων οἱ Ἀρραβες τὰ ῥήματα ταῦτα εἶχον καὶ τὰ γράμ-

lis donis & muneribus corruptibilis; O Rex concede nobis vias rectas, quas conceſſiſti Sanctis; ut in illis incedamus, non vero ſicut illi qui ira & errore à via recta deflexerunt. Amen. Et facies tres genuflexiones ſedens, deinde ſurgens dic ter, quis Deus magnus ſicut Deus noſter, poſtea ſedens Deum ter celebrabis & magnificabis, deinde ſalutabis ad dextrum latus dicens pax nobiſcum, deinde ad ſiniſtrum eadem verba repetens, quibus addes, cum Deo miſericorde. Quibus peractis diſcedas. Hæc eſt tota tua orandi ratio, tota tua diſciplina, tota quam à Muhammede hauſiſti ſapientia, & præter illud nihil quidquam aliud proferre potes. Ego vero teſtes tibi ſuppedito quibus conſtat iſta omnia & dicta & ſcripta obtinuiſſe apud Arabas ante Muhammedem, imo verba iſta cum Deo miſe-

ματα σὺν τῷ ἐλεημένῳ καὶ ἐλεοῦντι. ἃ δὲ Μουσουλμάνοι, καὶ γραμματικοὶ κελεύετε, τὸν ὕμνον τοῦτον, καὶ τὴν ψαλμῳδίαν. καὶ τὸ, τὶς θεὸς μέγας. μᾶλλον δὲ καὶ ἀστρονομίαν, καὶ ψηφηφορίαν, καὶ στίχους, καὶ σχόλια, καὶ ἰατροσοφίαν, ταῦτα πάντα πρὸ τοῦ Μουχαμὲτ φανερὰ ἦσαν πρὸ χρόνων πολλῶν. λοιπὸν τοῦτο τοῦ Μουχαμὲτ ἡ σοφία καὶ ἡ κήρυξις. τοῦτο ἐστιν τὸ εἰπεῖν, ὁ Μουχαμὲτ Ἀπόστολος θεοῦ. οὐ δύνασαι ποιεῖν
„ με ψεύστην. Μάνθανε ἀπὸ
„ τοῦ Μουχαμέτ. Καὶ τοῦτο.
„ εἴ τις ταῦτα ποιεῖ καὶ
„ ὁμολογεῖ, ἐστιν τοῦ παρα-
„ δείσου. καὶ ὅστις οὐ καθα-
„ ρίζει ἑαυτὸν μετὰ ὕδατος,
„ οὐ τολμᾷ εὔχεσθαι πώποτε.

miſeratore & miſericorde, quæ vos Muſulmanni Libro veſtro ſcripto adhærentes ſoletis veſtris ſectatoribus inculcare & imperare, & iſtum hymnum, & iſtam pſalmodiam, & iſta verba quis eſt Deus magnus &c. imo & Aſtronomiam, & phaſeos ſeu poſitionum Lunæ calculos, & epilogiſmos, & artis medicæ ſapientiam, & verſus, & Scholia, ſeu obſervationes, iſta omnia excoluerunt Arabes multis annis antequam Muhammed oriretur. Omnis verò à Muhammede excogitata ſapientia, & predicatio in eo conſiſtit ut proferatur Muhammed eſt Apoſtolus Dei; tu non potes me mendacii arguere. Hoc diſce ab ipſomet Muhamede. Si quis inquit, hoc faciat & confiteatur, futurus eſt Paradiſi incola, & ſi quis aqua non ſe purificaverit non debet eo temeritatis devenire ut orare unquam

„ καὶ ὁ συναφθεὶς τῇ συζύ-
„ γῳ αὐτοῦ, οὐ μόνον τὴν
„ καθέδρατον πλυνεῖ, ἀλλ'
„ ἀπὸ κορυφῆς, ἕως πο-
„ δῶν πλυνέτω μετὰ ὕδα-
„ τος. καὶ τότε ἔχει ἐξου-
„ σίαν τοῦ εὔχεσθαι καὶ εἶναι
„ τοῦ παραδείσου. καὶ πάλιν
„ ἡ κήρυξις τοῦ Μουχαμέτ
„ σου οὕτως ἐστίν. ἐὰν μὴ εὑ-
„ ρεθῇ ὕδωρ, ἀντὶ τοῦ ὕδατος
„ ὀφείλει εἶναι χοῦς. Ἄκουσον
γὰρ ἀκριβῶς παρὰ τοῦ ὀρ-
θῶς διδάξοντός σε. εἴπερ
περιτύχῃς εἰς κάμπον ἄ-
νυδρον, ἢ βουνὸν, λοιπὸν
οὐκ ἔχεις ἐξουσίαν τοῦ εὔχεσθαι.
ἀλλ' ἐὰν ἐξαίφνης λάβῃ σε
θάνατος, πάντως ἀπόλυ-
σαι. καὶ ἐὰν ποιήσῃς κατὰ
τὴν ἐντολὴν τοῦ προφήτου
σου, ὅτι ὅταν μὴ εὑρήσεις
ὕδωρ, ἵνα λουθῇς, χοῦν
ἀντὶ τοῦ ὕδατος λαβὼν κα-
θάρισον καθέδραν. ἄρτι εἰ-
πέ μοι, ὦ Ἀγαρηνὲ, ὅταν

unquam audeat, & ſi quis contrectaverit & tetigerit uxorem ſuam, non tantum debet fundamentum, & podicem Lavare, ſed à Capite ad calcem debet totus aqua Lavari, & tunc jus acquirit preces fundendi, & Paradiſum adipiſcendi; Et rurſus alia eſt predicatio Muhãmedis quæ ſic ſe habet, ubi deerit aquæ copia, loco aquę debet uti pulvere ſeu terra. Audi quippe diligenter eum qui rectâ inſtitutione voluit te docere. Si contingat te hęrere in Campo nullis aquis irriguo, vel in monte, omnino non habes facultatem orandi. Si vero mors te derepente corripiat, plane tibi pereundum eſt, niſi obtemperes mandato Prophetæ tui, quo concedit & jubet ut deficiente aquâ, quâ Lavari poſſis, vice aquæ poſſis pulverem ſeu terram uſurpare, & eo fundamentum purgare. Jam vero o Agarene dic

κρατεῖς τὸν χοῦν μετὰ τῆς χειρός σου, καὶ τρίψῃς τὴν καθέδραν σου μετὰ τῆς χειρός σου, συγκυλίεται τῇ χειρί σου, καὶ Μουχαμὲτ οὕτω σοι παραγγέλλει, ὅτι ὅταν καθαρίζῃς τὴν καθέδραν σου καθάριζε καὶ τὸ στόμα σου, καὶ τὸ πρόσωπόν σου. τρίψας οὖν τὴν καθέδραν σου μετὰ τῆς χειρός σου ἔπειτα θὲς εἰς τὸ στόμα σου, καὶ εἰς τὸ πρόσωπόν σου. καὶ μέλλεις ποιῆσαι ταῦτα πεντάκις τῇ ἡμέρᾳ. καὶ εἰ τύχῃς εἰς ἄνυδρον τόπον, καὶ τὰς πέντε φορὰς μετὰ τοῦ χοὸς ὀφείλεις καθαρισθῆναι, πόσων ἀρωμάτων μέλλεις ὀσφρανθῆναι ἐν ταῖς ῥισί σου μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ μυελοῦ. καὶ κατὰ τὴν εὐωδίαν ταύτην ἔσται πάντως καὶ ὁ προσδοκώμενός σοι παράδεισος. καὶ ἐὰν λάχῃς, εἰπέ μοι, εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ οὔτε ὕδωρ ἐστὶν, οὔτε χοῦς, τί μέλλεις ποιῆσαι; ὀφείλεις πάντως ἀποθα-

mihi, cum manu pulverem collegiſti, & manu podicē triviſti & defricaſti, an non manus in illo quaſi volutatur & inquinatur, & tamen à tuo Muhammede, ſancitum eſt, ut purgato tuo podice, os tuum, & vultus tuus ſtatim etiam purificentur. Adeo ut trito & purgato podice tuo cum manu tua, debeas ſtatim illam admovere ad os tuum & faciem tuam, & vicibus quinquies repetitis hoc ſingulis diebus debet peragi. Si ergo locum aliquem ubi non ſit aqua tibi contingat peragrare, & quinque vicibus terrâ tantum purificeris, quos fætores debebis naribus admittere, imo ad medullam uſque? Et talem ſuaviſſimum odorem exhalat Paradiſus iſte, tam calidis votis à te expectatus & deſideratus. Sed iterum dic mihi, ſi hæreas in cacumine montis alicujus celſiſſimi ubi non ſit aqua & terra, & te mors ſubita

& re-

νῶν αἰφνιδίου θανάτου. πάντως ἀπολέσθης Ἄθεε ἄνευ εὐχῆς. οἶδα ὅτι ὁ μὴ εὐχόμενος θεὸν οὐκ ἔχει μέρος. καὶ ἔμπροσθεν γεγραμμένον ἐδήλωσά σοι, ὅτι Ἄθεος εἶ. θεὸν ἄλογον δίχα λόγου καὶ πνεύματος λατρεύεις. ὁρᾷς τὴν σοφίαν αὐτὴν ἀνωφελῆ, τὴν διδαχὴν καὶ τὴν κήρυξιν τοῦ Μουχαμέτου σου; πῶς σκοτεινοτέρα καὶ Χάους. ὅθεν οὐ γινώσκετε τί ἐστιν ἁγιασμὸς ψυχῆς καὶ σώματος, οὐαὶ ὑμῖν βεβορβορωμένοι.

Ἔδειξά σοι πάντως τί ἐστιν εὐχή σου. καὶ οἶδας δυνάμενος τῷ δόγματί σου. καὶ ἐφανέρωσα πᾶσαν σου τὴν ἀπώλειαν. καὶ πάλιν σοι

& repentina invadat, omnino o Athee pereundum erit tibi, cum in iſto ſtatu non tibi concedatur facultas orandi, & probe novi quod qui non orat, non habeat Deum, tanquam portionem ſuam. Sed ex ſupra dictis & ſcriptis abunde tibi manifeſtavi te revera eſſe Atheũ. Deum quippe irrationalem, rationis & Spiritus expertem veneraris. Unde potes animadvertere ſapientiam, doctrinam, predicationem Muhammedis prorſus eſſe inutilem, quam obſcura ſit & tenebris involuta, quam confuſa & merum Chaos. Unde fit ut ignoretis qualis ſit vera ſanctificatio animæ & corporis. Væ vobis o Borboritæ.

Oſtendi tibi qualis ſit Oratio tua, & ex doctrina tua hoc ipſe potes colligere, & manifeſtavi, omnem tuam perditionem. Et rurſus tibi eandem perditionem

δεῖξαι ἔχω τὴν ἀπώλειαν. καὶ πάλιν δεῖξαί σοι ἔχω τὸν ὄλεθρον τῆς ψυχῆς σου καὶ τοῦ σώματος· πῶς οὐ θέλεις σωθῆναι ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν σου, ὧν ἔπραξας. πάντως οὕτως ἐκήρυξεν ὁ Μουχαμὲτ, ἵνα νίψῃς ἀπὸ κορυφῆς μέχρι ποδῶν σὺν ὅλῳ τῷ σώματι εἴτε μετὰ τοῦ ὕδατος, εἴτε μετὰ τοῦ χοός; καὶ εἶναι τὸ χῶμα μεμετρημένον μετὰ σκεύους ἱκανοῦ, ἵνα μὴ πλέον, ἢ ἔλαττον λάβῃς. Ἰδοὺ γοῦν λέγω σοί. οὔτε ἀπὸ ὕδατος ἁγιάζεται ἡ ψυχὴ, οὔτε ἀπὸ χώματος. εἰ μὲν οὖν λέγετε, ὅτι ἡ ψυχή ἐστιν ἱερωμένη, καὶ οὐκ ἔχει χρείαν εἰς τὸ ἱεροῦν αὐτὴν οὔτε ἀπὸ ὕδατος, οὔτε ἀπὸ χώματος. κἀγὼ λέγω σοὶ ὅτι ἡ ψυχὴ ἑνοῦται τῷ σώματι. καὶ σὺ πῶς λέγεις, ὅτι ἡ ψυχὴ ἡγιασμένη ἐστὶν ἀπὸ τοῦ θεοῦ. καὶ τὸ σῶμα, ἐπεὶ μιαρόν ἐστι, χρὴ καθεκάστην αὐτὸ

nem tibi manifeſtabo, & ruinam & interitum animæ tuæ & corporis tui, & quomodo non vis ſalvari à peccatis & criminibus quæ perpetraſti. Nam tali predicatione te omnino obſtrinxit Muhammed, ut nimirum totum corpus à vertice ad pedes, Laves aqua vel pulvere. Imo pulverem ſeu terram debere cum menſura adhiberi vaſculo quodam apto, & ad munus iſtud compoſito, ne plus vel minus quam par ſit, adhibeatur & infundatur. Jam vero tibi dico nec ab aqua nec à pulvere, ſeu terra poteſt ſanatio animæ conciliari. Quod ſi regeratis animam eſſe Sanctam, *nec illi opus* eſſe ut aqua vel pulvere ſanctificetur, ego vero inſto & dico animam unitam eſſe corpori. Tu vero quomodo aſſeris animam à Deo ſanctificari, corpus vero cum eſt contaminatum debere ſingulis diebus aqua

πλυώσιν μετὰ τοῦ ὕδατος. εἰ μὴν λέγεις ὅτι διὰ τὸ συμβῆναι αὐτοῖς μιασμὸν, εἴτε ἐξ ἁμαρτίας, εἴτε ἐκ ῥυπαρείας, ἀναγκαῖόν ἐστιν πλῦναι αὐτὸ καθ' ὕδατος, καὶ οὕτω εὔχεσθαι. κἀγὼ λέγω, ὅτι ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἕν ἐστιν. καὶ τῶν δύο ἐστὶν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἁγιασμὸς, τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ μιασμοῦ ἀμφότερα τυγχάνουσι μέτοχα. καὶ πᾶν ἱερὸν μιαρὸν οὐ γίνεται πώποτε. μᾶλλον τὸ μιαρὸν ἁγιάζεται, καὶ ἱεροῦται. καὶ ἐὰν τὸ ἱερὸν μιανθῇ, οὐχ ἁγιάζεται παρὰ τοῦ ὕδατος πώποτε. ὁρᾷς ἀεὶ πῶς πεπλάνησαι.

Πάλιν δὲ εἰπέ μοι, πόθεν τὸ Κουράνιόν σου λέγεις εἶναι λόγον θεοῦ. ἐλθόντα, καὶ οὐ ποιηθέντα. ἐγὼ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ φῶς ἐκ

aqua lavari & purgari. Si regeras ideo hoc fieri propter contaminationem ex peccato vel ex ſordibus, ac proinde opus eſſe ut aqua purgetur, & poſtea orationi vacetur; ego etiam arguo & dico animam & corpus unum & idem eſſe quoad ſanctificationem, & utrumque à Deo purgari & ſanctificari, nimirum animam & corpus, cum ambo maculis & ſordibus ſint participes. Et omne Sanctum contaminatum non evadit, ſed quod eſt inquinatum ſanctificatur & purgatur. Et ſi res aliqua Sancta forte contaminetur, vi & aquæ ſubſidio nunquam poterit ſanctificari. Vides jam quomodo à veritatis recto tramite deflectas & declines.

Rurſus vero dic mihi quare aſſeris Coranum tuum eſſe verbum Dei non factum, & quod venit è cœlo. Ego novi tantum verbum Dei quod eſt

φωτὸς γινώσκω. καὶ πῶς ἡνώθη ἡ ἄληπτος καὶ ἁπλῆ φύσις τῷ βιβλίῳ σοῦ, ἡ λεπτοτάτη τῷ τοιοῦτο πάχος ἔχοντι, ἐξαιρέτως τῷ τομαρίῳ τῷ καταπεπατημένῳ ὑπὸ χοϊκῶν ποδῶν, καὶ ἔργῳ χειρῶν ἀνθρώπων; πόθεν οὖν ἀποκαλεῖς λόγον θεοῦ αὐτὸν ἐλθόντα, καὶ οὐ ποιηθέντα; τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ μου οὐκ ἔστι ποίημα ἀνθρώπου, καὶ καταπάτημα. πῶς οὖν οὐ παραδέχῃ με λέγοντα, ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἡνώθη τῇ σαρκὶ, καί ἐστιν γεννηθεὶς, καὶ οὐ ποιηθείς. ἐὰν τὸ βιβλίον σου ῥιπτόμενον εἰς τὸ καὶ ἑαυτῷ βοηθῆσαι οὐ δύναται, πῶς αὐτὸ λόγον θεοῦ καλέσῃ τις. καὶ ἐὰν ὁ Κύριος

Lumen ex Lumine. Et quomodo uniri poſſet ſimplex & incomprehenſibilis natura, cum Libro tuo. Tenuiſſima & ſubtiliſſima eſſentia, cum re talis denſitatis & craſſitiei, cum tuo nimirum volumine quod ſæpe pedibus calcatur, & quod eſt opus manuum humanarum. Qua ratione ergo illud vocas verbum Dei quod non eſt factum & quod venit ex cœlo. Corpus vero Chriſti mei, non eſt opus hominis, nec res quæ poſſit calcari. Quare ergo me non toleras & probas cum aſſero verbum Dei, carni eſſe unitum, & illud eſſe generatum non vero factum aut creatum. *Si Liber tuus projiciatur in puteum, vel aliam aliquem locum ubi non poſſit ſe ipſum juvare & ab iſto diſcrimine ſe Liberare, quomodo tu potes illum nomine verbi Dei deſignare?* Et ſi Dominus noſter ſe ipſum

ἑαυτὴν ἐκ τῶν Ἰουδαίων διεσώσατο, καὶ εἰς τὰ οὐράνια κατοικεῖν ἀνελήλυθε, πῶς αὐτὸν θεὸν λόγον οὐ καλοῦμεν; καὶ ἐὰν λέγῃς, τὸν λόγον τοῦ θεοῦ οὐ δυνάμεθα κρατεῖν, καὶ νοῆσαι, καὶ μαθεῖν διὰ τὸ πάχος τοῦ βιβλίου; πῶς οὐ παραδέχῃ μοι διὰ μαρτύρων πολλῶν ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἡνώθη τῇ σαρκὶ, καί ἐστι γεννηθεὶς, καὶ οὐ ποιηθείς; καὶ οὕτω καὶ ἡμεῖς εὕρομεν ἐν τῷ πάχει τῆς σαρκὸς τὸ ἄϋλον καὶ λεπτὸν τοῦ θεοῦ, καὶ εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν περιφανῶς λόγου θεοῦ. λοιπὸν πῶς ἡμᾶς ὀνειδίζετε, ὡς ἐπαοιδιστὰς, καὶ ἀσεβεῖς ἐν τούτῳ μᾶλλον, ὅτι οἴδαμεν σημεῖα φοβερὰ, καὶ τέρατα ἀναρίθμητα ἀπὸ τοῦ πάχους

ipſum à furore Judæorum liberavit, & cœlos uſque pervenit, ut ibi ſedes ſuas figeret & collocaret, quomodo verbum Dei, illum non vocaremus. Quod ſi dicas verbum Dei non poſſumus comprehendere nec percipere, nec animadvertere niſi per craſſitiem, & opacitatem Libri; quare ſententiam, meam non admittis variis teſtimoniis roboratam, qua aſſero verbum Dei unitum eſſe carni, & genitum eſſe non vero creatum. Et iſta ratione invenimus in craſſitie & denſitate carnis immaterialem & ſubtiliſſimam ſubſtantiam Dei, & novimus illius gloriam, tanquam ipſiſſimam gloriam verbi Dei. Quare verò nos convitiis oneratis, tanquam incantatores & impios hac præcipue de cauſa, quod tremenda ſigna, & miracula innumera admittamus quibus ipſa materialis & divina Caro

 verbi

τῆς θείας σαρκὸς τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ. καὶ σὺ ἀπὸ τὸ Κουράνιόν σου οὐδὲ τὸ οἱονοῦν. καὶ ὡς οὐκ ἠδυνήθης μαθεῖν τὸ λεπτὸν, καὶ ἀόρατον ἄλλως, εἰ μὴ σὺν τῷ πάχει τοῦ σώματος τοῦ Κουρανίου σου. οὕτως κἀγὼ ὁ Χριστιανὸς οὐκ ἠδυνήθην μαθεῖν καὶ ἰδεῖν τὸν θεὸν λόγον, εἰ μὴ διὰ τοῦ πάχους τοῦ σώματος. καὶ πάλιν πῶς λέγεις, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως θέλομεν εἰδεῖν τὸν πλαστουργήσαντα ἡμᾶς. κἀγὼ λέγω σοι, ὅτι ὅταν ἀπέρχῃ εἰς τὴν Μακᾶν, ἐπὶ τὸ εὔξασθαι, καὶ ἐπιζητεῖς εἰσελθεῖν εἰς τὸν τάφον τοῦ Μουχαμὲτ ἐπὶ τὸ ἀσπάσασθαι αὐτὸν, καὶ οἱ ἐκεῖσε λέγουν σοι οὕτως, ἅμα τῷ ἰδεῖν σε τὸν τάφον, ἀπολέσαι ἔχεις τοὺς ὀφθαλμούς σου. λοιπὸν οὖν, ὁ προφήτης

verbi Dei ſe commendavit. Nihil vero de Corano tuo tale quid jactare potes. Sed ſicut non potes ſubſtantiam ſubtilem & inviſibilem, aliter concipere quam unitam denſitati & craſſitiei corporis Corani tui; ſic ego Chriſtianus non poſſum comprehendere & videre verbum Deum niſi per craſſitiem corporis ſui. Et rurſus quomodo dicere poſſunt Muſulmanni, nos volumus die judicii videre creatorem & formatorem noſtrum. Sed ego regero tibi, cum Meccam tendis ad orandum, & diligenter inquiris & inſtas ut poſſis videre ſepulchrum Muhammedis, & illud ſalutatione quadam proſequi, qui ibi commorantur, ut ab iſto conſilio te deterreant dicunt, eo momento quo ſepulchrum videbis, eccæcaberis, & oculis orbus eris, unde ſequitur Prophetam tuum multum

που ἀντὶ τοῦ σῶσαί σε, ἀπολέσῃ σέ; ὅμως ἂν εἰδῇς τὸν θεὸν ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, καθὼς λέγεις, ἕτοιμος ἐστὶν ἀπολέσαι σε εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. σὺ λέγεις, ὅτι ὁ Μουχαμέτ ἐστιν ἐκ θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ λοιπὸν ἐκ θεοῦ ἔμαθε τὸ ἀδικεῖν; ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἀεὶ ἀδικίας καὶ ἀπωλείας ἐργάζετο ἀντὶ τοῦ σῶσαι. καὶ μετὰ θάνατον πάλιν τὸ αὐτό. ἀντὶ τοῦ φωτίσαι σε τυφλῶσαι σε ἔχει, ὡς σὺ λέγεις. ὦ πεπλανημένε. ὅς τις οὐκ εἶδε τὴν θεότητα ἐν τῷ νῦν. Καὶ πῶς οὐ λέγεις, ὅτι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν συνάρχον εἴδομεν ἐν τῇ σαρκί. καὶ ἐν αὐτῇ ἀνέστησε νεκροὺς, φθειρομένους δὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς παρήγαγεν. καὶ τὴν

multum abeſt ut te juvet, imo ruinam tuam & perditionem promovere. Sic in die judicii ſi videas Deum ipſum, ſicut futurum contendis, illum promptum & paratum ad perditionem tuam experieris, & te detrudet in Gehennam ignis. Tu vero dicis Muhammedem eſſe hominem Dei, & qui ſcilicet à Deo injuſte agere didicerit. In tota vita ſua, loco liberationis & ſalutis, injurias & ruinas aliis creavit, & poſt mortem ſemper idem, eadem adhuc operatur, & vice illuminationis, ſcotomate & eccecatione te percutit, ut tu ipſe aſſeris. O a veritate longe aberrans, qui non vidit divinitatem in hoc tempore præſenti, quare non aſſeris quod verbum Dei, Deo coævum, revera videmus in carne, in qua mortuos eccitavit, corruptos, & non amplius exiſtentes ad eſſe priſtinum

σάρκα αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν ἤγειρεν, καὶ ἀνέστησεν ὡς Θεός. πῶς οὖν αὐτὸν καὶ τὸν Μουχαμὲτ ἴσον ποιεῖς. ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ σαφέστερον σοι εἰπῶν. μέλλων εὔχεσθαι, οἱ πόδες σου ἐν τῇ γῇ. καὶ ὁ Μουχαμὲτ κεῖται ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου ἐν τῇ γῇ σεσηπημένος καὶ διεφθαρμένος. καὶ ἄρας τὰς χεῖρας σου πρὸς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ, καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον; καὶ ὅθεν κεῖται ὁ Μουχαμὲτ, καταπατεῖς, ὅπου δὲ κατοικεῖ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰς ὕψος αἴρων τὰς χεῖράς σου παρακαλεῖς τὰ οὐράνια τάγματα, Ἀγγέλους, Ἀρχαγγέλους, Χερουβὶμ, Σεραφὶμ, ὑμνοῦντες, δοξολογοῦντες τὸν μεγαλοδύναμον Θεὸν σὺν τῷ λόγῳ, καὶ τῷ πνεύματι.

revocavit, & carnem ſuam mortuam vivificavit ut Deus. Quomodo ergo pares aſſeris illum, & Muhammedem. Sed coram Deo aliquid adhuc mihi ſupereſt clarius quod contra te urgeam. Cum es orationi & precibus operam daturus, pedes habes ſuper terram, & ſub pedibus tuis jacet Muhammed in terra, putredine ac vermibus corroſus & diſſolutus, manus vero tollis & tendis ad cœlum ubi eſt verbum Dei, & Thronus ejus, & Spiritus Sanctus; & locum ubi jacet Muhamed pedibus pulſas & calcas, ad locum vero ubi habitat verbum Dei, ad celſiſſimos iſtos cœlos manus ſoles attollere, & invocas cœleſtes exercitus, Angelos, Archangelos, Cherubim, Seraphim, qui hymnis & acclamationibus celebrant Deum maximum & potentiſſimum, cum verbo & Spiritu. Animadverte

βλέπεις Ἀγαρηνὲ, ὅπου πατεῖς, κεῖται ὁ Μουχαμέτ. καὶ ὅθεν ἥπλωσας τὰς χεῖράς σου ἄνωθεν, ἐστὶν ὁ ῥηθεὶς ὕμνος. πῶς οὖν τὸν Μουχαμὲτ καὶ τὸν Χριστὸν ἴσον ἀποκαλεῖς; πῶς οὐκ ἐρυθριᾷς καὶ αἰσχύνῃ; πῶς ἔοικεν ὁ ἀεὶ ὢν καὶ ἀθάνατος τῷ ἀεὶ θνητῷ καὶ φθειρομένῳ. πῶς ἐξισοῦται ὁ λόγος τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιήματί καὶ χοϊκῷ Μουχαμὲτ, καὶ πλάνῳ, τῷ διδάξαντι σε τὸ ὕδωρ ἐστὶν ἁγιασμὸς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. ἄκουσον οὖν τὴν παραβολὴν ταύτην. ἄνθρωπός τις στολὴν λευκὴν ἦν ἐνδεδυμένος, περιερχόμενος ἐν ὁδῷ βεβορβορωμένῃ, καὶ πεσὼν ἐν τῷ πέλματι, εὑρέθη ἐν αὐτῇ πέτρα. καὶ ἡ μὲν στολὴ ἡ λευκὴ ἐμιάνθη ὑπὸ τοῦ βορβό-

verte o Hagarene, locus quem calcas eſt locus in quo jacet mortuus Muhammed, locus vero ſublimis ille ad quem manus extendis, eſt locus qui perſonat hymno & concentu ſupra memorato. Quare ergo Muhammedem & Chriſtum dignitate pares vocas. Quare non erubeſcis & pudore obrueris. Quomodo ſimilis eſſe poteſt æternus immortalis, illi qui eſt mortalis, mortuus & corruptus. Quomodo verbum Dei, rerum omnium opificis & creatoris, poterit æquiparari cum opere & creatura terrena, cum Muhammede qui eſt impoſtor, & qui te docuit aqua ſanctificari animam & corpus. Audi vero hanc parabolam, homo quidam erat indutus ſtola ſeu veſte alba; cum verò in via pergeret cœno & luto referta & ſordida, cecidit in ſolum & locum ſaxis & lapidibus aſperum;

ρου, καὶ ὁ ποὺς αὐτοῦ ἐθλάσθη ἀπὸ τῆς πέτρας. αἴροντες οὖν τινὲς αὐτὸν ἀπήγαγον ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐμβαλόντες ἀπέπλυναν μετὰ σαπουνίου. καὶ ἀπελευκάνθη κατὰ τὸ πρότερον. τὸν δὲ θλασθέντα πόδα οὐ δύναται τὸ ὕδωρ μετὰ σαπωνίου ἰατρεῦσαι, εἰ μὴ ἰατροῦ ἐμπείρου καταλαβόντος ἐν πολλῇ σχολῇ καὶ φροντίδι ἀποκαθίστασθαι ὑγιῆ, ὡς τὸ πρότερον. ὁ δὲ προφήτης σου οὕτως ἐδίδαξεν, ὅτι ὑπὸ τοῦ ὕδατος καθαρίζεται καὶ ἀπολούεται πᾶσα νόσος ψυχῆς, καὶ σώματος. ἄρτι τὸ ὕδωρ οὐκ ἴσχυσεν ἁγιάσαι τὸν θλασθέντα πόδα ὁρατόν τε καὶ φαινόμενον. πόσῳ μᾶλλον τὴν ἀόρατον ψυ-

aſperum; veſtis quidem luto & cœno fuit maculata, ſed pes ſaxi cujuſdam alliſione contritus fuit. Quidem vero illum ex iſto diſcrimine tollentes & levantes, illum domum deduxerunt, & illius veſtem exuentes, & illam in aquam projicientes, cum ſapone & ſmegmate illam lavarunt, & priſtino ſplendori & candori reſtituerunt. Aqua verò & ſmegma non poſſunt juvare pedem Laborantem & contritum, ſed ars ſola medici experientiſſimi, qui in ſe recipit onus cum tempore & cura, illum priſtinæ ſanitati reddere & reſtituere. Propheta vero tuus tali te doctrinâ inſtituit, omnes ſcilicet animæ & corporis morbos cum aqua purgari, lavari, & removeri. Jam vero aqua non valuit curare contritum pedem viſibilem & in ſenſus incurrentem, quomodo ergo poſſet animam inviſi-

κλὼ δυνάται ἁγιάσαι καὶ ἀποπλῦναι; εἰ μὲν λέγεις, εὐχή ἐστι ψυχῆς ἁγιασμὸς, πῶς οὐκ ἔστι καὶ τοῦ σώματος. νῦν δὲ λέγω σοι. δεκτόν ἐστι πρότερον θεραπεῦσαι τὸ θλᾶσμα τοῦ ποδὸς, εἶτα πλύναι τὴν στολὴν καὶ λευκᾶναι. ἤγουν πρῶτον τὴν ψυχὴν ἁγιᾶσαι, καὶ φωτίσαι, καὶ αὐτό τε τὸ σῶμα νίψαι μετὰ ὕδατος καὶ σαπωνίου. Οὐαί σοι ἐλεεινὲ, μέρος κρίσεως. τὴν ἁγίαν ψυχὴν καλοῦσιν ἐν παραδείσῳ, ἢ λέγουσιν, ἐλθὲ, πλυνόκωλε ἐν τῷ παραδείσῳ. ὅταν γοῦν τελευτήσῃ ὁ ἄνθρωπος καὶ ταφῇ, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας οὐχ' ὑπάρχει, βρῶμα καὶ σκώληξ, καὶ ὄζει καὶ φθείρεται, καὶ ὅτι ἐὰν μὴ πολλῷ χώματι καὶ πλακὶ τινὶ, καὶ ἀσφαλῶς περικρυβῇ τῷ σώματι, ὁ ἐγγύσας αὐτοῦ πλησίον ἀπὸ τῆς πολλῆς δυσωδίας ἐτελεύτα ἄν. νῦν δὲ τίς ὠφέλεια τῷ

inviſibilem Lavare & ſanctificare. Si dicas oratio eſt animæ ſanctificatio, quare non valet etiam corpus ipſum ſanctificare. Nunc vero iſtud & amplius dico tibi, convenientius eſt primo curare vulnus pedis, & deinde accedere ad veſtem lavandam & dealbandam, ſic primo animæ cura debet nos ſollicitare, ut ſit nimirum Sancta, & illuminata, deinde, corporis aqua & ſmegmate lavandi eſt habenda ratio. Væ tibi miſerrime, portio futura ultimi judicii. An vocatur anima ad Paradiſum & dicitur veni o clunilote, veni in Paradiſum. Cum vero aliquis mortuus eſt & ſepulchro conditus, & corroſus, & redactus in putredinem & vermes, fætet & prorſus corrumpitur, & niſi multa terra tumulata, & aſſeribus, & maxima diligentia abſcondatur corpus, talem exhalat fætorem, ut propius accedentes te-

Digitized by Google

ἀνθρώπῳ τὸν κόλον αὐτοῦ πλύνειν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ; Φησὶ γὰρ ὁ προφήτης Δαβίδ, καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεός. καὶ ὁ Μωϋσῆς τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας ἐνήστευσεν. καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ὤζετο. λαβὼν δὲ φύλλα δένδρου ἀπεσπόγγισε τὰ χείλη αὐτοῦ. καὶ ὀργισθεὶς ὁ θεὸς αὐτῷ, εἶπεν, διὰ τί ἐσπόγγισας τὰ χείλη σου μετὰ τῶν φύλλων. ὕπαγε, νήστευσον ἑτέρας τεσσαράκοντα. κἀγὼ νῦν ἁγιασμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος ζητῶ. ἐὰν βρωμῇ τὸ στόμα σου, τί πρός με. χοῦς ὑπάρχεις, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. ἄρτι εἰπέ μοι, ὦ Ἀγαρηνὲ, ἐπεὶ ὁ θεὸς ἐκατεδέξατο τὸ στόμα τοῦ προφήτου ὄζον, καὶ οὐκ εἶπεν, πλῦναι μετὰ ὕδατος αὐτὸ τοῦ προφήτου, ἢ σπόγγισε. σὺ πῶς λέγεις, ὅτι μετὰ τοῦ ὕδατος

tes tetro odore ſtatim enecentur. Jam vero quid juvat hominem ſingulis diebus tantâ curâ culum & colum lavare. Ideo dicit David Propheta o Deus crea in me cor purum & mundum. Et cum Moſes jejunaſſet quadraginta dies & noctes incepit aceſcere illius halitus, & ore ingratum odorem emittere; accipiens vero folia arboris cujuſdam quibus labia voluit irrorare & detergere, exarſit ſtatim ira Dei & dixit, quare foliis labia deterſiſti. Abi & jejuna adhuc alios quadraginta dies, nam ego volo ſanctificationem non corporis ſed animę, ſi male olet os tuum quid hoc ad me. Tu es terra & in terram & pulverem reverteris. Jam verò o Hagarene, dic mihi, quandoquidem Deus toleravit & admiſit os fætens Prophetæ Moſis, & non juſſit Prophetam, ut os ſuum aqua lavaret & detergeret; tu

ἁγιάζεται ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα; πεπλάνεσαι. καὶ ὅταν ἁμαρτάνῃς, οὐ μόνον τὸ σῶμα λαμβάνει τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχή. νῦν δὲ τὸ σῶμα ἔπλυνας ἀπὸ τῆς ῥυπαρίας μετὰ τοῦ ὕδατος. τὴν δὲ ψυχὴν τὴν ἀόρατον μετὰ ποίου ὕδατος θέλεις καθαίρειν αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. καὶ πῶς προτιμᾷν τὸ σῶμα ἐκπλύνειν καθ' ἡμέραν πεντάκις, καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι. οὐχὶ ἡ ψυχὴ ὑπάρχει μείζων τοῦ σώματος; ὥσπερ τὴν στολὴν ἐλεύκανας, καὶ τὸ θλάσμα τοῦ ποδὸς οὐκ ἠδυνήθης θεραπεῦσαι ὑπὸ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ μετὰ ἰατρῶν καὶ βοτανῶν ἀρίστων. νῦν θέλω σοι εἰπεῖν, σὺ ἔχεις τάφον ἔχοντά τι ἔξωθεν ἐγκοίμισμα πάνυ θαυμαστὸν ἀπὸ χρυσίου καὶ

qua verecundia potes aſſerere animam & corpus aquâ purgari & ſanctificari. Erras. Nam cum peccas non tantum corpus inquinatur, ſed etiam anima peccati labe inficitur. Si verò corporis ſordes aquâ abſtergis & deles, quâ aquâ animam inviſibilem à peccato liberare & purgare conaris? Et qua ratione fit ut primo curetur corpus & quinquies ſingulis diebus purgetur & mundetur, anima vero neglecta & illota relinquatur. An non anima dignitate corpus ipſum ſuperat? Certe res ita ſe habet ut in parabola veſtis & pedis. Veſtem potes curare & dealbare. Sed pedem vulneratum & contritum, non poteris juvare aquâ, ſed experientiâ medicorum, & viribus herbarum præſtantiorum. Nunc & aliud urgere volo. Habes ſepulchrum mira prorſus lorica circumdatum, & variis

Digitized by Google

Μαργάρων, ἔσωθεν δὲ δυσω-
δίας καὶ σκωλήκων γέμει.
πάλιν ἐρωτῶ σε. ὅταν χω-
ρισθῇ τὸ βρέφος ἐκ τῆς
κοιλίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ,
καθαρίζεται τὸ σῶμα αὐτοῦ
ἀπὸ ὕδατος. αὐτοῦ γὰρ μα-
λακὸν τὸ σῶμα. καὶ οὐ δύνα-
ται εὐχὴν ποιῆσαι. ἵνα εὕ-
ρῃς ἀφορμὴν ὅτι μετὰ τῆς
εὐχῆς ἁγιάζεται ἡ ψυχὴ
αὐτοῦ μέχρι θανάτου. ἔδειξά
σοι, ὅτι τὸ ὕδωρ οὐ καθαρί-
ζει ψυχὴν οὔτε σῶμα. εἰ δὲ
λέγεις ὅτι χρὴ περιτέμνεσθαι,
καὶ οὕτως ἁγιάζεται, λέγω
σοι, αὐτὸ οὔτε τοῦ σώμα-
τός ἐστιν ἁγιασμὸς, οὔτε
ψυχῆς. ἀλλ' εἶχον οἱ Ἰσρα-
ηλῖται τοῦτο γνώρισμα τῆς
ἰδίας γενεᾶς, διϊστῶν αὐ-
τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. ἀλ-
λὰ καὶ αὖθις λέγω σοι,
ὅτι ὁ ἄλογον θεὸν δογμα-
τίζων, καὶ ἀπλοῦν, εὐσε-
βείας ἐστὶν καὶ γνώσεως ἀμοι-

Margaritis & auro deco-
ratum, interius vero eſt
plenum fætore & vermi-
bus. Rurſus aliud te in-
terrogabo, cum partus ex
ventre matris emittitur il-
lius corpus aqua munda-
tur. Eſt vero molle illius
corpus, & non poteſt ad-
huc orare, quod dico ne
hinc occaſionem invenias
aſſerendi quod per preces
ſanctificatur illius anima
ad ultimum uſque mortis
momentum. Oſtendi ergo
tibi quod aqua nec corpus
nec anima ſanctificantur.
Si vero regeras quod fœ-
tus recens natus debeat
circumcidi & ſic ſanctifica-
ri, reſpondeo, nec in hoc
etiam conſiſtere corporis
vel animæ *ſanctificatio-
nem*. Sed Iſraëlitæ hanc
habuerunt gentis & gene-
ris ſui notam qua ab aliis
gentibus diſtinguerentur.
Iterum ergo atque iterum
tibi dico quod qui docet
Deum ratione carentem,
omnino ille ipſe caret co-
gnitio-

ρος, καθὼς καὶ ἔδειξά σοι ἐξ ἀρχῆς.

Πάλιν δὲ ἐρωτῶ σε περὶ τῶν εἰκοσιτεσσάρων χιλιάδων προφητῶν ὧν ἡμᾶς διδάσκεις, ὥστε καὶ τὰ ὀνόματα ἐξειπεῖν, καὶ ὁ καθεὶς αὐτῶν ἐπροφήτευσεν, ἢ ποῖον θαῦμα εἰργάσατο, καὶ ἕκαστος ἐπὶ ποίαν βασιλείαν ὑπῆρχεν. ὁ κόσμος ὅλος ἑβδομήκοντα δύο γλῶσσαι εἰσὶν, ὡς οἴδαμεν. καὶ ἐὰν ἔχῃς εἰπεῖν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν γλωσσῶν τόσους προφήτας, ἐπιστεύομεν σοι. νῦν δὲ οὐδὲ ἑκατὸν προφητῶν ὀνόματα δυνήσῃ εἰπεῖν. ἄκουσε γὰρ παρ' ἐμοῦ Ἐδεσηνοῦ. μίαν οὖν τῶν ἡμερῶν ἦλθεν Ζεκχέτης τις, τοῦτ' ἔστιν ἡσυχαστὴς εἰς τὴν ῥοῦγαν τινὶ τῶν Χαλεπιτῶν, καὶ λέγει αὐτῷ, ἐὰν ἀγαπᾷς τὸν θεὸν καὶ τοὺς προφήτας, χάρισόν μοι νό-

gnitione & pietate, ut tibi ſupra repræſentavi.

Rurſus vero te interrogabo de viginti quatuor myriadibus Prophetarum quos jactare ſoles, ut eorum nomina referas, & quid ſinguli vaticinati ſunt, quo miraculo inclaruerint, quo tempore, quove ſub imperio exſtiterint. Totus orbis conſtat ſeptuaginta duabus linguis, ut notum eſt. Et ſi potes memorare tuos Prophetas ſecundum numerum linguarum totius orbis, fidem tibi habebimus. Nunc vero ne quidem centum Prophetarum nomina potes referre. Audi quippe à me Edeſſeno rem quam tibi narrabo. Die quodam Zecchetes ſeu Religioſus quieſcens, acceſſit ad quendam Calepitarum, ſpe fretus quod ab illo Rogam ſeu Eleëmoſynam eſſet accepturus. Petit ergo ut quo erga Deum & Prophetas amore ferebatur, velles

μισμα ἓν, ἑκάστου προφήτου ὀνόματι. καὶ ἐκατέθετο αὐτῷ δοῦναι ὡς ᾐτήσατο. καὶ θεὶς ἐνώπιον αὐτοῦ πλήθη νομισμάτων, ἀπῄτησεν αὐτὸν λέγειν καθενὸς προφήτου ὄνομα, καὶ λαμβάνειν ἀνὰ ἓν νόμισμα. ὁ δὲ ἀρξάμενος τοῦ λαμβάνειν τὰ νομίσματα, μόλις ἤρξατο καὶ ἐμνήσθη τινῶν ὀνομασιῶν, καὶ ἀπαιτούμενος οὐκ ἐμνήσθη ἔτι. λοιπὸν καὶ οὗτος κατεγελάσθη παρὰ τοῦ Μορατίνου, καὶ ἐπειράσθη, καὶ τὰ νομισθέντα ἐμέμφθη παρ' αὐτοῦ. εἰ παρέτυχον ἄρα τινὲς Χριστιανοὶ ὧδε, οὐ κατεγέλασαν ἂν ὑμᾶς. πῶς οὖν ὑμεῖς, ἐπεὶ οὐ γινώσκετε τῶν προφητῶν ὀνόματα τοσούτων πλῆθος προφητῶν λέγεις ἔχειν ὑμᾶς; καὶ ἀπετόλμησας σὺ ζητῆσαι τι-

vellet illi nummum erogare ad ſingula quæ memoraretur Prophetarum nomina. Sedit vero ille petitioni obtemperaturus. Et cum coram ſe collocaſſet magnam nummorum copiam, efflagitavit ab illo, ut ſingula Prophetarum nomina recenſeret, ad quodlibet Prophetæ nomen nummum accepturus. Cum vero jam quoſdam numos accepiſſet, & quorumdam nominum Prophetarum recordatus fuiſſet, ſtatim hæſit memoria, & ultra non ſuppeditavit, etiamſi alter inſtaret & urgeret. Sic tentatus & irriſus fuit à Moratino, & pactum & conditio reſciſſa, & ab illo improbata. Si tunc adfuiſſent Chriſtiani, an non ipſi vos ludibrio & riſu eccepiſſent. Cum ergo ignoretis Prophetarum nomina, quomodo tantum Prophetarum numerum apud vos floruiſſe audetis aſſerere, & quare non

σαῦτα νομίσματα περὶ ὧν οὐ γινώσκεις ἀριθμὸν τῶν ὑμετέρων προφητῶν. λέγεις μοι πάλιν, ὅτι πρῶτος προφήτης ἐστὶν ὁ Ἀδάμ, καὶ ἔσχατος ὁ Μουχαμέτ. ἄφρων, καὶ ἔξω τῆς ἀληθείας. ἐν διαφόροις τόποις εὕρηκά σε ὡς λέγεις, ὅτι ὁ Μουχαμὲτ πρὸ καταβολῆς κόσμου ἦν. καὶ ἐρωτώμενος παρ' ἐμοῦ ποῦ ἐκατοίκει. καὶ λέγεις. μεταξὺ πηλοῦ καὶ ὕδατος ἐκρύπτετο. καὶ λοιπὸν πῶς ὕστερον ἐστὶν τοῦ Ἀδάμ; ἐπειδὴ πρὸ καταβολῆς κόσμου ὑπῆρχεν. σὺ καὶ αὐτὸ λέγεις. σὺ καὶ ἀνατρέπεις. καὶ πῶς οὐκ ἐρυθριᾷς ἀσύνετε.

Ἀλλ' ἐρωτῶ σε πάλιν καὶ εἰπέ μοι. ποῦ, καὶ πότε ἐγεννήθη ὁ Μουχαμέτ; καὶ ποῦ ἐπορεύετο. καὶ ποῦ ἀπέθανεν.

non erubeſcis tot nummos efflagitare quot ſunt nomina Prophetarum, quæ tamen memorare non potes, & ſunt tibi prorſus ignota. Sed ad ea quæ dixi rurſus regeris, Adamum fuiſſe Prophetam primum, Muhammedem verò ultimum fuiſſe. Inſulſe & extra jacens veritatis orbitam. In variis locis deprehendi te dicentem, quod erat Muhamed, ante jacta mundi fundamenta, & rogatus à me ubinam habitabat, aſſeris illum occultatum fuiſſe inter lutum & aquam. Si vero res ita ſe habeat, quomodo eſt tempore Adamo poſterior, ſi nimirum exſtitit ante conditum mundum. Tu idem aſſeris & evertis. O omnis cognitionis expers quare tu non erubeſcis.

Sed iterum te interrogabo, dic ergo mihi ubi & quando natus eſt Muhammed, quo profectus, ubinam mortuus & humanitatem

ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ὁ πάππος αὐτοῦ πῶς καλεῖται. πάντα οὐ γινώσκεις. ἀλλ' ἐγὼ γινώσκω, καὶ καλῶς ἐπίσταμαι. ἐὰν ἀγνοεῖς τὰ σὰ γράμματα, καὶ τὰ ἐμά. κἂν σὺ τὰ ἐμὰ οὐ γινώσκεις, ἄκουσον λοιπὸν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ διδάχθητι οὐ μόνον περὶ τοῦ πάππου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἕως γενεὰς δέκα τοῖς ἑαυτοῦ. ἐγὼ δὲ διὰ ἀναδιδάσκω τὸν υἱόν μου. τὸν δὲ υἱόν μου οὐκ ἐνδέχεται τοῦτο ποιεῖν. ὅτι οὐ δύναται. οὕτω γὰρ καὶ ὑμεῖς οὐ δύνασθε περὶ τοῦ Μουχαμὲτ ἀκριβῶς εἰδέναι, ὡς ἡμεῖς οἱ Χριστιανοί. διότι ἡμεῖς πρὸ τοῦ Μουχαμὲτ ἐσμὲν, καὶ ἀκριβῶς τὰ κατ' αὐτοῦ ἅπαντα. ὅμως καὶ ἐὰν οἴδατε ὑμεῖς, δείξατε ἡμῖν περὶ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ κἂν μίαν ἑορτὴν, καὶ περὶ τοῦ ἀναληφθῆναι αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰπέ μοι, τί ἑορτάζεις; ἢ καὶ διὰ τὴν

tatem exuit, aut quomodo pater illius aut avus vocabatur. Iſta omnia non noſti, illorum vero non ſum ignarus imo ea probe novi. Ignoras forſan tua ſicut noſtra. Sed ſi noſtra tibi ſunt incognita, audi tua, & diſce à me non tantum quis fuerit illius pater aut avus, ſed audi ſurſum & retro, decem illius generationes. Ego quidem doceo filium meum, ſed ille non idem præſtat, & revera non poteſt. Sic etiam non poteſtis tam acurate ea noſſe quæ ſpectant Muhamedem ſicut nos Chriſtiani;nam ſumus ipſo Muhammede multo vetuſtiores, & quæ ad illum pertinent nobis perſpicue cognita ſunt. Dicatis ergo nobis ſi hoc vobis ſit cognitum, quod nam feſtum celebretur in memoriam nativitatis & aſſumptionis illius in cœlos. Dic mihi quæ dies ſolennis inſtituta ad nativitatis vel mortis vel

θανὴν αὐτοῦ. καὶ ποῦ ἐτάφη. καὶ τίς ἡ ψαλμῳδία τῆς κοιμήσεως αὐτοῦ. τὰ βιβλία ὑμῶν ὅλα διῆλθον, καὶ οὐδεμίαν εὗρον ὑπόθεσιν γεγραμμένην περὶ ἐπαίνου καὶ ὕμνου. οὐδὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἰεμένα ἐχαιρετήθη ὑπὸ τοῦ Γαβριήλ. οὔτε ἡ δύναμις ἐξ ὕψους κατῴκησεν ἐν αὐτῇ, καὶ ἔγγυος γέγονεν. οὔτε πνεῦμα ἅγιον ἐκάλεσεν αὐτὴν ἁγίαν, καὶ πρὸ τοῦ τόκου παρθένον, καὶ μετὰ τόκον παρθένον μένειν, εἰ μὴ γράφη οὕτως, ὅτι ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων δούλη ἠγοράσθη. πῶς αὐτὴν τὴν δούλην, καὶ τὴν ἁγίαν, καὶ μακαρίαν, καὶ πανάμωμον παρθένον τὴν μητέρα τοῦ θεοῦ λόγου ἴσας ποιεῖς, ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς ἰσότης. οὕτω καὶ ὁ Μουχαμὲτ ἴσος ἐστὶν τῷ Χριστῷ. ὅτι ὁ Μουχαμὲτ νεκροὺς οὐκ ἀνέστησεν. ἀλλ' οὐδὲ ὡς ὁ Χριστὸς τὸν

vel ſepulturæ illius memoriam recolendam; quinam pſalmi & odæ decantantur in honorem dormitionis illius. Omnes tuos Libros evolvi, ſed nullum inveni argumentum, vel declarationē ſcriptam de laudibus & hymno quibus fuerit celebratus. Nec Angelus Gabriel ſalutavit Jemenā Muhāmedis matrem, nec virtus Altiſſimi in illa habitavit ut prægnans & gravida evaderet, nec Spiritus Sanctus illam vocavit Sanctam, nec fuit virgo ante partum, nec poſt partū virgo manſit. Sed tantū hoc ſcriptum invenitur, quod cum eſſet ſerva, à variis hominibus redempta fuerit; quomodo ergo iſtam ſervam, & Sanctam, beatam, immaculatam matrem Dei verbi, ſuppares facis, cum inter illas nulla ſit æqualitas. Sic Muhammed ſcilicet eſt æqualis Chriſto, cum tamen mortuos non eccitaverit, nec ſicut Chriſtus quatri-

τετραήμερον Λάζαρον ἀνέστησεν. οὐδὲ τοῦ γεγεννημένου τυφλοῦ ἤνοιξεν ὀφθαλμούς. οὔτε πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐθεράπευσεν. λεπροὺς οὐκ ἐκαθάρισε. κωφοὶ δὲ ἄλαλοι οὐκ ἰάθησαν παρ' αὐτοῦ, οὔτε βίαν ἀνέμων καὶ ἀγριαίνοντα κύματα ἔστησεν. καὶ ἐν ὕδατι ὥσπερ ξηρᾶς ἐπεριπάτησεν. καὶ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ οὐκ εἰσῆλθεν τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. οὔτε μετεμορφώθη πρόσθεν τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ ἀναμάρτητος οὐκ ἦν, οὔτε ἀθάνατος, οὔτε δικαιοκριτής. πῶς ἴσον ποιεῖς αὐτὸν τῷ Χριστῷ; ἐπεὶ τοιοῦτόν τι οὐ πεποίηκεν ὁ Μουχαμὲτ, οὐδὲ ἄλλο ἕτερον τὸ οἱονοῦν. οὔτε ἀληθείας ἐχόμενος, οὔτε δικαιοσύνης, ἀλλὰ μᾶλλον, ὅτι πᾶσαν ἀδικίαν ἐνεδείξατο καὶ διετάξατο φονεύεσθαι πάντας τοὺς μὴ λέγοντας αὐτὸν θεοῦ Ἀπόστολον. καὶ σὺ λέγεις ἀναιδῶς, ὅτι ὁ

duanum Lazarum ad vitam revocaverit, nec cæci oculos aperuit, nec omnia morborum & infirmitatam genera curavit, nec lepra laborantes mundavit, nec ſurdi nec muti ab illo ſanati, nec vim ventorum furenteſque fluctus compeſcuit, nec ſalum ut ſolum pedibus calcavit, nec januis clauſis ad Diſcipulos ſuos penetravit, nec transfiguratus fuit coram illis, nec fuit peccati purus, nec immortalis, nec judex æquiſſimus. Quomodo ergo Mahumedem Chriſto parem potes aſſerere, cum talia vel ſimilia nunquam ille præſtiterit, nec veritatis & juſtitiæ fautor & promotor exſtiterit, imo potius ſe injuſtitiæ mancipium exhibuerit, cum omnes trucidari juſſerit, qui illum Dei Apoſtolum confiteri recuſarent. Tu vero inverecunde & impudenter aſſeris Muhammedem, & Chri-

Μουχαμὲτ, καὶ ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς ἐστίν. περὶ δὲ τοῦ βίου τοῦ αὐτοῦ Μουχαμὲτ λέγω σοί.

Ὁ λεγόμενος Ἀμπτουλμουτάλεπ οὐδεὶς ἦν ἀπὸ τὸ γένος τῶν νῦν Μουσουλμανῶν γνῶναι αὐτὸν, οὔτε οἴδατε, οὔτε γνωρίζετε. ἡμεῖς δὲ οἱ Χριστιανοὶ οἱ πιστεύοντες τῷ λογικῷ καὶ ζῶντι θεῷ, καὶ πρὸς αὐτὸν ὑπάρχομεν καθὼς καὶ κληρονόμοι τῆς γῆς τυγχάνομεν. καὶ οἴδαμεν αὐτὸν, καὶ ἐγνωρίσαμεν. λοιπὸν ἀπ' ἐμοῦ ὀφείλεις μαθεῖν περὶ πάντων, ὧν οὐ γινώσκεις. ὁ Μουχαμὲτ ἐγένετο υἱὸς Ἀμπτουλᾶ, ὁ Ἀμπτουλᾶς υἱὸς Ἀμπταλμουταλὶπ, ὁ Ἀμπτουλμουταλὶπ, υἱὸς Ἀσὲμ, Ἀσὲμ υἱὸς Ἀδελμουνέφη, Ἀδελμουνέφη υἱὸς Κουσὶ, ὁ Κουσὶς υἱὸς Λουαῒ, Λουαῒ υἱὸς Μουτρακᾶ, Μουτρακᾶς υἱὸς Καϊνὰν, Καϊνὰν υἱὸς Ἐμουλδὰβ, Ἐμουλδὰβ υἱὸς Ἀλισαῒ,

Chriſtum omnino pares fuiſſe; ſed ad ea quæ ſpectant vitam & mores Muhammedis nunc me converto, & dico.

Is cui Amptoulmoutalepo nomen erat, ignotus erat toti Muſulmannorum Genti, & nequidem nunc, quis ille fuerit apud vos notum & compertum eſt. Nos vero Chriſtiani qui credimus Deo viventi & rationali, qui illi adhæremus, & qui totius terræ hæredes ſumus, illum probe cognovimus. Sed hac de re ſicut & de multis aliis quæ tibi ſunt incognita debes à me doceri. Muhamed fuit filius Amptoulæ, Amptoulas vero fuit filius Amptalmoutelipi; Amptaulmutalip, filius Aſemi, Aſemus filius Adelmunaphi, Adelmunaphe filius Cuſi, Cuſis filius Lovæ, Lova filius Mutracæ, Mutracas filius Caïnan, Caïnan filius Emuldab, Emuldab filius Eliſaï,

Ἀλισαῒ ὑὸς Μετουσάλαχ, Μετουσάλαχ ὑὸς Ἀρφαλσιάχ. Νῦν ἄκουσον ἀνόητε τοῦ πάππου τοῦ Μουχαμὲτ τοῦ Ἀμπτουλμουτζαλεπῆ, ἄχρι τελευτῆς τοῦ Μουχαμέτ. καὶ ἃ εἶπον, καὶ μέλλω εἰπεῖν αὐτῶν Χαλδαϊκῶν σοὶ γραφῶν λέγω καὶ γράφω. ὁ πατὴρ τοῦ Μουχαμὲτ ὁ Ἀμπτουλᾶς ἠγόρασε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τὴν Ἰεμενᾶν τὴν μητέρα τοῦ Μουχαμὲτ ἀπὸ τοῦ φόρου τῶν Ἀῤῥάβων, τοῦ Λέοντος τὴν κόρην· καὶ ὡς αὕτη ἐγέννησε τὸν Μουχαμὲτ, μετὰ δέκα χρόνους τέθνηκεν. καὶ ἀνετράφη ὁ Μουχαμὲτ μὴ ἔχων μητέρα παρὰ τοῦ Ἀμπτουτζαλεπῆ, καὶ ΚΔ χρόνων γεγονὼς, ἔλαβεν ἔκτοτε γυναῖκας δέκα, καὶ σκλάβας ἕξ. ἡ πρώτη γυνὴ

Eliſaï filius Metuſalach, Metuſalach filius Arphalxiach. Audi nunc inſulſe ea quæ ſpectant avum Muhammedis Amptulmutalipum, imo ea ipſa quæ contigerunt ad ultima Muhammedis ipſius fata. Ea vero quæ dixi, & impoſterum dicam & ſcribam, ea petita ſunt & hauſta omnia ex ſcriptis & Libris ipſorum Chaldæorum. Amptulas Muhammedis pater in foro quodam Arabum emit ſibi uxorem Jemenam Muhammedis matrem, puellam & filiam cujuſdam cui Leoni nomen erat. Cum vero Muhammedem peperiſſet, elapſis decem annis tandem poſt extincta eſt. Muhāmed vero matre orbatus, ab Amptoutalepo fuit educatus, & cum ad annum vigeſimum quartum ætatis ſuæ perveniſſet, decē uxores duxit, quibus ſex concubinas captivas ſuperinduxit. Prima illius uxor voca-

αὐτοῦ Χαδίτζε ἡ θυγάτηρ τοῦ Χαλεπῆ, ἡ δευτέρα Ἀμπταλμὲ, ἡ θυγάτηρ τοῦ Σαφουᾶ, ἡ τρίτη Αἰσαΐ, ἡ θυγάτηρ τοῦ Οὐμαρὲ, ἡ τετάρτη Ἀσιαὶ, ἡ θυγάτηρ τοῦ Ἀποπάκρη, ἤγουν τοῦ Μπουμπέκη τοῦ καθίσαντος μετὰ Μουχαμὲτ, ἡ Χανιφὰ; πέμπτη Μερὲμ Αἰγυπτία, ἡ ἕκτη Ζαιτὲ, ἡ ἑβδόμη Ζουλχὰ, καὶ καθεξῆς. καὶ ἰδὸν λέγω σοι, πῶς αὐτὰς ἀνέλαβεν, καὶ πόθεν. ἡ Χαδίτζε ἤντλησεν ὕδωρ, καὶ ἐπότιζε τὰς Καμήλους, καὶ διέβαινεν ὁ Μουχαμὲτ, καὶ ἐζήτησεν ὕδωρ, καὶ ἤτησεν αὐτὴν εἰς γυναῖκα καὶ εἶπεν ἡ Χαδίτζε, τὸ πρόσωπόν σου βλέπω, καὶ οὐ τολμῶ ἐγγίσαι σοι, μὴ σὺ εἶ ὁ προφήτης ἐκ τοῦ γένους τῶν Κορασιωτῶν. λέγει αὐτῇ, Ναὶ, καὶ ἐζήτησεν αὐτὴν ἐκ τοῦ πα-

vocabatur Caditſa filia cujuſdam Chalepi, ſecunda Amptalme filia Saphove, tertia Aiſai filia Omari, quarta Aſiai filia Apupacri, ſeu Mpoumpaci qui Muhammedi ſucceſſit & poſt illum ſedem occupavit, id eſt fuit Calipha; quinta fuit Maria Ægyptia, ſexta Zaite, ſeptima Zulcha, & quæ ſequuntur. Jam vero tibi narrabo unde & quomodo illas habuerit & duxerit. Caditia hauriebat aquam, & Camelis potum ſuppeditabat, cum vero illac tranſiret Muhammed, aquam ipſe petiit à puella, quam ut cum illo matrimonio jungi vellet, nullâ morâ rogavit. Reſpondit vero Caditia, vultum quidem tuum poſſum conſpicere, ſed tamen non audeo ad te accedere, an tu non es ille Propheta qui inter Coraſiotas natus eſt. Reſpondit, imo ille ipſe ſum, & ad Patrem puellæ acce-

Aaa 3 dit, il-

πρὸς αὐτῆς εἰς γυναῖκα. τὴν δὲ Ἀμπταλμὲ ἔλαβεν ἐκ δουλείας τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ διεπαρθενεύσατο αὐτήν. ἡ δὲ Αἰσαὶ ἰδοῦσα τὸν Μουχαμὲτ ἐρχόμενον, ἥπλωσεν τὸ φακαιώλαιον αὐτῆς, καὶ περιεπάτησεν ἐπάνω αὐτοῦ. λέγει οὖν αὐτῇ ὁ Μουχαμὲτ, εὐχαριστῶ σοι, μεγάλη σου ἡ πίστις, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν πατέρα αὐτῆς λέγων. στεῖλόν μοι τὴν θυγατέρα σου εἰς γυναῖκα, καὶ ἀκούσας ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐχάρη σφόδρα, καὶ ἔστειλεν αὐτὴν μετὰ καὶ ὀξυγάλακτος πρὸς τὸν Μουχαμὲτ, ἵνα φάγῃ, καὶ εὔξηται αὐτός. καὶ λαβὼν τὸ γάλα ἔφαγεν, τὴν δὲ κόρην διεπαρθενεύσατο. ἡ Μεριὲμ, ἦν δὲ Αἰγυπτία, εἰς κάστρον λεγόμενον

dit, illamque conjugio ſibi ſociandam à Patre impetravit. Amptalmem vero duxit, tanquam ſervam domeſticam, & in ædibus ſuis natam, quam cum prius defloraſſet & devirginaſſet, illam poſtea connubio ſibi junxit. Aiſai vero cum è longinquo videret incedentem & accedentem Muhammedem, extendit phaciolium ſuũ, ſuper quod cum inceſſiſſet, dixit puellæ gratias ago tibi. Magna eſt fides tua. Miſit vero ad illius Patrem jubens ut filiam ad ſe mitteret uxorem ſibi ſociandam. Audito vero nuncio puellæ Pater maximo perfuſus eſt gaudio, illamque miſit ad Mahumedem cum oxygalacte ut illud comederet, & pro illis precaretur. Arrepto vero lacte, illo ſe ſaginavit, & tandem puellæ virginea clauſtra ſalaci ſicula temeravit. Maria vero erat Ægyptia, quæ erat in urbe

Mpois,

Μπους εἰς γῆν Δαμασκοῦ καθιζομένη, καὶ ὅτι ἀπῆλθεν ὁ Μουχαμὲτ μετὰ Καμήλων ἰδίων τῆς κυρίας αὐτοῦ μίσθιῳ, εἶδεν αὐτὴν, καὶ ἠγάπησεν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἤφερεν εἰς τὰ ἴδια. καὶ τὴν Ζαΐτὶ ὕδωρ ἐκβάλλουσαν μετὰ τοῦ κεραμίου ἀπὸ τὸν κλίβανον, καὶ τὰς παρειὰς ἐρυθρὰς ἔχουσαν, ἠγάπησεν αὐτήν. καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς εἶπεν, οὐκ ἔχει σοι ἄλλος ἐξουσίαν, εἰ μὴ ἐγὼ, καὶ ἐπῆρεν αὐτὴν ἐκ τοῦ εἰς γυναῖκα, καὶ ἀκούσας ὁ ταύτης πατὴρ ἐχάρη σφόδρα, καὶ ἐλθὼν ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγων, πόθεν μοι τοῦτο ἀπόστολε τοῦ θεοῦ, ἵνα κληθῇς γαμβρός μου; λέγει αὐτῷ ὁ Μουχαμὲτ, ἀνίστα, ὅτι οὕτως γέγραπται. ἐποίησε δὲ ὁ Μουχαμὲτ παιδία, Δ μὲν ἄρρενα, καὶ θῆλυ ἕν. ὁ πρῶ-

Mpois, ſita in agro Damaſceno. Cum vero illuc perveniſſet Muhammed cum Camelis Dominæ ſuæ quos conducta mercede regere ſolebat, vidit puellam & illam adamavit, illamque uxorem in domum ſuam deduxit. Zaïten etiam aquam haurientem & ſpargentem cum vaſculo quodam fictili,& purpureis genis conſpicuam, ſtatim adamavit, quam manu comprehenſam, ſic eſt alloquutus, nullus præter me in te poteſtatem & jus habebit, & poſtea illam pro uxore habuit. Quod cum Pater audiviſſet totum ſe maximo permiſit gaudio, & ad Mahumedem profectus, coram illo procubuit, dicens, unde mihi tantus honos, ut gener meus haberi non dedigneris. Cui ſic infit Muhammed, ſurge, ſic in fatis decretum & ſcriptum eſt. Muhammed autem quatuor filios procreavit & unam

τος υἱὸς αὐτοῦ Ταΐπ, ὁ δεύτερος Ταὲρ, ὁ τρίτος Κασὲμ, ὁ τέταρτος Ἠμβραΐμ, καὶ ἡ θήλεια Φατμά. καὶ οὐδεὶς ἀπὸ τὰ ἄῤῥενα ἔζησεν, εἰ μὴ μόνη ἡ Φατμά. πῶς οὐκ ἀνέστησεν ἀπὸ τῶν παιδίων αὐτοῦ ἐνώπιον τῶν Ἀῤῥάβων, ὥστε εἰδεῖν αὐτοὺς, καὶ πιστεῦσαι ἐκ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ, εἰ προφήτης ἦν, ὡς λέγεις. τὴν δὲ Φατμὰν ἔδωκεν εἰς γυναῖκα αὐτὴν τῷ ἐξαδέλφῳ αὐτοῦ Ἀλῆ υἱῷ τοῦ Ἀπουταλεπῆ. καὶ αὐτὸς ἐποίησε μετ' αὐτὴν παιδία δύο, ὁ πρῶτος υἱὸς αὐτοῦ Χασάνης, ὁ δεύτερος Χουσεΐνης. καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Μουχαμὲτ ἀνέστη ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ τὸ ὄνομα Μεβία ἔχων καὶ υἱὸν ὀνόματι Ἰαζὶτ ἐξουσιαστὴν ὑπάρχων. καὶ ἀπέστειλεν,

unam filiam. Primogenitus vocabatur Taïp, ſecundus Taër, tertius Caſem, quartus Ibrahim, filiæ vero Phatimæ nomen erat. Nulli vero Liberorum vitæ uſura diutina conceſſa fuit. Sola vero Phatima dici æthereis & vitalibus auris veſcebatur. Quare vero Liberos ſuos ex mortuis non eccitavit in præſentia Arabum, ut iſtorum miraculorum contemplatione attoniti in illum crederent. Et ſi Propheta fuit uti dicis quare hoc non præſtitit. Phatimam verò uxorẽ tradidit Ali filio fratris ſui Abutalepi. Ille autẽ ex Phatima duos ſuſcepit Liberos, primogenitum nomine Chaſanem, minorem natu nomine Chuſeïnem. Cum vero Muhammed fato functus eſſet, exſtitit Mebia quidem quo cum Muhammed inimicitias exercuerat, & qui filium habebat nomine Iaſit dynaſtam potentiſſimum.

καὶ ἐφόνευσαν τοὺς δύο υἱοὺς τοῦ Ἀλῆ τὸν Χασάνην, καὶ τὸν Χουσεΐνην, τὸν πρότερον διὰ φαρμάκου, τὸν δεύτερον διὰ ξίφους. ταῦτα πάντα οἶδα ἀληθῶς. καὶ λέγε μοι, ἐπεὶ οὖν ἂν αὐτὸν προφήτην καλεῖς, διὰ τί οὐ προεφήτευσεν περὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν ἐκγόνων αὐτοῦ, ὅτι οὕτως μέλλουσι θνήσκειν μετὰ θάνατον αὐτοῦ. ἐκ τότε ἐκάθισεν ἀντὶ τοῦ Μουχαμὲτ, Ἀπουπάκρης χαλιφάτης χρόνους ϛ' καὶ ἥμισυ. εἶτα ὁ Οὐμέρης ὁ υἱὸς τοῦ Χαταπάπα, χρόνους ϛ'. ἔπειτα ὁ Ὀθμάνης υἱὸς Ἀφάη χρόνους ιβ'. εἶτα ὁ Ἀλῆς υἱὸς τοῦ Ἀπουταλεπῆ χρόνους δ'. πάλιν λέγω σοι ὅτι ἐὰν ἐξηγήσωμαι τῶν ιβ' αὐτοῦ πάππων τὰ ὀνόματα καὶ τὴν αἰ-

mum. Miſit vero Mebias quoſdam qui trucidarent filios Ali Chaſanem & Chuſainem. Primogenitum verò Veneno, alterum gladio incautos peremerunt. Iſta omnia mihi probe comperta ſunt. Si ergo ut modo dicebam Muhammed fuit Propheta, dic mihi quare de morte filiorum, & nepotum nihil vaticinatus eſt, & quod poſtquam humanitatem impleviſſet tali & tali fato eſſent tandem perituri. A tempore autem mortis Muhammedis, poſt illum, ut Calipha & ſucceſſor ſedit Apupacher, qui imperavit annos ſex cum dimidio. Poſt illum, Caliphatum obtinuit Omer filius Catapap ſpatio ſex annorum. Poſt illum Othmanes filius Aphuæ, annos duodecim, deinde Ali filius Abutalipi annos quatuor. Dico ergo tibi & iterum dico, quod ſi duodecim illius avorum nomina, & geſta turpia & puden-

χωύλων αὐτῶν, ὁ Εὐφράτης ὑπὲρ μέλανος οὐκ ἀρκέσει μοι. Νῦν ἄκουσον τὸν βίον τοῦ πάππου τοῦ Μουχαμὲτ τοῦ Ἀμπλομουτάλεπ. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦν ἡ κατοίκησις αὐτοῦ εἰς γῆν Μαραδᾶ, καὶ ἐπαρεπονέθη ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἀσὲμ, ἦλθεν εἰς γῆν Σεφορὰν γονικὸν ὢν Κορασιωτῶν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ παιδία ἄρρενα δέκα. καὶ θυγατέρας τρεῖς. ὁ πρῶτος υἱὸς αὐτοῦ Ἀμουσὴς, ὁ β' Ἀμπᾶς, ὁ γ' Ἀπουταλεπῆ, ὁ δ' Ἀμπουλχὰπ, ὁ ε' Ἀπλουκαδέπ, ὁ ς' Ἀπουτζὰλ, ὁ ζ' Ἀμπλουλκασὲμ, ὁ ὄγδοος Ἀμπουλῆ, ὁ θ' Σαφουὰν, ὁ ι' Ἀμπλουλὰς, αὐτός ἐστιν ὁ πατὴρ τοῦ Μουχαμέτ. ὁ δὲ πάππος τοῦ Μουχαμὲτ ὁ Ἀμπλουλμουταλέπης εἶχεν ἀδελφὸν Κουρέση τὸ ὄνομα, κατὰ τὸ ὄνομα τοῦ προπάππου αὐτοῦ. καὶ κατῴ-

pudenda narrare vellē, deficeret Euphates ipſe, etiam ſi pro ruentibus undis atramentū mihi ſuppeditaret. Nunc verò audi vitam & mores Amptalmotalepi avi ipſius Muhammedis. Iſto tempore incolebat regionē Marada; cum vero pater illius Aſem moleſtias illi crearet & querulis exprobrationibus ſemper illū vexaret, venit Sephoram apud Coraſiotas quos ſanguine & genere attingebat. Habebat vero ſecum decem liberos mares, & tres filias. Primus vocabatur Amaſes; ſecundus Ampas, tertius Abutalep, quartus Ampelcap, quintus Aplucadep, ſextus Aputſal, ſeptimus Amptulcaſē, octavus Amptuale, nonus Saphuan, decimus Amptoulas. Fuit vero hic pater Muhammedis. Amptulmutalipes autem avus Muhammedis habuit fratrē nomine Coraſe, qui iſto nomine nomen proavi ſui referebat. Habitabat vero

καὶ εἰς γῆν Χὰμ δύο ἡμερῶν δρόμον ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς γῆς Μαραδά. ὁ δὲ Κωρέσης εἶχεν θυγατέρας δέκα, καὶ υἱοὺς τρεῖς. ἡ ὑστερινὴ θυγάτηρ αὐτοῦ ἤκουεν Λιαλουλὲ, τοῦτ' ἔστιν Μαργαρίτα, καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν ὁ Ἀμπλουλὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀδελφοῦ τούτου Ἀμπλουλμουτάλεπ. ὁ δὲ πατὴρ τοῦ Μουχαμέτ. ἠγάπησεν οὖν αὐτὴν σφόδρα, καὶ λέγει τῷ πατρὶ αὐτοῦ, θέλω εἰπεῖν σε τῷ ἀδελφῷ σου τῷ Κουρέσῃ δοῦναί μοι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα. ἦν δὲ ὁ Κουρέσης πλούσιος σφόδρα παρὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἀμπλουλμουτάλεπ. λέγει ὁ πατὴρ τοῦ Ἀμπλουλᾶ, ὁ θεῖος σου ἕναι πλούσιος καὶ κενόδοξος, ἐγὼ δὲ πτωχὸς, καὶ ἐὰν τοῦ εἴπω, θέλει με ὀνειδίσει. καὶ οὗτος πάλιν

vero in terra Cham duorum dierum ſpatio diſtans à Marada, ubi frater ejus ſedes fixas habebat. Coraſes vero numeroſa prole beatus habuit decem filias, & tres filios. Filia vero natu minima vocabatur Lialule hoc eſt gemma ſeu Margarita. Illam adamavit Amptulas pater Muhammedis, & filius Amptulmutalepi fratris Coraſæ. Cum ergo illam deperiret Amptualas, patri conſilium ſuum aperuit, & dixit, pete à fratre tuo Coraſe ut annuat votis meis, & illius filia uxor mihi concedatur. Erat vero Coraſes ditiſſimus, & opibus Amptulmutalepum fratrem longiſſime ſuperabat. Regerebat vero pater Amptulæ, patruus tuus opibus floret, & ille vanos & elatos alit animos, ego vero ſum in re anguſta, & cum ea de re illum convenero, ſtatim me comtemptu, & convitiis eccipiet. Ille vero

ὄχλησε τὸν πατέρα αὐτοῦ περὶ τὴν ἀνεψιάν του, ἣν ἠγάπα, τὴν ἐξαδέλφην αὐτοῦ. καὶ μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐμήνυσεν τὸν ἀδελφόν του τοῦ λαβεῖν τὴν ἀνεψιάν του νύμφην εἰς τόν μου υἱὸν τὸν Ἀμπτουλάν. θυμωθεὶς δὲ ἐκεῖνος, καὶ εἰπὼν, μὰ τὸν θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἐὰν δένῃ σουῦ γνήσιος μοῦ ἀδελφὸς, ἐχάωσα ἄν σε ἐκ τῆς γῆς ταύτης. καὶ ἐποίησεν μετ' αὐτὸν ἔχθραν πολλήν. εἶχεν δὲ ὁ Ἀμπτουλμουτάλεπ κύνα πάνυ ὀνομαστὸν, καὶ ἀπερχομένην εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Κουρέση, ἀπέκτεινεν καὶ ἀπέκρυψεν αὐτὴν, καὶ ἔχωσεν εἰς τὴν γῆν τοῦ μὴ φανῆναι. ὁ δὲ Κωρέσης εἶχεν φοράδα πάνυ θαυμαστὴν, περιτρέχουσαν μετὰ τοῦ ἀνέμου. μετὰ δύο ζυγιῶν

inſtabat, & urgebat patrem ut uxorem ſibi quæreret conſobrinam filiam fratris, cujus amore urebatur. Importunis ergo efflagitationibus expugnatus & victus pater, fratri totum negotium declaravit, & rogavit ut filia matrimonio copularetur Amptulæ filio ſuo. Ira vero accenſus frater reſpondit, per Deum cœli & terræ ſi tu non eſſes frater meus germanus, ego his oris te prorſus expellerem, & ſolum vertere te ſtatim cogerem. Et impoſterum cum illo acerbiſſimas exercuit inimicitias. Amptulmutalep autem habebat canem præſtantiſſimam & famigeratiſſimam, quæ cum ædes Coreſæ ingreſſa eſſet, illam occidit, & multa congeſta terra, illam occultavit, ne factum innoteſceret. Coreſes verò habebat equam præſtantiſſimæ formæ & velocitatis, quæ & ventum ipſum celeritate antecederet, & duobus ferreis

σιδηρῶν πεπεδηκλωμένην. καὶ νοήσαντες ὁ Ἀμπουλᾶς, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ὅτι τὴν κύνα ἐφόνευσεν ὁ Κωρέσης, καὶ μὴ φέρων τὴν λύπην τῆς κυνὸς ὁ Ἀμπουλᾶς, λαβὼν κανίσκιον ἀπῆλθεν εἰς τοῦ Κωρέσου μετὰ εἰρήνης. καὶ οἱ Ἄραβες ἔχουσι τὴν εἰρήνην ὡς μέγα τι πρᾶγμα. καὶ ἰδόντες οἱ Κωρασιῶται αὐτὸν ἐρχόμενον μετὰ τοῦ κανισκίου, καὶ δόντα αὐτοῖς τὴν εἰρήνην, ἀπεμερίμνησαν αὐτοῦ, ὅτι οὗτος οὐκ ἐθυμήθη τι κακὸν, καὶ ἐφιλοξένησαν αὐτόν. καὶ αὐτὸς ἀναστὰς νυκτὸς ἐφόνευσε τὴν φοράδα διὰ μαχαίρας. καὶ εὐθὺς ἔφυγεν. τῇ δὲ ἐπαύριον ἀναστάντες εὗρον τὴν φοράδα τεθνηκυῖαν, καὶ εἶπεν ὁ Κωρέσης, εἶχεν τὴν ὀρ-

ferreis vinculis & pedicis erat alligata. Cum vero in animo volverent ſuo Amptulas & illius pater, quod Coreſes occiderat canem, nec Amptulas par eſſet tali injuriæ diſſimulandæ, & tanto dolori ferendo, accipiens ſecum caniſtrum, adivit Coreſum, conſilium occultans, & præ ſe ferens pacem & animum benevolum. Arabes vero pacem ut rem maximi momenti æſtimare ſolent. Videntes ergo illum Coraſiotæ venientem cum caniſtro, & illis omnia pacis officia impertientem, de eo cœperunt eſſe minus ſolliciti, exiſtimantes illum non prava in animo fovere & volvere conſilia, & illum ut hoſpitem gratiſſimum ecceperunt. Aſt ille noctu lecto exiliens & ſurgens, cultro equam trucidavit, & ſtatim ſe proripuit & fuga ſibi conſuluit. Sequenti vero mane ſumno & lecto eccitati Coraſiotæ

γὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐπλάνησεν ἡμᾶς μετὰ τῆς εἰρήνης τοῦ μεῖναι ἡμᾶς ἀμερίμνους. ὁ δὲ Ἀμπτουλᾶς ἐλθὼν πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀνήγγελεν τὰ πάντα, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ λέγει. τὸ λοιπὸν ἑτοιμαζόμενοι ὦμεν πρὸς πόλεμον; ὁ δὲ Κωρέσης ἀναλαβὼν τὸν λαὸν αὐτοῦ μετὰ ἁρμάτων ἀπῆλθεν εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ ἐπολέμησεν αὐτόν. καὶ ἐφονεύθησαν ἐξ ἀμφοτέρων λαὸς πολύς, καὶ μὴ δυνάμενος ζῆσαι διὰ τὸν φόβον ὁ πατὴρ τοῦ Ἀμπτουλᾶ, ἔφυγεν εἰς γῆν Μακᾶ, ἡμερῶν ι διάστημα, μετὰ ὀλιγίστου λαοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ; οἱ δὲ ἄλλοι ἐφονεύθησαν; καὶ καθί-

invenerunt equam mortuam, & variis vulneribus confoſſam. Unde dicebat Coraſes, iram & vindictam corde occultavit Amptulas, & nobis fucũ fecit cum ſua ſimulata pace, ideo illũ obſervãdi nulla nos tenuit cura vel ſollicitudo. Amptulas vero reverſus ad Patrem omnia prout geſta fuerant geſtiens enarravit. Pater vero regerebat, nihil nunc nobis peragendũ ſupereſt, quam ut ad bellum proximum nos cito accingamus. Et revera Coraſes magna populi comitante caterva, & variis curribus & armis inſtructus, adoritur fratrem, & acerbo bello invadit. Ab utraque parte multi dubia & ancipiti victoria occubuere. Pater vero Amptulæ, viribus inferior, & tanto metu correptus, ut animam modò eſſet efflaturus, fuga tendit Meccam decem dierũ itinere diſtantem cum filio & reliquiis populi ſui, multi enim

σαντες εἰς τὰς ἐρημίας τοῦ Μακὰ χρόνους τρεῖς, ἐπεκλήσαντο αὖθις ζῶα καὶ ἀνθρώπους, καὶ πράγματα. καὶ τὰ τόπια πάντα ἐγνώρισαν, καὶ ἐκ τότε ἤρξαντο πραγματεύεσθαι. οἱ δὲ Ἄῤῥαβες εἶχον τοιοῦτον ἔθος τοῦ ἀγοράζειν ἕκαστος κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν σκλάβας καὶ προστάθειν αὐτὰς εἰς τοὺς νέους ἀνθρώπους, καὶ εἰς Ἑβραίους, καὶ μίγνυσθαι μετ' αὐτὰς, ὥστε ἐγκυοῦσθαι καὶ ποιοῦσιν παιδία εὔμορφα, ἵνα φέρωσι τιμὴν πολλὴν εἰς τὸ πωλῆσαι. μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν λέγει ὁ Ἀμπτουλᾶς ὁ πατὴρ τοῦ Μουχαμὲτ πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ. πάτερ, θέλω γυναῖκα, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἀνάθεμά σε, τέκνον, καί σε καὶ τὴν γυναῖκα, ἣν θέλεις, λάβῃ, καὶ τὰ τέκνα, ἃ μέλλεις ποιῆσαι. ὅτι ἐν τῇ ζωῇ σου ἐγε-

enim in variis præliis perierant. Cũ vero ſedes fixas collocaſſẽt in deſertis Mecchæ, ſpatio trium annorum animalia, ſervos, merces iterum ſibi comparaverunt, & cum omnia loca probe noſcent, inceperunt negotiari & mercaturam exercere. Moris autem erat ſoliti apud Arabas, ut ſinguli prout eorũ facultates ferebant ſibi emerẽt quamplurimas captivas, quas proſtituebãt juvenibus ætate florentibus, & præcipue Hebræis, ex quorum cum illis concubitu gravidæ evaderent, ſuſciperentque Liberos elegantioris formæ, in foris & nundinis publicis magno pretio vendendos. Certo ergo quodam die dixit patri Amptulas Muhãmedis pater. Pater uxorem mihi jungas volo. Indignabundus replicat pater Anathema ſis tu, & uxor quam tibi copulabis, & liberi quos ex illa procreabis. Quia in vita tua nos ſumus extorres &

νόμεθα ξένοι ἐκ τῆς χώρας ἡμῶν, καὶ ἐν τῇ ξενιτείᾳ μέλλομεν ἀποθανεῖν. μετὰ καιρὸν δὲ πάλιν ὄχλησε τὸν πατέρα αὐτοῦ λέγων αὐτῷ, ἐλθὲ μετ᾽ ἐμοῦ ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ ἐξωνήσομεν σκλάβα ὅσον να δόσει ὁ θεὸς, ἵνα μου δόσει καὶ γυναῖκα. καὶ ἀπελθόντες ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ ψηλαφήσαντες ἀπ᾽ ἄκρον ἕως ἄκρον, εὗρεν ὁ Ἀμπτολᾶς σκλάβαν, καὶ ἐξωνήσατο αὐτήν. καὶ λέγει ὁ σωματοπράτης ὁ ῥάπτης, ὅτι μὰ τὸν θεὸν τὸν φοβερὸν πλέον τῶν δώδεκα φόρων ἐπράτη ἡ σκλάβα αὕτη. καὶ λαβόντες ἤγαγον αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν χαίροντες, καὶ μετὰ μικρὸν ἀπέστειλεν αὐτὴν βόσκειν τὰς καμήλους κατὰ τὴν τῶν Ἀῤῥάβων συνήθειαν, ἐπιφερομένην τὸ ὀψώνιον αὐτῆς ἐν προσφω-

res & patria noſtra profugi, & exilium noſtrum niſi cum vita noſtra non finiemus. Poſt aliquod vero temporis intervallum, iterum patri moleſtum negotium faceſſivit dicendo, veni mecum ad forum, & ememus captivam qualem Deus nobis ſuppeditabit, quæ mihi connubio copulabitur. Et profecti ad forũ, omnes fori angulos maxima cura perveſtigarunt, & invenit Amptulas captivã quam emit. Sutor autẽ qui ſervam ſeu captivã vendebat, dicebat & hoc juramẽto per Deum tremendum confirmabat, quod iſta captiva plus quam duodecim vicibus vendita fuerat; qua de re lætitia exultantes, illam domum deduxerunt. Elapſo vero pauci temporis ſpatio, illam in agrum miſerunt ut camelos paſceret ſecundum morem qui apud Arabas obtinebat, & ſingulis matutinis temporibus, cibum diurnum quo alere-

ναρίῳ, ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτῆς, καὶ ἀφ' ἑσπέρας ἐγέμισεν αὐτὸ καμήλων κόπρον, καὶ ἔφερεν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ κυρίου αὐτῆς. καὶ ἐν τῷ δουλεύειν αὐτὴν οὕτως, ὡς προεῖπον, συνήφθη αὐτῇ ὁ Ἀμπτουλᾶς. καὶ ἔγκυος εἴτε ἐξ αὐτοῦ, εἴτε ἐκ τῶν βοσκῶν τῶν μετ' αὐτῆς τῶν ἐν τῷ ὄρει τὰς καμήλους βοσκόντων, ἔφθασε γὰρ ὁ καιρὸς τῆς γεννήσεως αὐτῆς. καὶ κατὰ τὴν συνήθειαν αὐτῆς ἀπελθοῦσα ἐν τῷ ὄρει βόσκειν τὰς καμήλους ἐγέννησεν ἐκεῖσε τὸν Μουχαμὲτ, καὶ λαβοῦσα ἐν τῷ προσφωναρίῳ κατὰ τὸ σύνηθες ἑσπέρας τὴν τῶν καμήλων κόπρον, καὶ ἄνωθεν τὸν Μουχαμὲτ, ἦλθεν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ κυρίου αὐτῆς. εἶδεν οὖν τὸν Μουχαμὲτ ὁ πάππος αὐτοῦ, καὶ λέγει, ἀνάθεμα καὶ τῷ σπείραντι, καὶ τὴν φέρουσαν, ὅτι ἐξ αἱ-

aleretur caniſtro ſecum humeris geſtabat, ſingulis vero veſpertinis horis idem caniſtrum ſtercore camelorum plenum domum Domini ſui referre ſolebat. Et cum uti jam memoravi ſerviret, cum illa rem habuit Amptulas. Cum ergo uterum ferret ſive quia Amptulas ſive quod armentarii qui in monte camelos paſcebant, cum illa conſueſſent, tandem pervenit ad tempus quo uterum deponere, & parere debebat. More igitur ſolito profecta ad montem ut ibi camelos aleret, peperit ibi Muhammedem, veſperi vero reverſura, ſecundum conſuetudinem caniſtrum ſtercore camelorum implevit, Mahometem vero recens natum ſuper impoſuit, ſicque ad ædes Domini ſui rediit. Avus autem cum videret nepotem Muhammedem, dixit Anathema & patri & matri, nam culpa patris

πίας τοῦ σπέρματος ἐχαώθημεν ἀπὸ τὴν γῆν καὶ τῶν γυναικῶν ἡμῶν. Αὕτη δὲ κατὰ τὴν συνήθειαν αὐτῆς ἐπορεύετο εἰς τὸ ὄρος βόσκειν τὰς καμήλους βαστάζουσα τὸν Μουχαμὲτ, ἵνα τοῦτον θηλάζῃ, καὶ μετὰ τριῶν χρόνων συμπληρῶσαι, ἐξῆλθεν ὁ πατὴρ τοῦ Μουχαμὲτ εἰς κυνήγιον. καὶ ἐκυνήγησεν ἄγριον πρόβατον, καὶ ἐπίζωσεν τοῦ σφάξαι αὐτὸ, καὶ παρατυχὼν ἐκεῖσε ὄφις ἔδακεν αὐτὸν, καὶ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ δήγματος ἀπέθανε. μετὰ δὲ τὸ συμπληρῶσαι χρόνους ε ἀπέθανε καὶ ὁ παππὸς τοῦ Μουχαμέτ. καὶ ἀναλαβοῦσα ἡ σκλάβα τὸν ὀρφανὸν παῖδα, ἤτοι τὸν Μουχαμὲτ, ἦλθεν εἰς τόπον σύγκερον, καὶ εὗρεν ἐκεῖσε τὸν Ἀπουταλεπῆ τὸν ἀνδράδελφον αὐτῆς, καὶ συνέτυχεν αὐτῷ περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ. καὶ λέγει αὐτῇ ὁ Ἀπουταλέπης ἐγὼ νὰ ἀναθρέψω τὸν ἀνεψιόν μου, τὸν Μωαμὲδ,

ſumus patria pulſi, & uxoribus orbati. Illa verò more ſolito ſingulis diebus proficiſcebatur ad montem ut camelos paſceret, & ſecum Muhammedem geſtabat, ut illum lactaret. Tribus autem integris annis elapſis, pater Muhammedis ad venandum exivit, & ovem ſylveſtem in venatione captam domum deduxit; ſed cum ad illam mactandam ſe accingeret & illam ſequeretur, ſerpens illum invaſit & morſu impetiit, & ſtatim morſus vulnere interiit. Elapſis vero quinque aliis annis, avus ipſe Muhammedis tandem fato functus eſt. Arripiens vero ſerva Muhammedem orphanum, abiit & pervenit in locum quendam amicum, ubi offendit Abutalepum fratrem mariti ſui & omnia illi narravit quæ ipſi contigerant. Abutalep autem regerebat, ego victum ſuppeditabo affini meo Muhammedi, tu vero

καὶ σὺ δουλεύῃ ἐμὲ εἰς τὸ σπῆτι μου, καὶ ἐποίησε μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ χρόνους ί. καὶ ἀνετρέφετο οὗτος. καὶ ἐκ τότε ἀπέθανε καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἀνετρέφετο ὑπὸ τοῦ θείου τοῦ Ἀπουταλεπῆ, καὶ ἐκδέδωκεν αὐτὸν μετὰ βοσκῶν τοῦ βόσκειν αὐτὸν πρόβατα καὶ καμήλους ἐπὶ χρόνους ί. καὶ ἐκ τότε ὥρισεν ἡ κυρία αὐτὸν, ἵνα ταξιδεύῃ ἀπὸ χώρας εἰς χώραν μισθωτὸς μετὰ καμήλια αὐτῆς. καὶ τὰ ἐντεῦθεν κέρδη προσέφερεν τῇ κυρίᾳ αὐτοῦ, καὶ πεποίηκεν οὕτως χρόνους έ. ἐν δὲ τῷ βόσκειν τὰς καμήλους ἐν τῷ ὄρει ὑπῆρχεν ἐκεῖσέ τις Μοναχὸς ἡσυχαστὴς Νεστοριανῷ ἔχων δόγματι, τοὔνομα Παχυρᾶς. ἦν δὲ ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ φρέαρ, καὶ ἐν τῷ

tu vero ſervias apud me in ipſis ædibus meis, & ſpatio annorum decem, cum matre ſua apud illum manſit, & ibi vitam ſuam ſuſtentavit. Sed poſtea ipſa mater moriebatur, & ſolus alebatur apud avunculum Abutalepum, hac illi impoſitâ curâ ut cum aliis paſtoribus oves & camelos regeret & paſceret. Quod cum per decem annos præſtitiſſet, illius Domina apud ſe conſtituit illum de regione in regionem mittere cum camelis, ut res ſuas ageret, commoda promoveret, lucrum fideliter repreſentaret, certa ſpe illi facta mercedis & ſalarii. Quo obſequio functus eſt ſpatio quinque annorum. Cum autem in monte camelos paſceret, morabatur ibi quidem Monachus otioſus Neſtorianę doctrinæ addictus, cui Pachuræ nomen erat. Juxta conclave quod occupabat puteus erat excavatus. Cum vero

εἰσέρχεσθαι, καὶ ἐξέρχεσθαι τὸ Μουχαμὲτ ἀνέβαινεν πρὸς τὸ ὕδωρ, καὶ ἰδὼν τὸν ἡσυχαστὴν συνετύγχανεν αὐτῷ, καὶ ἠρώτα περὶ πίστεως τῶν Χριστιανῶν. ὁ δὲ ἡσυχαστὴς ἐξεῖπεν αὐτῷ περὶ πάντων, καὶ συνετύγχανεν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐκεῖθεν ἐμάνθανεν. καὶ ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ ἴδια διελέγετο μετὰ τῶν Ἀῤῥάβων, ὅτι τάδε λέγει κύριος. Μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν εὗρεν Ἀῤῥάβων πλῆθος κύκλῳ καθεζομένων. καὶ καθίσας μετ' αὐτῶν διελέγετο, καὶ ἐξαίφνης ἔπεσεν χαμαὶ κυλιόμενος καὶ τρίζων τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ καὶ ἀφρίζων, ὃ δὴ καὶ μάλιστα μέχρι τοῦ εὔχεσθαι συνήθως ὑμεῖς οἱ Μουσουλμανοὶ ποιεῖν εἰώθατε, ἐξαιρέτως οἱ Φο-

ſingulis diebus accederet & diſcederet Muhammed, ad aquationem & puteum ſemper aſcendebat. Cum autem ibi vidiſſet otioſum Monachum, cum illo ſermones miſcuit, & varia de fide Chriſtianorum rogavit. Monachus vero ad omnia reſpondebat, & enarrabat quæ Muhammed citiſſime memoriæ mandabat, & cum domum reverſus erat, omnia Arabibus narrabat, addendo ſic dicit Dominus. Quadam vero die cum inveniſſet Arabas quoſdam in orbem ſedentes, cum illis voluit etiam ſedere & de variis diſſerere. Statim vero vertigine correptus *in terram cecidit & procubuit, ſeſe volvens & revolvens* dentibus ſtridentibus & ore ſpumanti, quod vobis inter orandum admodum familiare eſt o Muſulmanni, & idem facere ſæpiſſime conſueviſtis. Præcipue ii qui apud vos vocantur Phora-

ρακίδες ποιοῦντες συναγωγὴν, καὶ φέροντες Μουσικὰς, καὶ Κιθάρας, καὶ Τύμπανα, τρώγοντες τὰ ἄκρη τῶν καναβων, καὶ πίνουσι τὸν ἑψητὸν οἶνον, καὶ ἀνίστανται ὀρθοὶ ἅμα, καὶ οἱ μὲν Μουσικοὶ κρούουσι τὰς Μουσικὰς, οἱ δὲ Φορακίδες ὀρχοῦνται ἀσκεπεῖς κύπυλοι, καὶ οἱ κοσμικοὶ, καὶ οἱ λαϊκοὶ μετὰ τῶν παίδων αὐτῶν κρούουσι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας, καὶ ἀναιδῶς φωνάζουσι. καὶ οἱ κουπῦλοι ὀρχοῦνται καὶ οὕτως καταπίπτουσιν ἐν ταλαμένοι, καὶ ἀφρίζουσιν. καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν τρίζουσιν, πρὸς μίμησιν τοῦ Μουχαμέτ. καὶ βοῶσιν οἱ περιεστῶτες, Ἄγγελος Ἄγγελος, τοῦτ᾽ ἔστιν, Ἄγγελος λελάληκεν μετ᾽ αὐτοῦ. τῇ δὲ ἐπαύριον, εἰ μὴ παρατύχῃ τις ἐκεῖσε, ἐρωτῶσι τοὺς περιτυχόντας ἐκεῖσε,

Phoracidæ. Nam cœtus ſolent congregare, geſtantes inſtrumenta Muſica, Cytharas, Tympana, edentes cannabi capita & partes ſuperiores, & bibentes vinum coctum. Surgunt vero ſimul omnes recti, Muſici vero pulſant inſtrumenta Muſica. Phoracidæ vero ſaltant clauſis oculis pronique in terram & cernui. Vulgi autem & plebis corona cum Liberis, plaudunt manibus, & inverecundo boatu aëra feriunt. Capite vero prono ſic ſaltant, & tandem cadunt miſeri ſtridentes dentibus, & ore quaſi rabioſo & furente ſpumantes. Quod ſe facere jactant tanquam Muhammedis imitatores & ſervum pecus. Circumſtantes vero clamant Angelus Angelus, hoc eſt Angelus cum illo locutus eſt. Sequenti vero die ſi aliqui ibi occurrant, petunt ex adſtantibus, cujuſnam os majori ſpumæ

ποῖος ἐξ αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον ἄφριζεν, καὶ μαθόντες περὶ αὐτοῦ, κρατοῦσιν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ ἀσπάζονται αὐτοὺς, ὅτι, λέγοντες, εἶδε τὸν Ἄγγελον, ὡς ὁ Μωχαμέτ. αἰσχύνομαι οὖν σφόδρα ἀκτίστου παντός. διαψεύδομαι κατ' αὐτῶν, ὦ Ἀγαρηνέ; καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ὁ Μωχαμὲτ, ἠρωτήθη πῶς γεγόνασι τὰ περὶ αὐτοῦ. καὶ εἰπὼν, Ἄγγελον θεοῦ εἶδον, καὶ γέγονεν οὕτως. παρέτυχε δὲ ἐκεῖσε καὶ ὁ τρέφων αὐτὸν Ἀπουταλέπης, καὶ ἐλθὼν ἑσπέρας εἶπεν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, μὴ ἔχῃς ἀπὸ τοῦ νῦν τὸν Μουχαμὲτ ὡς μισθωτόν σου, ὅτι σήμερον εἶδεν τὸν Ἄγγελον. καὶ ὁ Μουχαμὲτ ἀνερχόμενος καθ' ἑκάστην πρὸς τὸν ἡσυχαστὴν, καὶ μανθάνων παρ' αὐτοῦ

copia dealbeſceret, quo deſignato ſtatim ad illius pedes advolant, illos comprehendunt & oſculantur, aſſerentes illum vidiſſe Angelum, ſicut ipſe Muhammed. Me pudet totius iſtius fabulæ tam male conſutæ & fabricatæ. An mendacii me potes circa hæc inſimulare, o Agarene. Sed ut ad Muhammedem ipſum redeam, ille ad ſe ipſum reverſus, & rogatus, quomodo contigerant quæ modo paſſus erat, reſpondit vidi Angelum, quo viſo ita turbatus fui. Aderat vero tunc ibi Abutalepus qui Muhammedem aluerat. Qui domum reverſus, uxorem ſuam adoritur & monet his verbis, ne impoſterum Muhammedem ut ſervum & mercenarium habeas, nam hodie vidit Angelum. Singulis verò diebus redibat Muhammedes ad Monachum otioſum, & multa ab illo diſcens, eadem poſtea ad po-

ἔλεγεν πρὸς τὸν λαὸν ταῦτα διδάσκων αὐτούς. μιᾷ οὖν ἑσπέρᾳ λέγει αὐτῷ ὁ Ἀπουταλεπῆς, ὁ καὶ θεῖος αὐτοῦ, Μουχαμὲτ, ἐγώ σε ἀνέθρεψα, καὶ ὁμολόγησαι μοι ἐν ἀληθείᾳ τὶ εἶδες, ὅταν ἔπεσες χαμαὶ ἀφρίζων καὶ τρίζων τοὺς ὀδόντας. ὁ δὲ Μουχαμὲτ λέγει, αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς προφητείας μου. καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐγὼ, κύριε, τριάκοντα νυχθήμερα θέλω νηστεῦσαι, ἵνα λεπτὸς γένωμαι, ὡς Ἄγγελος, καὶ ὅταν ἔρχεται ὁ Ἄγγελος συντυγχάνω αὐτῷ. καὶ αὐτὸς ἐτρέφετο καθ' ἑκάστην μετὰ τοῦ Παχυρᾶ. καὶ ὁ Μοναχὸς διὰ τὸ βαπτίσαι αὐτὸν,

ad populum narrabat, illiſque plebem imbuebat. Veſpera vero quadam Abutalipes, in dictis Muhammedis fraudem aliquam latere veritus, illum ſic adoritur, ego te per longum temporis ſpatium alvi & fovi, nunc ergo in officiorum erga te meorum qualemcunque compenſationem, dic mihi ſincere quid videris cum ſpumans & ſtridens in humum cecidiſti; reſpondit Muhammed hoc eſt principium meæ Prophetiæ, & o Domine mi, ego ſpatio triginta dierum & noctium, volo jejunus vivere & à cibis prorſus abſtinere, ut tenuis & ſubtilis evadam inſtar Angeli, & cum ad me accedet Angelus, ſic potero facilius cum illo ſermones & colloquia miſcere. Ille vero clam & privatim ſingulis diebus alebatur apud Pachuram. Et Monachus iſte ut illum tandem ad Baptiſmum perdu-

ἀνέτρεφεν. ἑσπέρας δὲ γενομένης ἤρχετο κορεννύμενος, καὶ οὐκ ἐδείπνει. ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀπουταλέπης ὁ θεῖος του, θέλω ἵνα μοι ἐξείπῃς πᾶσαν σοῦ τὴν ὑπόθεσιν. βλέπω γὰρ οὐκ ἐσθίεις οὐδόλως τι. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι καθ' ἑκάστην περιπατεῖς, καὶ τὸ ἑσπέρας κατάκοπος ἔρχεσαι. ἀνάγγειλεν οὖν ἡμῖν, ὅ τι χρηματιζόμενος. λέγει αὐτῷ ὁ Μουχαμέτ. ἐὰν θέλῃς ἐξειπεῖν με, σώρευσον πρῶτα τὸν λαὸν τοῦ Μακᾶ, καὶ ἐρχόμενος αὔριον ἀπὸ τοῦ ὄρους εἴπω σοι πάντα κατενώπιον αὐτῶν. οὗτοι δὲ οὐκ ἐνόησαν, ὅτι ἐκ τοῦ καλογήρου διδάσκεται καὶ τρέφεται. ἀλλὰ οὐδὲ ὁ Μοναχὸς ἐτόλμησε πρός τινα τῶν Ἀῤῥάβων ἐξειπεῖν,

perduceret, illi victum ſuppeditabat. Veſperi vero redibat bene paſtus & ventre plenus, & tunc ſe nolle cænare ſimulabat. Ad illum vero ſic tandem infit Avunculus illius Aboutalipa, ego volo ut mihi ſignifices totam iſtam tuam agendi rationem. Video enim te ſingulis diebus ad montes diſcedere, te veſperi redire labore confectum & exhauſtum, & tamen te nihil prorſus guſtare & edere. Declara ergo nobis quo oraculo & commercio hoc facias. Ad iſta regerebat Muhammed, ſi velis me iſtud quicquid eſt negotii enarrare, congrega primò populum, & incolas Meccæ, & ſequenti die, ex montibus rediens, ego omnia declarabo in conſpectu omnium, & ſtante populi numeroſa corona. Illi vero ignorabant quod à Calogero ſeu Monacho docebatur & alebatur, nec Monachus Arabibus audebat re-

ὅτι σχολάζει παρ' αὐτοῦ ὁ Μουχαμὲτ, ἵνα καὶ βαπτίσῃ αὐτὸν, καὶ διδάξῃ, καὶ διαφύγῃ ἀπὸ τῶν Ἀῤῥάβων τὸν κίνδυνον. ὁ δὲ Ἀπουταλεπῆς εἰς τὸν Μακᾶ σωρεύων τὸν λαὸν, καὶ λέγων εἰς τοὺς προεστῶτας τῶν Ἀῤῥάβων υἱῶν, ὅτι εἷς ἐξ ἡμῶν ἐφάνη προφήτης τοὔνομα Μουχαμὲτ νηστεύσας ἡμέρας τριάκοντα, καὶ δεῦτε τοῦ ἰδεῖν αὐτόν. καὶ ἀκούσαντες αὐτοὶ, ὅτι χοϊκὸς ἄνθρωπος νηστεύσας ἡμέρας λ', καὶ οὐκ ἀποθνήσκει, μεγάλως ἐδόξασαν τὸν θεὸν καὶ ἠκούσθη τοῦτο εἰς πᾶσαν τὴν γλῶσσαν Ἀῤῥαβίας. καὶ συναχθέντες ἦλθον μετὰ τοῦ Ἀπουταλεπῆ, καὶ λέγει αὐτοῖς, καθίσατε ὧδε, ὅτι ἑσπέρας μέλλει ἐλθεῖν. ἐλθόντος οὖν τοῦ

bat revelare quod Muhamed apud ſe hæreret & moraretur, ut exerceretur, doceretur, Baptiſmo tingeretur, & iſto ſilentio periculum ab Arabibus certo intentandum, ſe declinaturum ſperabat. Tunc ergo Abutelepes Meccam ſe contulit, populum congregavit, ſicque populi Magnates & nobiliores eſt alloquutus. Unus inter nos Propheta exortus eſt, Muhamed nimirum, qui triginta dierum jejunium facile poteſt tolerare, venite ergo, ut tantum prodigium intueri & videre poſſitis. Audientes vero illi quod homo terrenus jejunio triginta dierum, non enecaretur, maximis laudibus Deum celebrarunt, & ſtatim miraculi rumor & fama pervaſit totam Arabiam. Congregati ergo venerunt cum Abutalipa, qui ad illos dixit, ſedete hîc, nam circa veſperam venturus eſt Propheta. Ac-

 cedente

Μουχαμὲτ, συναγείρονται πάντες εἰς συνάντησιν αὐτοῦ, καὶ ἐβόησεν ὁ ἀναθρέψας αὐτὸν Ἀπουταλιπῆς, καλῶς ἦλθεν ὁ φωστὴρ τῆς Ἀῤῥαβίας, ὁ νηστεύσας τριάκοντα νυχθήμερα. καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἔφριξαν, καὶ ἐτρόμαξαν. λέγει ὁ Μουχαμὲτ, ἄκουσε θεῖε Ἀπουταλέπη, καὶ ἀνάτροφέ μου μετὰ τοῦ λαοῦ σου, ὅτι ὅταν ἦλθα εἰς τὴν Δαμασκὸν, τὴν ὑστερινὴν φορὰν, καὶ ἐχάσα τὸ καμήλι, καὶ ἔδειρές με, καὶ ἐδίωξες με ἀπὸ τοῦ οἴκου σου. καὶ ἀπὸ λύπης μου ἦλθον εἰς τὸ βασιλικὸν πηγάδι, καὶ ἔπεσον ἐκεῖσε, καὶ ἀπεκοιμήθην, καὶ εἶδον ὄναρ, ὅτι ὁ ἥλιος κλίνει καὶ προσκυνεῖ με. καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐγείρομαι φοβούμενος, καὶ ἐννοιαζόμενος

cedente ergo Muhammede, ſurrexerunt omnes, & in illius occurſum ruerunt, boante & clamante AbutalipeMuhammedis patrono,& altore,gratiſſimus advenit ſol Arabiæ, cujus vires, triginta dierum jejunium non poteſt exhaurire. Quibus auditis, turbæ ſtatim horrore & tremore corripiebantur. Os verò ſuum in hæc verba ſolvit Muhamed, audi Abutalep Avunculę, tu qui benignitate tua me foviſti & aluiſti, audi inquam tu & populus tuus, cum ultima vice Damaſco redirem, & camelum amiſiſſem, verberibus me eccipiebas, & domo tua pellebas. Mœrore vero cruciatus & errans, tandem perveni inRegium aliquem fonticulũ ſeu puteum Regia cura excavatum. Statim vero procumbebam, & ſomno me totũ permittebam. Contigit verò me ſomnium habere, & videre ſolem ex alto ſe demit-

οὐκ εἶπον πρός τινα τὶ τὸ σύνολον. ἀπῆλθον οὖν εἰς τὰ ὄρη, ἐν οἷς πρότερον τὰς καμήλους ἔβοσκον, πρὸς τὸ ἀναβῆναί με, καὶ εὑρὼν πέτραν, ἐκάθισα ὑπὸ ταύτης, τὴν σκιὰν διανοούμενος τὸ ὅραμα. καὶ ἦλθεν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ πρός με λέγουσα, Μουχαμὲτ, μὴ ἐννοιάζου ὑπὲρ τοῦ ὁράματος. ἄπελθε, καὶ νήστευσον ἡμέρας τριάκοντα, καὶ στράφη ὧδε, ἵνα εἴπω σοι. οὕτως ἤκουσα, καὶ ἐπλήρωσα ἡμέρας λ' νήστης, καὶ λ' νύκτας, καὶ ἀπέρχομαι καθ' ἑκάστην πρὸς τὴν πέτραν, καὶ ἔρχεται ἄνθρωπος τοὔνομα Γαβριὴλ, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ λάμπων, ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ, ὡς τὴν θέαν τοῦ τόξου τοῦ φαινο-

demittentem & humili & proſtrata luce me adorantem. Sequenti vero mane experrefactus, totus cohorreſco, & dubius quid rei eſſet, totum negotium nulli ſignificavi. Profectus ergo more ſolito ad montes ubi camelos paſcebam, cum ego aſcendiſſem, inveniebam Petram cui inſidens, incipiebam animo viſionem meam volvere, & illam pro umbra & re prorſus vana reputare. Statim verò vox è cœlo erumpebat dicens, Muhamed ne te turbet anxia de viſione cogitatio, abi, macera te jejunio triginta dierum, & poſtea huc revertere ut quid ſit agendum tibi ſignificem. His auditis triginta dies & triginta noctes prorſus jejunus peregi, & ſolus reverſus ad Petram, adſtitit mihi homo nomine Gabriel cujus vultus ſplendebat ut ſol, veſtes ut arcus cœleſtis radiabant, & forma oriſque elegan-

μένου ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ πάνυ ὡραῖος τῷ εἴδει. καὶ συντυγχάνει μοι ἄρρητα ῥήματα. ἀρτίως ἐὰν θέλετε, ἀκούσατέ μου, καὶ ποιήσατε τοῦ πέμψαντός με τὸ θέλημα, καὶ εἴτι λέγω ὑμῖν, γράψατε ταῦτα. καὶ αὐτὸς ἀπήρχετο καθεκάστην πρὸς τὸν Μοναχὸν, καὶ διδάσκεται παρ' αὐτοῦ, καὶ κατερχόμενος ἐκεῖθεν ἐδίδασκε ταῦτα ἀπὸ ἄλλο εἰς ἄλλο, ποτὲ μὲν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ, ποτὲ δὲ ἐκ τοῦ Δαβὶδ, ἄλλα μὲν ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἄλλα δὲ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ, ποτὲ μὲν ἐκ τοῦ Νῶε, ποτὲ δὲ ἐκ τοῦ Σολομῶντος. καὶ ὁ Μουχαμὲτ εἴτι ἔλεγεν εἰς τὸν λαὸν, οὕτως ἔγραφαν, καὶ ἐφύλαξεν ἕκαστος εἴτι ἔφθασεν, καὶ ἐψευδοπροφήτευσεν. χρόνους ζ ἀναβαίνων εἰς τὸ ὄρος, καὶ καταβαίνων ἐμάνθανεν ἐκ τοῦ Παχουρᾶ καὶ ἐκήρυττεν οὕτως,

elegantia omnino conſpicuus. Sermonibus vero inenarrabilibus & miris me adoriebatur. Nunc vero ſi vultis audite me, & obtemperate mandatis & voluntati illius qui miſit me, & ſi ego aliquid vobis enarravero, illud ne pereat & elabatur, maxima cura ſcriptis conſignate. Ille autem ſolus revertebatur ad Monachum, à quo docebatur, deinde rediens, ea quæ audiverat enarrabat, deſultoria levitate ab uno ad aliud tranſiens, & modo quædam promens de Adamo, modo de Davide, modo de Abrahamo, modo de Chriſto, modo de Noë, modo de Salomone quædam effutiebat, & quæcunque dixerat, ea ſcripto eccipiebant, & quilibet ſibi ſervabat ea quæ illi eccidebant, & falſa vaticinabatur. Per annos ergo ſeptem aſcendens in montem & deſcendens, diſcebat à Pachuro ea quę annunciebat, impo-

καὶ πλανῶν αὐτοὺς ὡς βεβορβορωμένους, καὶ ἔλεγεν, ὅτι ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνει Ἄγγελος κυρίου τὸ ὄνομα Γαβριὴλ, καὶ ἀναγγέλλει μοι.

Εἶχεν οὖν θείους δ᾽. ὁ μὲν πρῶτος Ἀπουταλέπης ὁ ἀναθρέψας τὸν Μουχαμὲτ, ὁ ἕτερος Ὀθμάνης ὁ γραμματικὸς, ὁ γράψας τὸ Κουράνιον, τρίτος ὁ Ἀπουτζάλης, ὅπου εἶπον τοῦ Μουχαμὲτ, ψεύδεσαι, ὅτι ἀνέβης εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ ὁ τρίτος ὁ Ἀμπουλχάβης. ὁ δὲ Ὀθμάνης, ἐπι ἤκουεν ἐκ τοῦ Μουχαμὲτ, ἐπίστευεν. μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν λέγει ὁ Μουχαμὲτ πρὸς τὸν θεῖον αὐτοῦ Ἀπουταλέπῃ παῤῥησίᾳ τῶν παρεστώτων, ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ πρὸς τὸν θεὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐνώπιον αὐτοῦ, ὡς ἀπὸ ὀφρὺν εἰς ὀφρὺν, μᾶλλον δὲ φορῶν καὶ τὰ

imponens & illudens miſeris Borboritis, apud quos impudenter jactabat, Angelum Dei nomine Gabrielem è cœlo deſcendere, qui illum talibus revelationibus informaret & erudiret.

Habuit ergo avunculos quatuor, primus fuit Abutalepes, qui enutrivit Muhammedem, ſecundus Otmanes ſcriba, qui Alcoranum ſcripſit, tertius Apoutſales, qui mendacii Muhāmedem arguit, cum aſſereret ſe ad cœlos uſque aſcendere. Quartus verò Abtulchabes. Otmanes autem cum aliquid narrabat Muhammedes, illud ſtatim aure, corde, fide hauriebat. Certo verò quodam die dixit avunculo ſuo Abutalepi, & hoc confidenter & pluribus adſtantibus, quod nimirum ea ipſa nocte ad Deum evolaſſet, ſediſſetque cum illo tam proxime quam ſupercilium adſtat ſupercilio, imo & habens

 pedes

σανδάλιά μου, καὶ συνέτυχον αὐτῷ στόμα πρὸς στόμα. καὶ ἐβόησεν ὁ θεὸς πρός με, καὶ λέγει μοι, καλῶς ἦλθες πρός με, Μουχαμὲτ, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦ ἰδεῖν σε, μὰ τὴν δόξαν μου, ἐὰν οὐκ ἦσαν σὺ ἡ ἀγάπη σου πρός με, οὔτε τὸν οὐρανὸν ἔμελλον ποιῆσαι, οὔτε τὴν γῆν, οὔτε Ἀγγέλους, οὔτε γένος ἀνθρώπων. νῦν δὲ λαός μου ἐξαίρετος. καὶ λέγει τὸν θεῖον τοῦτον Ὀθμάνη γράψαι τὰ λεγόμενα ἐπιμελῶς, ἔγραφον οὖν ταῦτα, ἀπὸ τῶν σῶν γραμμάτων ἔγνων ὦ Μουσουλμᾶνε, καὶ ὑπὲρ ἀληθείας ἐλέγχω σε; πῶς οὐ φοβῆσαι τὸν θεὸν, καὶ ἐρυθριᾷς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τοιαύταις ἀκολουθῶν διδασκαλίαις. τῇ δὲ ἐπαύριον ἀναστὰς

pedes indutos ſuis ipſis ſandaliis, & cum illo ore ad os, familiariſſimos miſcuiſſet ſermones. Deum vero in has erupiſſe voces, gratiſſimus mihi adveniſti Muhammed, deſiderio maximo flagravi te videre, per gloriam meam, niſi tu extitiſſes, & tuus erga me affectus & amor, non creaſſem Cœlum, nec Terram, nec Angelos, nec totum genus humanum. Nunc vero eſt mihi populus electus. Et juſſit avunculum ſuum Otmanem ut iſta omnia ſcriptis diligenter mandaret. Scripſerunt ergo, & iſta didici ex ipſis tuis ſcriptis o Muſelmane, & ſic de veritate poſſum te confutare & refellere. Sed quæſo, quomodo Dei timore non percelleris, quomodo ſaltem hominum pudore & verecundia non ſuffunderis, cum talibus inanibus doctrinis te morigerum & obſequentem prebes. Sequenti vero die ſurgens

ὁ θεῖος αὐτοῦ Ἀπουταλεπῆς ὁ ἀναθρέψας αὐτὸν εἶπεν. ἑπτὰ χρόνοι εἰσὶν, ἀφ' οὗ τοιαῦτα ἄῤῥητα ῥήματα προφητεύων καὶ λέγων ἡμῖν, νῦν φανῆναι ἡ ἀλήθειά σου ἐν ἡμῖν, σὺ εἶ ὁ ἀναβὰς εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ συντυχὼν τῷ θεῷ ἄῤῥητα ῥήματα, πῶς θέλεις πιστεῦσαι σε πάντες οἱ Ἄραβες; ποίησόν τι μικρὸν σημεῖον, καὶ ἰδόντες αὐτὸ πιστεύσομεν, λέγει αὐτῷ ὁ Μουχαμὲτ, ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ σωρεύθητε πλησίον μου, καὶ ὑποδείξω ὑμῖν σημεῖον τοιοῦτον, σχισθήσεται ἡ σελήνη εἰς δύο παρ' ἐμοῦ, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ σταθήσεται εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς, τὸ δὲ ἕτερον εἰς

ſurgens illius Avunculus Abutelepes, illius altor & enutritor, his verbis illum adoritur. Ab eo tempore quo apud nos talia miranda & inaudita jactitare & docere incepiſti, elapſi ſunt ſeptem anni, nunc manifeſta & confirma inter nos veritatem eorum quæ promere ſoles. Dicis te in cœlum aſcendere, te Deo familiariter uti, & ab illo te audire mira & quæ vix exprimi poſſint. Sed ut Arabes tibi fidem habeant quo miraculo te commendas. Exere virtutem tuam in patratione ſigni cujuſdam vel exigui, ut omnes perſuadeantur & convincantur. Reſpondit illi Muhammed, hac ipſa nocte ad me conveniatis, & tale miraculum omnium oculis videndum exhibebo. Videbitis Lunam in duas partes ſciſſam, quarum una in oriente altera in occidente radios ſuos diſſeminabit. Convenerunt ergo, & aëre te-

δύσιν, καὶ ἐσωρεύθησαν, εἰ δε συνεφείας οὔσης, καὶ εἶπεν, ἐγὼ πεποίηκα, ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε τὸ θαῦμά μου, ὡς ἀνάξιοι. καὶ ἔχετε οὕτως μέχρι τοῦ νῦν γεγονὼς, καὶ γράφη τοῦτο ἡ γράφη σύ. ἀναστὰς δὲ ὁ ἕτερος αὐτοῦ θεῖος ὁ Ἀπουλζάλης λέγει, ἐὰν οὐκ ἴδω μικρόν τι σημεῖον μετὰ τῶν ὀφθαλμῶν μου, οὐ μὴ πιστεύσω, εὐκολώτερον ζητῶ σε ποιῆσαι τοῦτο, σὺ λέγεις ὅτι εἰς τοὺς (οὐρανοὺς) ἀνέβης μίαν διασκέλισιν, ὑψώθητι οὖν ἀπὸ τῆς γῆς σπιθαμὰς τρεῖς, καὶ κρεμάσθητι, ἵνα διαβάσω τὸ σπαθί μου ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου, καὶ τότε πιστεύσομεν σοι ἀπ' ἀρχῆς ἕως τέλους. ἰδὼν

re tenebris offuſo & obnubilato, dixit Muhammed, miraculum patravi ſed non potuiſtis illud videre, indigni quippe eſtis qui meum miraculum oculis uſurparetis. Et huc uſque apud vos viget iſtius rei memoria, & hoc legitur ſcripto conſignatum in Libris veſtris. Alter vero Muhammedis Avunculus Abutſales adſtitit etiam, & ſe nullo modo crediturum aſſeruit niſi aliquod ſaltem vel leviſſimum videret miraculum. Hoc quod facillimum eſt rogo ut facias. Dicis quod unico paſſu cœlos potes aſcendere, & unica plantarum excuſſione. Attolle ergo te ipſum ex terra in altum, & ſis ita pendulus in aëre à terra diſtans ſpatio trium palmorum ut poſſim ſub pedibus tuis enſem meum movere & agitare. Quod ſi feceris omnia quæ narras à principio ad finem, firmiſſima fide hauriemus. Videns vero

δὲ ὁ Μουχαμὲτ τὸ ἄπορον αὐτοῦ ἐβόησεν, λέγων πρὸς τὸν λαὸν, ὁ Ἀπουτζάλης ὁ θεῖός μου θανάτῳ τελευτήσει. καὶ οἱ μὲν φρόνιμοι τοῦ λαοῦ ἔλεγον τῷ Μουχαμὲτ, εἴτι λέγει ὁ θεῖός σου, κάκε, καὶ λέξον αὐτὸν, εἰ ἐστὶ καλῶς καὶ ἀληθῶς λέγει, διὰ τὶ κελεύεις τὸν λαὸν τοῦ φονεῦσαι αὐτόν. οἱ δὲ πλείονες μωροὶ ὄντες ἐβόησαν, ἀληθῶς ὁ προφήτης λέγει, καθὼς μαρτυρεῖ καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Φατμὰ ἡ ἰδοῦσα αὐτὸν ἀναβάντα εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ ἀναπτείνας ὁ Μουχαμὲτ τὴν σπάθην πρὸς τὸν θεῖον αὐτοῦ, καὶ ἰδόντες τὸ κοινὸν τοῦ λαοῦ ἐφόνευσαν αὐτὸν, καὶ ἑτέρους πολλοὺς σὺν αὐτῷ. δύνασαι ὦ Μουσουλμᾶνε δεῖξαί με, ψευ-

vero Muhammed incredulitatem avunculi, & ſe nulla via elabi poſſe, clamavit ad populum, Abutſales etiamſi avunculus meus ſtatim morte plectatur. Regerebant inter populum ſapientiores, ſi aliquid pravi eccidit avunculo tuo, quare illum non mones, ſi vero bene & vere loquutus eſt, quare iniquiſſima ſententia vis illum à populo trucidari. Plurimi vero, mera ſtultitiæ & dementiæ ludibria clamarunt, vera loquitur Propheta, quod teſtimonio ſuo etiam comprobat illius filia Phatima, quæ illum vidit in cœlos aſcendentem. Unde animos capiens Muhammed enſem evaginavit contra avunculum ſuum, & illius exemplo commotæ turbæ, ſtrictis etiam gladiis illius avunculum confoderunt & cum illo multos alios etiam trucidarunt. An tu potes o Muſulmanne, palam fa-

δομαι, καὶ οὔ. καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης ἐδογμάτισεν ἕως τοῦ νῦν, εἴ τις οὐχ' ὁμολογεῖ τὸν Μουχαμὲτ Ἀπόστολον θεοῦ, καὶ προφήτην εἶναι, ξίφει ἀποθανεῖν. καὶ ἐκράτησε τοῦτο χρόνους ϛ΄. καὶ διὰ τὸν φόβον τοῦ θανάτου συνήχθη λαὸς πολύς.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ ἐκεῖθεν Ἄρραβες, ὅτι ἀδίκως χάνη τὸν λαὸν, καὶ συνήχθησαν πλῆθος πολὺ, καὶ ἦλθεν κατὰ πάνω τῶν πιστευσάντων τὸν Μουχαμὲτ, καὶ ἐτζάκισαν αὐτοὺς διὰ πολέμου καὶ καμηλίων εἰς γῆν Μαδιάμ. καὶ φυγὼν ὁ Μουχαμὲτ εὗρεν σπήλαιον, καὶ διεσώθη μέσον νυχθήμερα τρία. καὶ σὺ λέγεις αἰσχυνόμενος, ὅτι ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἐσκεπάσθη ὑπὸ τῆς Ἀράχνης. καὶ γίνωσκε ὅτι

cere me mentiri vel non. Et ab illo tempore ad nunc uſque, iſtam barbaram diſſeminavit doctrinam, ſi quis non credat & confiteatur Muhammedem Apoſtolum Dei eſſe & Prophetam, gladio ſtatim interimatur. Hoc vero obtinuit per annos ſex, & metu mortis multi congregati ſunt qui partes Muhāmedis foverēt & tuerentur.

Quod cum audiviſſent Arabes ibi commorantes quod nimirum tam injuſte periret tantus popularium numerus, inter ſe convenerunt & agmine facto irruerunt in Muhammedis ſectatores, quos bello & camelorum miniſterio fregerunt & profligarunt in terra Madian. Fugiens vero Muhāmed invenit ſpeluncam, in qua per tres dies & noctes deliteſcens tandem ſalvus evaſit. Inverecunde vero dicis quod in Antro ob periculū latens Araneæ tela obductus fuerit. Unde potes

πάντα οἶδα τὰ φλυαρήματά σου, καὶ παριστῶ σοι αὐτά. αὖθις νυκτὸς ἔφυγεν ὁ Μουχαμὲτ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ῥηθὲν κάστρον καὶ ἐναπομείνας λαὸς ἠκολούθησαν οἱ καὶ πιστεύσαντες αὐτόν. εἰσῆλθεν οὖν ὁ Μουχαμὲτ εἰς ὀσπήτιον, καὶ ἐκρύβη ἀπὸ τὸν φόβον τῶν Ἀῤῥάβων. εὗρον δὲ τὸν θεῖον αὐτοῦ τὸ Ἀπουπάκερην, καὶ ἐκράτησαν αὐτὸν, δεῖξον ἡμῖν, λέγοντες, τὸν Μουχαμέτ; καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἀπουπάκερης μεθ' ὅρκου, μὰ τὸν θεὸν ἡμῶν τὸν ἐλεοῦντα καὶ ἐλεημένον, ἵνα ὑπάγω καὶ εὕρω αὐτὸν, ἐάν με ἀπολύσητε, καὶ δέσω αὐτὸν ἐξ ἀγκώνων, καὶ φέρω πρὸς ὑμᾶς. ἐλθὼν οὖν ὁ Ἀπουπάκερης εἰσῆλθεν εἰς τὸν Μουχαμὲτ, καὶ εἶπεν, ἦλθον πρός σε τοῦ ἐπάρειν σε ἐξ ἀγκώνων δεδεμένον, καὶ ἀγαγεῖν σε εἰς τοὺς Ἀῤῥάβας. καὶ ἀνα-

de potes cognoſcere mihi comperta eſſe omnia tua deliria, & me illa tibi ſincere repreſentare. Rurſus vero fugit Muhammed, & ingreſſus eſt urbem ſeu caſtrm aliquod, una cum turbis, quæ illius dogmata nimis faciles crediderant. Ingreſſus eſt ergo diverſoriũ ſeu hoſpitiũ & metu mortis quam Arabes illi certam intentabant ibi diu latuit. Invenerunt vero iſti Arabes alium Muhammedis Avunculum Abubakerum, illoque correpto dixerunt indica nobis ubi lateat Muhammedes; Dixit Abubaker cum juramento, ſi me dimittatis, ſi Muhammedem inveniam, per Deum miſeratorem & miſericordem, illum manibus & brachiis vinctum ad vos deducam. Venit ergo Abubaker ad Muhammedem, & illi dixit, ad te acceſſi, ut te brachiis vinctum & conſtrictum ad Arabas perducerem. Exſur-

ςὰς ὁ Μουχαμὲτ ἐνηγκαλίσατο αὐτὸν, καὶ ἔσφιγξεν σφόδρα, ὥστε ὀλιγοθύμησεν. καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἀποπάκρης, ἐλέησόν ὦ δοῦλε τοῦ θεοῦ, νῦν γὰρ ἔγνων, ὅτι προφήτης εἶ σὺ, καὶ Ἀπόστολος θεοῦ. καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Μουχαμὲτ, ἐὰν ἀληθεύῃς Ἀποπάκρη, ἑνωθήσεται καὶ σὺ μετ' ἐμοῦ. καὶ εἶπεν ὁ Ἀποπάκρης τῷ Μουχαμὲτ, ἁρματώθητι μετὰ τοῦ λαοῦ σοῦ. καὶ ἐλθὲ μετ' ἐμοῦ, ὅπως ἐξαφνήσωμεν αὐτοὺς, ὅτι ἀμέριμνοι εἰσίν. καὶ ἁρματώθησαν. λαβὼν οὖν ὁ Ἀποπάκρης τὸν Μουχαμὲτ, καὶ ἀπῆλθον πρὸς τοὺς Ἄῤῥαβας, καὶ ἐνίκησαν ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας. ἰδόντες ὁ λαὸς τὸν Μουχαμὲτ νικήσαντα, ἐμαζώθη πολὺς λαὸς, καὶ ἐφουσάτωσεν ἐκ νέων ὁ Μουχαμὲτ

gens vero Muhammed, Abubakerum ulnis & brachiis complexus eſt & ita vehementer illum ſtringebat & comprimebat, ut jam animi deliquium videretur paſſurus. Regerebat ergo Abubaker miſerere mei potentiſſime Dei ſerve, nunc ego agnoſco te eſſe Prophetam, & Apoſtolum Dei. Illi vero ſic infit Muhammed, ſi vera dicis o Abubaker, operas & conſilia noſtra ſimul uniamus & ſociemus. Dixit vero Abubaker arma capeſſe cum populo tuo & veni mecum, ut Arabas deleamus, illi quippe ſunt imparati & otio ſepulti. Continuò ergo ad arma proruperunt, & Abubaker cum Muhāmede ſubita irruptione fregerunt Arabas, & ab illo tempore victor ſemper evaſit. Videntes vero turbæ Muhammedem ubique victorem, ad illum majori copia in dies confluxerunt. Et Muhammed de novo ex junio-

κατὰ πάνω τους, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν Μακᾶ ἐτζάκισεν τοὺς Ἄῤῥαβας, καὶ ἀνελάβετο τὸ κάστρον. καὶ ἐνεδυναμώθη, καὶ ἔλαβεν τὰ περίχωρα, καὶ ἐνομοθέτησεν, ὅστις οὐ λέγει τὸν Μουχαμὲτ προφήτην καὶ Ἀπόστολον, θανάτῳ τελευτήσει, καὶ διὰ τὸν φόβον τοῦ θανάτου πολὺς ἀριθμὸς ἐγένετο μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσεν αὐτόν. καὶ ἔλαβεν κάστρη καὶ χώρας τῶν Ἀῤῥάβων, καὶ ἐλθὼν εἰς τόπον λεγόμενον Ζουμζούμην, τοῦτ' ἔστιν βυθὸς βαθύς. καὶ ἐγγὺς αὐτοῦ ἦν κάστρον ὄνομα Σουσαΐτα, τοῦτ' ἔστιν μαῦρον λίθον, καὶ παρέλαβεν αὐτὸ διὰ πολέμου. κρατήσαντες γραῦν γυναῖκα χήραν σὺν ζ τέκνοις, καὶ εἶπον αὐτῇ. πίστευσον σὺ τοῖς τέκνοις σου εἰς [illegible]:

junioribus, & præſtantioribus, exercitum conſcripſit, & veniens Meccam profligavit Arabas, & urbem & arcem expugnavit. Viribus vero auctis, omnes circumjacentes regiones occupavit. Et legem fixit quâ ſanciebatur, ut ſi quis Muhammedem Prophetam & Apoſtolum Dei non confiteretur, ſtatim morte plecteretur, & metu mortis numeroſiſſima turbarum copia, illius vexilla ſequebatur, & illius doctrinam amplectebatur. Sic varias Arabum plagas & urbes occupavit, tandemque pervenit ad locum nomine Tſumtſum, id eſt puteus profundus. Juxta vero puteũ erat urbs ſeu caſtrũ nomine Suſaïta id eſt lapis niger & obſcurus, quod cum expugnaſſent, in illo captivam comprehenderunt vetulam quandam cum ſeptem liberis ſuis. Illam vero ſic ſunt adorti. Tu cum liberis tuis,

τὸν Μουχαμὲτ, καὶ εἰς τὸν θεὸν αὐτοῦ, ὅτι ἐστὶν προφήτης καὶ Ἀπόστολος θεοῦ. λέγει αὐτοῖς, ὡς ἴδω αὐτὸν, ἵνα συντύχω μετ' αὐτοῦ; ἀπήγαγον οὖν αὐτὴν πρὸς αὐτὸν, καὶ φησὶ πρὸς τὸν Μουχαμὲτ, πόθεν καλεῖς ἑαυτὸν προφήτην, καὶ Ἀπόστολον, καὶ ποῖός ἐστιν ὁ θεός σου. ἐγὼ θεὸν γινώσκω, τὴν Ἀφροδίτην, τὸ ἑωσφόρον ἄστρον, ἐσὺ ποῖον τὸν θεὸν καλεῖς; λέγει αὐτῇ, ἄλλος θεός ἐστιν. ἔχει δοῦλον Μιχαὴλ καὶ Γαβριήλ. ἐκείνου εἰμὶ Ἀπόστολος. λέγει ἡ γραῦς, καὶ ποῦ κατοικεῖ αὐτὸς ὁ θεὸς, ὃν λέγεις; καὶ εἶπεν αὐτῇ, ἐν τῷ οὐρανῷ, ἄνω δείξας τῇ χειρὶ. λέγει ἡ γραῦς, σὺ μόνος οἶδας αὐτὸν, ἢ καὶ ὁ λαός σου, καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ, ὡς ἡ ἡμῶν χοϊκῶν ἐστὶν, ἢ παρ' αὐτὴν ξένη; λέγει ὁ Μουχα-

ris tuis, crede in Muhammedem, & in Deum illius, quia eſt Propheta, & Apoſtolus Dei. Illa autem ſic ad eos, quæſo illum ſtatim videam, & cum illo conferam, quâ confeſtim ad Muhammedem perductâ, dixit quare te vocas Prophetam & Apoſtolum, qualis eſt Deus tuus; ego quidem Venerem & Phoſporum ſydus pro numinibus habeo, tu vero qualem Deum habes & colis. Reſpondit Muhammed, eſt alius Deus, habet ſervos Michaëlem & Gabrielem. Illius ſum Apoſtolus. Dixit vetula ubi habitat iſte Deus quem annuntias, Muhammed palmas ad ſydera tollens, reſpondit, habitat in cœlo; urgebat vetula, an tu ſolus illum noſti an vero populus tuus etiam tecum illum novit? An illius vox accedit ad vocem hominum terrenorum, an vero ab illa diſcrepat. Reſpondit Muhammed

μὲτ, οὐδ' ἐγὼ οἶδα τὸν θεὸν, οὔτε οἱ περιεστῶτες. λέγει ἡ γραῦς. σὺ λέγεις ὅτι μίαν διασκέλισιν ἀνέβης εἰς τὸν θεὸν σὺν τοῖς σανδαλίοις σου. καὶ τώρα λέγεις, οὐκ οἶδα αὐτὸν, πῶς καλεῖσαι προφήτης καὶ Ἀπόστολος; λέγει ὁ Μουχαμὲτ, ἀλλὰ Ἀρχάγγελος θεοῦ ἔρχεται πρός με καθ' ἑκάστην τὸ ὄνομα Γαβριὴλ, καὶ ἀναγγέλλει μοι περὶ ὧν λέγω. λέγει ἡ γραῦς ὅταν σου λαλεῖ ὁ Ἀρχάγγελος, σὺ μόνος ἀκούεις, ἢ καὶ ὁ λαός σου; εἰ μὲν σὺν τοῖς ὄχλοις, πάντες εἰσὶν Ἀπόστολοι τοῦ Ἀρχαγγέλου, καὶ σὺ χάριν οὐκ ἔχεις. εἰ δὲ σὺ μόνος, ὁ Ἀρχάγγελος ἐστὶν Ἀπόστολος, καὶ σὺ

med nec ego Deum novi, & primores populi ad illius cognitionem non potuerunt etiam aſſurgere. Inſtabat vetula, quomodo hæc quadrant, modo dicebas te unico paſſu & quaſi unica ſubſultatione te cum ſandaliis tuis cœlos aſcendere & te ad Deum uſque pervenire, nunc vero dicis te non noſſe Deum. Quomodo potes ergo illius Propheta & Apoſtolus vocari. Sic eſt inquit Muhammed, ſed Gabriel Archangelus Dei ad me quotidie accedit & ea mihi revelat quæ vobis annuntio. Pergebat vetula, & dicebat cum accedit ac loquitur Angelus, an tu ſolus illum audis, an vero populus illum etiam audit. Si omnes audiunt, omnes ſunt Apoſtoli Archangeli, & tu gratiam aliquam & beneficium aliquod peculiare jactare non potes. Si vero ſolus audis, Archangelus eſt Apoſtolus, tu vero prorſus

οὐδὲν, σὺ οὖν ἑαυτὸν Ἀπόστολον μὴ καλεῖς. λέγει ὁ Μουχαμὲτ, στρέψον σεαυτὴν, μή πως κατακοπῇς σὺ, καὶ τὰ τέκνα σου διὰ ξίφους. Φησὶ δὲ ἡ γραῦς, φοβήθητι τὸν θεὸν, ὃν γινώσκεις. πρῶτον πρόσταξον τὰ τέκνα μου κατακοπῆναι, εἶτα ἐγὼ, μή ποτε πολλάκις ὀπίσω μου ἐναπομείναντα οἱ παῖδες ὡς ἄφρονες καὶ μωροὶ πιστεύσουσιν ἐν ἐσφαλμένοις δόγμασί σου, καὶ γνώμεθα ἀρνηταὶ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. λέγει ὁ Μουχαμὲτ, ἕνα μόνον εἰπέ. ὅτι ὁ Μουχαμὲτ ἐστὶν προφήτης καὶ Ἀπόστολος, καὶ ἀπολύσω σε, καί σε, καὶ τὰ τέκνα σου. λέγει ἡ γραῦς, ἅπαξ μὴ γένοιτο εἰπεῖν μετὰ τῶν τέκνων μου τοιοῦτον λόγον. προστάξει οὖν τοῦ Μουχαμὲτ κατέκοψαν τὰ τέκνα τῆς γραὸς, εἶτα αὐτὴν ἐπάνω τῶν τέκνων αὐτῆς. τότε λέγει ὁ Ἀπουταλέπης ὁ θεῖος αὐτοῦ,

prorſus nihil, te ipſum ergo Apoſtolum non amplius voces. Reſpondit Muhammed, converte te, ne tu liberique tui gladio pereatis. Dixit vetula, Time Deum quem noſti. Primò vero decerne ut liberi mei capite truncentur, ego vero poſtrema ſupplicio quo volueris plectar. Ne forſan liberi poſt me ſuperſtites, ſtultitiâ & mentis impotentia moti, credant erroneis tuis dogmatibus, & Dei noſtri cultum & cognitionem ejurent. Dixit Muhammed proferas tantum hæc verba, Muhammed eſt Propheta & Apoſtolus Dei, & te cum liberis dimittam ſalvos & incolumes. Reſpondit vetula abſit ut talia verba vel ſemel nobis eccidant. Jubet ergo furens Muhammed ut liberi interimerentur, & eorum funera, matris funere cumularentur. Ad hæc eccipiebat Abutalipes Avunculus & enutri-

ὁ δὲ ἀνάτροφος τοῦ Μουχα-
μέτ. μέγα κρῖμα ἐγένετο
εἰς τὴν γραῦν, καὶ τὰ τέκ-
να αὐτῆς, εἰ μὲν γὰρ ἐ-
ψεύδετο, εἶχες ἐλέγξαι αὐ-
τὴν, εἰ δὲ ἀληθῶς, διὰ
τί ἀντὶ τοῦ σῶσαι, ἀπώλε-
σας. λέγει αὐτῷ ὁ Μουχα-
μὲτ, ἀληθῶς ἀνέθρεψας
μὲ, ἀλλ' οὖν ἤθελα δεῖξαι
τὰ θελήματα τοῦ θεοῦ ποιῶ,
καὶ σὺ ἀνθίστασαι; φύλασ-
σε μὴ ἀπορρίψω τὴν αἰδῶ
τῆς ἀνατροφῆς, καὶ φονεύ-
σω σε. λέγει ὁ Ἀπουταλεπῆς
ἐγὼ οὐ πιστεύω θεὸν, ὃν εἰ-
σὶν τὰ θελήματα αὐτοῦ, ὅσα
ἂν σὺ ποιεῖς. λέγει ὁ Μουχα-
μὲτ, οὐ πιστεύεις, ὅτι μὲ Ἀ-
πόστολος θεοῦ, λέγει, μὴ
γένοιτο, καὶ ὥρισεν ὁ Μουχα-
μὲτ τηνικαῦτα κατακοπῆναι.
Καὶ ἐποίησαν οὕτως. ἀλη-
θῶς πάντως ἀληθεύειν με,
μέχρι τοῦ νῦν ἔχουσι τῶν

enutritor Muhammedis. Certe magna injuria aſſecta eſt iſta vetula cum liberis ſuis, nam ſi mentiebatur & errabat, arguenda & docenda erat, ſi autem vera eſſet illius fides, quare illam interimere potius quam illam incolumem dimittere voluiſti. Dixit Muhammed, revera tu me aluiſti, ſed oſtendam quod voluntatem Dei facio, tu vero audes contra dicere. Cave ne omni memoria & conſcientia beneficiorum tuorum remota, te ſtatim interimam. Dixit Abutalepes ego non credo in Deum iſtum, cujus ſunt opera ea quæ facis. Eccipiebat Muhammed, non ergo credis me eſſe Prophetam Dei, dixit Abutalipes abſit ut hoc credam, unde furoris œſtro percitus Muhammed, juſſit ut ſtatim occideretur, quod factum eſt. Me autem verum dicere teſtatur conſuetudo & mos qui inter abominan-

πιούτων τρόπων τῶν ἐϐδελυγμένων. ϗ ἕτερον σημεῖον σὺ λέγεις εἰσέρχεσθε εἰς τὴν Μακᾶ ὑμῶν ὡς ἐπ' εὐχῇ, λιθοϐολεῖτε τὸν τόπον τοῦτον. ϗ ἐρωτώμενος, ὦ Μουσουλμᾶνε διὰ τί λιθοϐολεῖτε τὸν τόπον, καὶ λέγετε, ὅτι οὐκ ἐπίστευσεν ὁ Ἀπουταλέπης τὸν Μουχαμέτ. καὶ ἕτερον σημεῖον λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγγὺς τοῦ τόπου ἐκείνου ἐστὶν φρέαρ τοῦ νῦν Ζουμζούμην, ἔχων πολὺ ὕδωρ, ϗ τοὺς φυγόντας ἐκεῖσε ἔϐαλλον. ϗ σὺ πεπλάνησαι, ϗ ἅγιον τόπον λιθοϐολεῖς, ϗ ἐν τῷ ὑποστρέφειν ἐκ τῆς Μακᾶ λαμϐάνεις ὕδωρ ἐκ τοῦ φρέατος ἐκείνου. καὶ κομιζόμενος εἰς τὴν οἰκίαν ἀντὶ εὐλογίας, ϗ εἰς ἑτέρας χώρας, ϗ ἐρωτώμενος παρ' ἐμοῦ τί ἐστὶν τὸ ὕδωρ τοῦτο, ϗ πόθεν ἔχει τὴν εὐλογίαν. καὶ λέγετε, τοῦτό ἐστι τὸ ὕδωρ τὸ Ζουμζούμην, ὅτι ποτὲ ὁ

dos ritus veſtros uſurpari ſolet. Unum quippe ſignum ſoletis afferre ex iis qui Meccham ad orandum ingrediuntur. Solent quippe hunc locum lapidibus impetere. Et interrogati Muſulmanni quare lapides ſic projiciant, reſpondent ideo id fieri quia Abutalipes noluit credere Muhāmedi. Altero vero ſigno te confutaturus ſum. Nam juxta iſtum locum eſt puteus Tſumtſum in quo maxima aquarum copia, à quo, accedentes, ſolent arcere & ejicere. Et tu impoſtor & deceptus, lapidibus impetis locum iſtum Sanctum. Et cum Meccha reverteris domum, aquam ex iſto puteo accipis quam loco benedictionis tibi ſervas, & in alias regiones ſoles circumgeſtare. Et à me interrogatus qualis eſt iſta aqua, & unde iſtam benedictionem hauſerit & contraxerit; reſpondetis eſt aqua Zumzum, quia ibi filius

υἱὸς τοῦ Ἀβραὰμ ἐκοιμήθη ἐκεῖ, καὶ ἐξυπνίσας ἐδίψησεν, καὶ μὴ εὑρίσκων ὕδωρ, ἔτριψε τὴν πτέρναν αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐξέβη τὸ ὕδωρ, καὶ παρέκει ἐστὶν βωμὸς, καὶ ἀναβαίνει ὁ λαὸς ὑμῶν, καὶ ποιοῦσιν ἡμέρας γʹ, καὶ βοῶσιν οὕτως λέγοντες, πρὸς τὸν θεὸν δεόμενοι. τί κελεύεις; ἐκ τρίτου, καὶ ἐρωτώμενος παρ' ἐμοῦ τίνος χάριν τοῦτο ποιεῖτε, λέγετε, ὅτι τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὴν Εὔα ὧδε ἥνωσεν ὁ θεὸς, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων φλυαριῶν φλυαρεῖτε καὶ τοῦτο ἐοίκατε. φεῦ τῆς ἀτοπίας καὶ τοῦ τολμήματος, Ἄθεοι ποιεῖν τὸν θεόν.

Καὶ προάγων, μετὰ τὸ τοῦ φονευθῆναι τὴν γραῦν μετὰ τοὺς παῖδας αὐτῆς, καὶ τὸν Ἀπουταλεπῆ, ἐστράφη ὁ Μουχαμὲτ μετὰ τὸ φουσάτον αὐτοῦ εἰς τὸ κάστρον Μαδινά, καὶ ἐποίησε κλητόριον μέγα, καὶ εἶπεν τοῖς ὄχλοις.

lius Abrahami ſomno obrutus dormivit, excuſſo vero ſumno, cum ſiti urgeretur, nec adeſſet aqua qua ſitim reſtingueret, calcaneo terram trivit & pulſavit, & ſtatim aquę ſcaturire & manare incipiebãt; juxta vero eſt altare, ad quod populus accedit, & ſtatione trium dierũ ibi commoratur, incondita voce clamans & orationes fundens ad Deum, & dicens quid præcipis; Tertiò rogati quoque à me quare hos faciatis, reſpondetis quia Adamũ & Evam ibi Deus matrimonio copulavit, & hoc figmento & delirio, veſtras alias nugas & ineptias cumulatis. Vah abſurditatis & temeritatis; qua Deus fit Atheus.

Sed pergo, poſtquã Muhãmed occidiſſet vetulam iſtam, cum liberis ſuis, & Abutalepum, reverſus eſt cum exercitu ſuo in urbem Medinam, & ibi maximam bonorum copiam acquiſivit & ſibi comparavit.

ὁ Ἀρχάγγελος κυρίου ἐλθὼν πρός με καὶ τάδε φησὶ, ἄπελθε εἰς χώραν Μαραδὰ εἰς τὰ γονικὰ τοῦ πάππου σου, ἵνα στρέψῃς λαὸν πεπλανημένον. νῦν δὲ ὧδε ἀφίημι ὑμῖν ἀντὶ ἐμοῦ τὸν Ἀποπάκρην, ἵνα νουθετῆσθε καὶ διδάσκεσθε ὑπὸ τὰ λεγόμενα ὑμῖν, καὶ μὴ λυπεῖσθε, ὅτι ἐγὼ ἐν συντόμῳ στρέφομαι, καὶ ἔχετε τὸν Ἀποπάκρην. ἀπῆλθεν ἐκ τόπου εἰς τόπον, καὶ ἀπὸ χώρας εἰς χώραν, καὶ οἰκονομίᾳ τοῦ ζῶντος καὶ λογικοῦ θεοῦ ἐπέπεσεν εἰς τόπον, εἰς ὃν ἐγένετο ὁ πόλεμος τοῦ πάππου αὐτοῦ μετὰ τοῦ Κωρέσῃ. καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, τίς εἶ, καὶ ἐξεῖπεν αὐτοῖς, ἐγὼ εἰμὶ ἐκ γένους τῶν Κωρασιωτῶν. ἐζήτησαν οὖν μαθεῖν ἅπαντες τὰ ὄνομα αὐτοῦ,

Dixit vero turbis, Archangelus Dei mihi adfuit jubens ut diſcedam in provinciam & terram Marada ad poſteros Avi mei, illoſque revocem ab erroribus quibus nunc ſunt immerſi. Ego autem diſcedens vobis relinquo Abubakerum, ut vos hortetur, doceat confirmet in iis quę audiviſtis. Triſtitia vero non vos corripiat, nam brevi revertar ego, interea Abubakero eſtote morigeri. Abiit ergo de loco in locum, & de provincia in provinciam. Dei autem viventis & ſapientiſſimi providentia contigit ut perveniret in locum ubi illius avus & Coraſiotæ pugna inter ſe conflixerunt. Rogaverunt ergo illum quis & cujas eſſet. Reſpondit ſum ex genere Coraſiotarum. Pergebant & repetitis quæſtionibus urgebant, ut poſſent tandem noſſe quale eſſet nomen illius. Dicebant ergo quo indicio com-

καὶ τί σημεῖον ἔχεις ἐκ τῆς χώρας ἐκείνης, ἐν ᾗ κατοίκει ὁ πάππος σου λέγοντες. καὶ εἶπεν αὐτοῖς τὸ πῶς ἐκαλεῖτο Μαραδὰ, συνέβη δὲ γενέσθαι ἐν μέσῳ τῶν δύο ἀδελφῶν πόλεμος. καὶ ἀφῆκεν ὁ πάππος μου τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ ἔφυγεν, καὶ ἀπὸ τοῦ λόγου αὐτοῦ ἀνεγνώρισαν αὐτὸν, καὶ εἶπον, σὺ δὲ πῶς καλεῖται; λέγει αὐτοῖς. τὸ ὄνομά μου εἶναι Μουχαμὲτ, καὶ εἶμαι προφήτης καὶ Ἀπόστολος θεοῦ. καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, ἠκούσαμεν, ὅτι προφήτης ἐγήγερται ἐκ τῆς γῆς Μαλινὰ, καὶ μὴ ἐσὺ εἶ; λέγει αὐτοῖς, ὅτι ἐγὼ εἰμὶ, καὶ ἀκούσατε τὸ φρικτὸν μυστήριον ὅτι τοσοῦτον ἠγαπήθην παρὰ θεοῦ, ὥστε ἀναληφθῆναί με εἰς τὰ ὕψη ἐγ-

comprobas te eſſe incolam regionis quam memoras, & in qua dicis habitaſſe Avum tuum. Et ipſis ſignificavit quomodo locus vocaretur Marada. Contigit vero inquiebat, ut duo fratres bello inter illos exardeſcente mutuo ſe vexarent. Unde avus meus debuit fugere, ſolum vertere, & alibi ſedes quærere, ex iſtis vero verbis animadvertebant illum vera dicere. Quærebant ergo quod nam eſſet illius nomen, dixit ipſis, ego vocor Muhammed, & ſum Propheta & Apoſtolus Dei. Ad quæ regerebant rumor apud nos pervenit revera Prophetam eccitatum ex urbe Medina, an tu ille ipſe eſt, ſtatim reſpondebat, utique ſum ille ipſe, inſuper vero audite à me tremendum myſterium, tanto me Deus amore proſequutus eſt, ut aſſumptus fuerim in cœlos celſiſſimos, cum meis ipſis

γὺς τοῦ θεοῦ, καὶ ἐκάθισα σὺν τοῖς σανδαλίοις μου ἀπὸ ὀφρὺν εἰς ὀφρύν. καὶ συνέτυχέ μοι ὁ θεὸς ἄρρητα ῥήματα, καὶ ἐγνώρισα αὐτὸν, καὶ ἐγνωρίσθην παρ' αὐτοῦ, καὶ προφήτην ἐκάλεσέ με, καὶ εἶπεν μοι, ἐὰν οὐκ ἦν ἡ ἀγάπη σου, οὔτε τὸν οὐρανὸν, οὔτε τὴν γῆν ἔμελλον ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνομά σου ἐγράφη τὸ γύρον τοῦ θρόνου μου. οἱ δὲ περιεστῶτες ὡς ἀκούοντες ἔκλαιον δῆθεν, καὶ ἐθρήνουν καταγελῶντες αὐτὸν, λέγουσιν αὐτῷ πάντες, ἐὰν ἀληθεύεις, δεῖξον ἡμῖν ποῖ ἀνέβης εἰς τοὺς οὐρανούς. λέγει αὐτοῖς, ἐσκάλωσα τὸν ἕνα μου πόδα εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ἕτερον μου διεσκέλισα εἰς τοὺς οὐρανούς. λέγουσιν αὐτῷ, δόξα τῷ θεῷ τῷ ἐλεοῦντι, καὶ ἐλεημένῳ, ὅτι ἄνθρωπος

calceis, & ſedi juxta Deum tam proxime quam ſupercilium unum adſtat alteri ſupercilio. Et illum cognovi, & ab illo cognitus ſum, me Prophetam vocavit & renunciavit, & dixit mihi, abſque amore quo te proſequor foret, ut nec cœlum nec terram condidiſſem. Imo nomen tuum, inſcriptum eſt circa thronum meum, & illius characteribus quaſi ſuperbit & gloriatur. Adſtantes vero cum iſta audirent, quaſi lachrymas fundentes & ſuſpiria imo pectore trahentes illum irridebant, & dicebant ſi tu vera narras, nec in dictis fraus ulla latet, velis ſignificare quomodo in cœlum aſcenderis. Dixit illis, pedem Hieroſolymis tanquam ſcalæ impoſui, altero autem cœlos ipſos penetravi. Quibus auditis uno ore clamarunt, Gloria ſit Deo miſeratori & miſericordi qui voluit unico greſſu hominem

χοϊκὸς μετὰ ἑνὸς βαθμοῦ ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εὐχαριστοῦμεν τῷ μεγαλοδυνάμῳ ἑωσφόρῳ ἄστρῳ, τῷ ἐλεοῦντι καὶ ἐλεημένῳ, ὅτι ἠλέησεν τὸ γένος ἡμῶν, καὶ ἐξελέξατο ἐκ τοῦ γένους τῶν Κωρασιωτῶν ἄνθρωπον κατά σε ἐκλεκτόν. Ἔμεινε δὲ μετ' αὐτῶν ἡμέρας ιβ'. καὶ μετ' αὐτῶν διαλεγόμενος, καὶ ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτὸν λέγουσι πρὸς αὐτὸν, Μωαμὲδ ἐκλεκτὲ τοῦ θεοῦ, ποτὲ τὸν καιρὸν εἶχεν ὁ πάππος ἡμῶν φοράδα πάνυ θαυμαστὴν, ἧς δευτέραν οὐκ εἶχεν ἡ Ἀῤῥαβία, καὶ ἐλθὼν ὁ πατήρ σου ὁ Ἀπτουλὰς δέδωκεν αὐτοῖς τὴν εἰρήνην, ἵνα μείνουσιν ἀμέριμνοι. καὶ διὰ νυκτὸς ἀνεῖλεν αὐτὴν διὰ μαχαίρας, καὶ τότε ἐξ

nem terrenum ad cœlos uſque aſſurgere, gratias quas poſſumus maximas rependimus potentiſſimo phoſphoro ſyderi matutino, Deo miſericordi & miſeratori, qui miſericordiâ nos eſt proſequutus, & ex genere Coraſiotarum Prophetam præſtantiſſimum ſicut te elegit & eccitavit. Manſit vero apud illos ſpatio duodecim dierum, cum illis, ſingulis diebus differens & varios ſermones miſcens. Cum vero inter ſe confabularentur, dixerunt ad illum, o Muhammed Electe Dei, aliquando Avus noſter habuit equam omnino mirandam, & quæ ſecundam in tota Arabia non haberet, veniens vero pater tuus Abtulas, Avum noſtrum & ſuos, humana ſalutatione & officioſa eſt adortus ut illos incautos & incogitantes deciperet. Et revera noctu exſurgens equam gladio confodit & ſe clam

αὐτοῦ διῆλθεν ὁ πόλεμος. τώρα οὖν παρακαλοῦμεν σε ὡς ὑπάρχεις ἐκλεκτὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ὅτι τὸν θεὸν ἐγνώρισας, καὶ ἀκούει σου εἰς πάντα, ἀνάστησον τὴν φοράδα, ἣν ἐσκότωσεν ὁ πατήρ σου, καὶ ἡμεῖς πλέον θαῦμα οὐ ζητοῦμεν παρά σου; οὐ μόνον διὰ τὸν πόθον τῆς φοράδος λέγομεν, ἀλλὰ νὰ ἰδοῦσιν καὶ οἱ Ἄρραβες τὸ θαῦμα, καὶ πιστεύσουσί σε, ὅτι ἀληθῶς προφήτης εἶ, καὶ Ἀπόστολος θεοῦ. λέγει αὐτοῖς ὁ Μουχαμὲτ, ὑποδείξατέ μοι ὑμεῖς τὸν τάφον, ἐν ᾧ ἐτάφη ἡ φοράς. λέγουσιν αὐτῷ πάντες, οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἵνα ταφῇ, ἄλογον ἦν, καὶ ἐρρίψαμεν αὐτὸ, καὶ ἐβρώθη ὑπὸ τῶν θηρίων. λέγει ὁ Μουχαμὲτ, ἐπεὶ

ſe clam proripuit, & hinc mali & belli cauſa, quod fratres erga ſe invicem ita exaſperavit. Nunc autem te vehementer rogamus quod cum ſis Dei electus, Deum ipſum cognoſcas, & te ſemper exaudiat, eccita ex mortuis equam, quam pater tuus interfecit, quo præſtito nullum aliud miraculum à te poſtulabimus. Hoc vero rogamus, minus, deſiderio equæ recuperandæ, quam ut Arabes miraculum videant quo moveantur ad credendum te revera eſſe Prophetam, & Apoſtolum Dei. Dixit Muhammed oſtendite mihi ſepulchrum, in quo equa condita jacet. Omnes uno ore regerunt non erat homo ut ſepulchro conderetur. Erat merum jumentum, & animal irrationale, & illam foras projecimus, & beſtiarum latranti & voraci ſtomacho eſca tandem evaſit. Dixit Muhammed quandoqui-

οὐ γινώσκετε τὸν τάφον; πῶς μέλλω ἀναστῆσαι; λέγουσιν αὐτῷ πάντες, ἐπειδὴ προφήτης εἶ, καὶ ἐκλεκτὸς τοῦ θεοῦ, οὐ γινώσκεις ποῦ κεῖται ἡ φοράς; ἀλλ᾽ οὐ δύνασαι ἀναστῆσαι αὐτήν. ἀλλὰ καλῶς σε εὕραμεν, καὶ ἀποστείλαντες εὗρον κάμηλον μεμεθυσμένην, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, ὅτι πάντως ἐκείνου υἱὸς ὑπάρχεις τοῦ δόντος τὴν εἰρήνην τοῦ πάππου, καὶ τέλος πληρώσαντες ἄδηλον, εἶτα κρατήσαντες αὐτὸν καὶ δήσαντες ὀπισθαγκώνων λέγουσιν αὐτῷ, σὺ λέγεις ὅτι εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνέβης, καὶ ἀπήδησον ἐκ τῆς γῆς καὶ πέρασον ἄνωθεν τῆς καμήλου μὴ ἐγγίσαντες τῶν ποδῶν σου τὴν ῥάχην τῆς, καὶ τότε πιστεύσομεν, ὅτι ἀνέβης εἰς τὸν οὐρανόν. αὐτὸς δὲ πολλὰ σπουδάσας, καὶ μὴ δυνά-

doquidem neſcitis ubi ſit illius ſepulchrum, quomodo exiſtimatis me poſſe illam ex mortuis eccitare. Dixerunt omnes tu es Propheta & electus Dei, & neſcis ubi jaceat equa iſta, multum abeſt ergo ut illam poſſis ad vitam revocare. Sed nos te ipſum bene inveniemus, & cum aliquos miſiſſent, invenerunt Camelam thure & vino inebriatam quam cum adduxiſſent dixerunt ipſi, revera tu es filius illius qui avi tui nomine, ſalute impartita noſtros decepit. Illum ergo corripuerunt manibus poſt terga revinctum, & dixerunt, tu aſſeris quod in cœlos aſcendiſti, nunc vero ſaltu te in ſublime attolle, & te excute ſupra Camelæ dorſum adeo ut in illud pedibus tuis non impingas, tunc vero credemus te revera in cœlum aſcendiſſe. Cum vero multa tentaret & tali experimento non

μενος καὶ εἶπον ὅλοι πρὸς αὐτὸν, ἐλθὼν δέδωκεν ἡμῖν εἰρήνην νὰ χαώσης ἡμᾶς ἡμᾶς ἐκ τῆς πίστεως ἡμῶν.

Καὶ δεικνύω σοι ἐγὼ ὁ Ἐδεσηνὸς Μοναχὸς ποταπὴ εἶναι ὑμῶν ἡ πίστις, ἤγουν τοῦτο ἔλεγον πρὸς τὸ ἑωσφόρον ἄστρον, τὶς θεὸς μέγας ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν. καὶ οὐκ ἔστιν δίκαιος πλὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν τοῦ ἐλεοῦντος, καὶ ἐλεημένου. καὶ δόξα τῇ δυνάμει σου κύριε, κύριε, μὴ χωρίσῃς ἡμᾶς τοῦ ἐλέους σου, ἀλλὰ σῶσον ἡμᾶς τῇ δυνάμει σου, Ἀμήν. Καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἀνθρώπων ἐκ γένους τῶν Ἀῤῥάβων ὑπάρχει οὕτως. Θεόδουλος, Θεοχάριστος, Θεόκτιστος, Θεοστήρικτος, καὶ Θεόδωρος. μέχρι τοῦ νῦν γενεὰ μία τῶν Ἀῤῥάβων λεγόμενοι Κουλπιῶται, ἤγουν Σκυλιῶται τοιαύτην πίστιν ἔχουσιν ὡς τὸν

poſſet ſe commendare dixerunt ad illum omnes, veniens nos ſalute ſua eſt proſequutus, & voluit nos quotquot ſumus à fide noſtra dimovere.

Ego autem Monachus Edeſſenus qualis ſit veſtra & illorum fides, tibi palam faciã. Dicunt quippe Phoſphoro, quis Deus magnus ſicut Deus noſter. Et non eſt Deus juſtus & benignus præter Deum noſtrum miſericordem & miſeratorem. Sit gloria virtuti tuæ o Domine, Domine ne nos ſepares & removeas à miſericordia tua, ſed libera & ſerva nos potenti robore tuo, Amen. Hæc vero ſunt præſtantiorum hominum nomina apud Arabas. *Theodoulus*, *Theochariſtus*, Theoctiſtus, & Theoſterictus, & Theodorus. Ad hęc autem uſque tempora eſt una quædem familia Arabum qui dicuntur Colpiotę ſeu Sculiotę & talem habent fidem, qua Muhammedem

Μουχαμὲτ ἀναθηματίζουσιν. λέγουσι πάλιν ὁ λαὸς τοῦ Μουχαμέτ. ἐπεὶ τὴν κάμηλον οὐκ ἠδυνήθης περάσαι, δεῖξον ἡμῖν σημεῖόν τι μικρόν; ἐκεῖνος δεδεμένος ὤν, ἐξεῖπε, ἀπὸ τοῦ νῦν οὐκ ἔχω σημεῖον πρὸς ὑμᾶς, ὅτι ἄπιστοι ἐστέ. λέγουσιν αὐτῷ, σὺ εἶ ἄπιστος, ὅτι πολλὰς ψυχὰς ἀπώλεσας ἀδίκως, καὶ δήσαντες αὐτὸν εἰς τὴν οὐρὰν τῆς μεμεθυσμένης καμήλου, καὶ κεντήσαντες αὐτὴν ἀπέλυσαν εἰς τὸν κάμπον, καὶ σκιαζομένη ἡ κάμηλος ποτὲ φεύγει, ποτὲ δὲ καταπατεῖ αὐτὸν, κατὰ πρόσωπον, καὶ οὕτως κατεπατήθη ὑπὸ τῆς καμήλου, καὶ κακῶς ἐφονεύθη, οὗτος ὁ βίος αὐτοῦ, καὶ τῶν πάππων αὐτοῦ;

medem anathemate percutiunt. Iterum vero turbæ iſtæ Muhammedem adoriuntur dicentes. Quandoquidem Camelum ſaltu non potuiſti ſuperare, ſaltem vel minimum oſtende nobis ſignum & miraculum; ille adhuc vinculis conſtrictus reſpondit, non eritis votorum compotes, nec ullum coram vobis patrabo miraculum, nam vos eſtis infideles, & increduli. Illi ſtatim regerunt, tu ipſe es infidelis, nam quamplurimos injuſtiſſime peremiſti. Illumque caudæ Camelæ inebriatæ alligarunt, quam aculeis vehementer pungentes per campos & agros dimiſerunt. Illa vero ad umbras commoveri ſolita, modo fugiens illum trahebat, modo caput pedibus conculcabat; & illum ita calcavit & contrivit camela, ut ad malam mortem ille tandem abierit. Hæc eſt illius & Avorum

 vita,

ὡς ἤκουσας ὦ Μουσουλμᾶνε. σὺ πρῶτον ὁμολόγησας, ὅτι ἑβδομήκοντα δύο φυλαὶ ἀπὸ τὸ γένος τῶν Μουσουλμανῶν ἀρνοῦνται τὸν Μουχαμὲτ, καὶ ἀναθεματίζουσιν αὐτόν. καὶ πάλιν σὺ λέγεις, ὅτι καὶ τέσσαρες θεῖοι αὐτοῦ ἠρνήσαντο τοῦτον, καὶ μὴ πιστεύσαντες αὐτὸν, ὡς ψεύστην, ἀδίκως ἐφονεύθησαν παρ' αὐτοῦ, ὁ πρῶτος ὁ ἀναθρέψας αὐτὸν Ἀπουταλεπὴς, δεύτερος ὁ Ἀπουτζάλης, τρίτος ὁ Ἀμπουλχαλέπης, τέταρτος ὁ Μεεβοίας. καὶ ἡ γυνὴ μετὰ τῶν ζ παίδων αὐτῆς, ἀγράμματος καὶ χωρικὴ ἤλεγξεν αὐτὸν, καὶ πεποίηκεν ἀντὶ οὐδενός. ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ Χριστιανοὶ οἱ κληρονόμοι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως πρεσβευταὶ, καὶ τοῖς ὄντως προφήταις ἀκόλουθοι, ἐλέγχομεν τὸν κατάρατον καὶ βέβηλον Μουχαμὲτ, καὶ μά-

vita, prout tibi narravi o Muſulmane. Et tu primum confiteris ex toto genere Muſulmannorum ſeptuaginta duas familias ſeu Tribus Mahumedem rejicere & anathematiſmis acerbiſſimis illum ferire. Secundò etiam aſſeris quatuor illius Avunculos illum abnegaſſe, & tanquam impoſtori noluiſſe ei fidem habere, unde ab illo injuſte interempti fuerunt. Primus nutritor illius Abutalepes, ſecundus Apoutſales, tertius Amptoulcalepes, quartus Meëbias. Muliercula vero literarum rudis & agreſtis, cum ſeptem liberis ſuis, illum confutavit & pro nihilo habuit. Sed & nos *Chriſtiani hæredes regni cœleſtis*, & rectæ fidei legati & ſacerdotes, prophetarumque veſtigia indeſinenter prementes, rejicimus maledictum & Prophanum Muhammedem, illumque ſtultum, vanum, & im-

τῆρον ϗ ψεύςlω ἀποκαλοῦμεν.

Ὡς δὲ οἱ Μουσουλμᾶνοι ἀπερχόμενοι εἰς τὸ κάςρον Μαδινὰ ἐπὶ τὸ προσεύξασθαι, ἐρωτῶσι τοὺς ἐκεῖσε ἐντοπίους, λέγοντες ὑποδείξατε ἡμῖν τὸν τάφον τοῦ Μουχαμὲτ, ἵνα ἀσπασώμεθα αὐτόν. καὶ λέγουσιν αὐτοῖς, ϗ τίς τολμᾷ ἰδεῖν τὸν τάφον αὐτοῦ; ὁ γὰρ ἰδὼν τὸν τάφον αὐτοῦ τυφλοῦται. ϗ ἔςιν ἀφορμὴ τοῦτο ϗ πρόφασις, ϗ ὁ λόγος ψευδὴς, ἵνα ὁ λαὸς ἀπατᾶται, ϗ μὴ μάθῃ τὸ ἀληθὲς, ϗ οὕτως, ἀθετήσει τῇ καταπτύςῳ καὶ γελοίῳ ἀξίᾳ θρησκείᾳ. ἐμηχανήσαντο γὰρ καὶ ἔκτισαν γύρωθεν τεῖχον κυκλοτερὲς ἀδιόδευτον ἔσωθεν τοῦ κάςρου Μαδινὰ, καὶ διαφημίζουσιν, εἰς ἅπαντα τὸν λαὸν,

& impoſtorem renunciamus.

Enimvero cum Muſulmanni ad urbem Medinam proficiſcuntur ut ſacro cultu & orationibus defungantur, rogant incolas loci dicentes oſtendite nobis ſepulchrum Muhāmedis ut illud veneremur & proni deoſculemur. Reſpondent autem ipſis, & quis poteſt eò temeritatis devenire, ut audeat intueri illius ſepulchrum? Nam qui illud aſpectu ſuo temeraverit, ſtatim oculis orbatur. Sed hoc eſt tantum occaſio & prætextus, & totum iſtud negotium falſum eſt, & excogitatum ut populus decipiatur, ne ad veritatis cognitionem perveniat, & ſic nuntium remittat prorſus deſpuendæ, vaniſſimæ, & inſulſiſſimæ ſuperſtitioni. Nam extra urbem Medina fabricarunt & ædificaverunt murum in circuli formam, per quem nullus datur aditus,

ὅτι ἐντὸς τούτου ἐστὶν ὁ τάφος τοῦ Μουχαμὲτ, καὶ οὐ δυνάται τις ἰδεῖν, ἵνα μὴ τυφλωθῇ. καὶ κρατεῖ, ἡ τοιαύτη πλάνη εἰς τοὺς διαδόχους εἰς τὰς καθεξῆς τῶν Μουσουλμανῶν γενεάς.

Ὁ δὲ Ἀποπάκρης ἐπερίμενε τοῦ ὑποστρέψαι. καὶ ἰδόντες αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἦλθεν ἀπεμενοίμνησαν αὐτὸν, καὶ λέγουσι πρὸς τὸν λαὸν, Φέρετε τὰς γραφὰς αὐτοῦ, ἃς δέδωκεν ὑμῖν ὁ Μουχαμὲτ, ἵνα σωρευθῶσι καὶ γένωνται βιβλίον ἕν. καὶ ἐκάθισεν ὁ Ἀποπάκρης Χαλιφάτης ἀντὶ τοῦ Μουχαμέτ. ἦν δὲ Ὀθμάνης γραμματικὸς πάνυ. καὶ ἐπέταξεν αὐτῷ ὁ Ἀποπάκρης σωρεῦσαι πάσας τὰς γραφὰς τοῦ Μουχαμὲτ ποιῆσαι αὐτὰς βιβλίον ἐν

itus, & apud omnes famam diſſeminant ibi ſervari ſepulchrum Muhammedis, ſed neminem ad illud accedere ne illius curioſitas oculorum privatione compenſetur. Et ſucceſſione viguit & obtinuit iſta impoſtura uſque ad ſequentes Muſulmannorum generationes.

Abubaker vero diu exſpectabat ut Muhammed reverteretur. Cum vero populus videret illum non redire, illius obliti ſunt, & dixerunt afferatis ſcripta quæ vobis tradidit Muhammed, ut ſimul colligantur, & ex illis unum fiat volumen. Succeſſit vero Abubaker in locum Muhammedis, & *Caliphatus ſeu vicariatus* munus & dignitatem obtinuit. Erat vero Otmanes ſcriba eximius & celeberrimus. Conſtituit autem illum Abubaker ut omnia Muhammedis ſcripta colligeret, ex illiſq; unum conflaret

τὸ λεγόμενον Κουράνιον. καὶ πεποίηκεν τοῦτο καθὰ ὁρισῆσεν. καὶ τὸ πρωτότυπον τούτου ἐκ χειρὸς τοῦ Ὀθμάνου κεῖται εἰς τὴν Τροῦλλαν τῆς ἐκκλησίας τοῦ προδρόμου εἰς τὴν Δαμασκὸν εἰς τὸ Τζεμεὴν λεγόμενον, ὅ ἐςιν συναγωγὴ τόπου. καὶ ὅπου ἐςὶν τὸ Κουράνιον σου. περιέχει φλυαρίας ϗ λόγια ἀθεμελίωτα, ὅτι Ἀβραὰμ ἔθλασεν τὰ εἴδωλα, ὁ Μωϋσῆς ἔσχισε τὴν θάλασσαν ϗ ἐπέζευσε τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ Φαραὼ ἐποντίσθη. Νῶε ἐποίησε κιβωτὸν, Ἰωνᾶν κατέπιε κῆτος. Χριςὸς νεκροὺς ἀνέςησεν. Ἰωσὴφ ἐκληρονόμησεν Αἴγυπτον.

ſlaret volumen quod nunc ubique venit ſub nomine Alcorani. Iſta vero executioni mandavit ſicut decreta fuerant. Et iſtius libri Autographum ſeu prototypus manu ipſius Othmani ſcriptus & exaratus adhuc hodie aſſervatur in Trulla Eccleſiæ Joannis Baptiſtæ præcurſoris Domini Jeſu Chriſti, in urbe Damaſci, in loco qui dicitur Tſemeen, qui eſt loci ſynagoga. Ibi aſſervatur Alcoranus tuus. Continet vero innumeras nugas, & figmenta nullo tibicine & fundamento ſuffulta. Verbi gratia quod Abrahamus patris idola confregerit, quod Moſes mare diviſerit viamque populo paraverit qua ſicco pede populus pertranſierit, Pharao vero aquis merſus fuerit. Quod Noë Arcam condiderit. Quod cete Jonam voraverit. Quod Chriſtus mortuos eccitarit. Quod Joſeph Ægyptum ut hæreditatem

Δαβὶδ ψαλτήριον πεποίηκεν. Σολομῶν τὰς λέξεις τῶν θηρίων καὶ τῶν πετηνῶν ἐγνώρισεν, καὶ ὁ Μουχαμὲτ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη, καὶ συνάντησεν τῷ Χριστῷ, καὶ συνέτυχεν αὐτῷ, καὶ εὗρεν ὁ Μουχαμὲτ, ὅταν ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, γεγραμμένον εἰς τὸν θρόνον τοῦ θεοῦ, οὐκ ἔστιν θεὸς πλὴν τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ Μουχαμὲτ Ἀπόστολος θεοῦ. καὶ λέγει ὁ θεὸς εἰς ἄλλον τόπον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου. Χαιρετίζω σε Μουχαμὲτ σὺν τῷ οἴκῳ καὶ λαῷ σου. ἀλλαχοῦ δὲ λέγει τὸ Κουράνιον σου. ἡ Μαριὰμ ἔφαγε καρπὸν φοινίκων καὶ ἐγγαστρώθη. Μουσουλμᾶνε, ἐπειδὴ τὸ Κουράνιόν σου λέγεις ἐξ οὐρανοῦ κατελθεῖν καὶ ἔστιν λόγος θεοῦ, καὶ συνάναρχος, ὡς λέγεις, πῶς οὐκ εἰσὶν ἐν αὐτῷ δη-

ditatem poſſederit. Quod David pſalterium compoſuerit. Quod Salomon animalium terreſtrium & volatilium linguas & voces optime calluerit, quod Muhammed in cœlum aſcenderit, obvius factus fuerit Chriſto quo cum varia habuerit colloquia, quod invenerit Muhammed cum in cœlos perveniſſet, hæc verba throno Dei adſcripta, non eſt Deus niſi Deus & Muhammed Apoſtolus Dei. Alicubi vero in Alcorano tuo dicit Deus, te ſaluto o Muhammed cum familia & toto populo tuo. Alibi etiam dicit Alcoranus quod Maria fructus palmarum ediderit unde gravida fuerit & uterum geſſerit. O Muſulmane quandoquidem jactas Alcoranum tuum, è cœlo deſcendiſſe, illumque eſſe verbum Dei, Deo coæternum ut aſſeris, quare in illo non continentur oracula,

λούμενα λόγια νουθετικὰ, καὶ ὁρισικὰ, καὶ θεοπρεπῆ; καθὼς καὶ τῷ Μωϋσῇ ἔλεγεν ὁ θεὸς, ὅτι ποίησον τάδε καὶ τάδε; ἀλλὰ λέγει τὸ βιβλίον σου, ὡς λέγεις, ὅτι ὁ δεῖνας ἔφαγεν τὸν καρπὸν, ὁ ἕτερος ὑπάγει κοιμηθῆναι, ὁ ἄλλος πλυνεῖ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ὁ ἄλλος εἰσῆλθεν εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ κήτους, ὁ ἄλλος συνέτριψε τὰ εἴδωλα, ἄλλος φησὶ, μὴ τρώγῃς χοιρίον, τῷ ἄλλῳ εἶπεν, βάλε τὸν δάκτυλόν σου εἰς τὴν καθέδραν σου, καὶ πλῦνε ἑαυτὸν, καὶ ἔκβαλε τὸ δάκτυλόν σου, καὶ βάλε εἰς τὸ στόμα σου, τῷ μετὰ δακτυλιδίου χρυσοῦ, καὶ γουνακατουδίου φορῶν μὴ εὔχεται, ταῦτα ὅλως ἄπρεπα λόγια εἰσί. καὶ πῶς ὁ θεὸς λόγια σφαλτὰ καὶ βέβηλα φθέγγεται. ἴδε οὖν, πανταχοῦ εὑρίσκεσθε ψεῦσται καὶ πλά-

cula, & dogmata conſolatoria, exhortatoria, decreta, leges, ſententiæ quæ Dei majeſtatem & ſapientiam redoleant. Sicut Moſi dixit Deus fac iſta, & iſta, more ſapientiſſimo omnia docens & imperans. Sed liber tuus ut ipſe non diffiteris, dicit, iſte comedit fructum, alius ivit cubitum, alius lavit veſtimenta ſua, alter deſcendit in ventrem Cetis. Alius confregit idola, alius dicit ne comedas carnem ſuillam, alteri dicitur digitum immitte in podicem tuum & lava te, deinde excute digitum tuum, & illum iterum in os immitte, Alteri dicitur ne vaces orationi cum aureo annulo, vel cum veſte felis pelle ornata. Iſta omnia prorſus ſunt indecora, & quæſo quomodo Deus vana, prophana, erronea eloqueretur. Vide ergo & animadverte, vos ubique falſos, & impoſtores de-

νοι. καὶ καταγελῶν γέλω σοι, ὅτι ἱερὸν γνωρίζετε, ὅτι ναὸν θεοῦ, ὅτι βῆμα, ὅτι θείαν χάριν ἔχετε, ὅτι εὐχὴν, ὅτι βάπτισμα, ὅτι ψαλμωδίαν, ὅτι ἄφησιν ἁμαρτιῶν, ὅτι βασιλείαν οὐρανῶν, ὅτι παράδεισον, εἰ μὴ ὅτι ἀναβαίνει εἷς ἐξ ὑμῶν εἰς τόπον ὑψηλὸν, καὶ θεὶς τὸν ἕνα δάκτυλον τῆς χειρὸς αὐτοῦ εἰς τὸ ὠτίον, καὶ τὸ ἄλλο δάκτυλον τῆς ἑτέρας χειρὸς εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ, καὶ βοᾷ οὕτως, θεὸς μέγας, καὶ θεὸς μέγας, καὶ μαρτυρεῖ, οὐκ ἔστιν θεὸς, ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ μαρτυρῶ, ὅτι ὁ Μουχαμὲτ Ἀπόστολος θεοῦ ἐστίν. Καὶ ταῦτα πρώτην πρὸς τοὺς Ἄῤῥαβας δῆλα ἦσαν πρὸ τοῦ Μουχαμὲτ, παρὲξ τούτο τὸ μόνον ὅτι ὁ Μουχαμὲτ Ἀπόστολος θεοῦ ἐστι. καὶ εἰσέρχεται ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος εἰς τὸ μασγίδιον ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ, καὶ ἵσταται, ὡς εἴρηται, καὶ εὔχε-

prehendi. Et tibi illudens aſſero vos non habere ſacra, nec Templum Dei, neque altare, neque divinam gratiam, neque Baptiſma, neque pſalmodiam, neque remiſſionem peccatorum, neque Regnum Cœlorum, neque Paradiſum apud vos quis conſequitur, ſed tantum unus ex vobis aſcendit in locum aliquem ſublimem, & digitum unum auri imponens, alterum vero podici, ad ravim uſque clamat, Deus magnus, Deus magnus, & confeſſione ſua teſtatur non eſt Deus ſicut Deus noſter, & ego profiteor quod Muhammed ſit Apoſtolus Dei. Et iſta diu nota erant apud Arabas ante quam Muhammed exoriretur, præterquam iſtud ſolum, quod Muhammed eſt Apoſtolus Dei. Poſt iſtam verò confeſſionem, ingreditur homo iſte Moſqueam, & ſtat coram populo ut dictum eſt, & orationem

ται τὴν εὐχὴν, ἣν εἶπον. τὸ δὲ μασγίδιον ὑμῶν τοιοῦτόν ἐστιν. ὅταν μέλλεις αὐτὸ θεμελιῶσαι, θεμελιοῖς σὺν αὐτῷ καὶ περὶ * τὴν καθέδρα σου χρηματῖσαι σωτήριον μέλλον, ἔχεις καὶ ὕδωρ καὶ ὕδωρ, ὡς μετὰ τὸ καθεσθῆναί σε ἐκτενῶς τὴν συνήθη σου καθέδραν, καὶ μετὰ ταῦτα εὔχου, ἔστιν δὲ τὸ μασγίδιον ἐστρωμένον, ὥσπερ κλίνη, ἵνα μὴ μιαίνεται περιπατοῦντος τοῦ ἀνθρώπου ἄνωθεν αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ σανίδων ἐστὶ στιβασία ἄνωθεν καὶ γύρωθεν τοῦ μασγιδίου, καὶ τὸ συνεγόμενον αὐτοῦ καθεδεράριον οὐ μιαίνουσιν, ὁ ἠνηρεῖ τὸ τῶν σανδαλίων σοῦ ὑποκάτω τῶν πο-

tionem jam memoratam deblaterat. Talis vero eſt apud vos moſquea. Cum illius jacienda ſunt fundamenta, ſimul etiam ædificantur balnea & lavacra ut Muſulmanni futuram ſalutem adepturi, habeant aquam ad uſum podicis, quo magna cum contentione parato & compoſito, ad preces ſe accingunt. Eſt vero moſquea tapetibus ſtrata ſicut lectus. Ne hominum ſuper ambulantium contactu contaminetur. Sed & ſupra ſunt ex aſſeribus ſtructiones, & tabulata quædam circa moſqueam; partes autem circumjacentes & ſeſſionis locum moſqueæ contiguum non inquinant & conſpurcant. Alii ſandalia ex pedibus tollunt, & à conſpectu ſuo removent. Novi etiam quod cum moſqueam ingrederis ſoles mantile tecum geſtare quod coram te explicas & extendis ut poſſis orationi

 vacare,

δῶν σου οἱ ἀπέναντι τοῦ προσώπου ἐν τῷ εἰσέρχεσθαί σε εἰς τὴν προσευχήν σου. οἶδά σε καὶ μανδήλιον βαστάζοντα, ὅπερ ἁπλώνεις ἔμπροσθέν σου, καὶ εὔχῃ, ἵνα μὴ μιανθῇ τὸ πρόσωπόν σου, ἐπειδὴ ἐστρωμένον ἐστὶ τὸ μασγίδιον σου, τίς ἡ χρεία τοῦ μανδηλίου; οὐαὶ τοῖς κακῶς φρονοῦσι, ὁ τοιαῦτα φρονῶν, πῶς τολμᾷς ἐρωτῆσαι Χριστιανοὺς πῶς πιστεύουσιν; πάντως τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας τῆς ψυχῆς σου τοῦτό ἐστιν, ἐν τῷ εἰπεῖν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ τοῦ ἐλεοῦντος, καὶ τοῦ ἐλεημένου.

Τέλος τοῦ βίου τοῦ ἀκαθάρτου Μουχαμέτ.

vacare, & tuis inclinationibus & proſtrationibus facies tua non inquinetur. Sed cum tapetibus ſit ornata & ſtrata tota Moſquea, quæ neceſſitas adhuc mantilia admovere ut conſpurcationis & ſordium contaminantium vitetur periculum. Væ vobis peſſima dogmata foventibus. Tu qui talia ſentis quomodo audes hac importuna & inverecunda petitione vexare Chriſtianos, quærendo quid & quomodo credant. Tota quippe ſumma ſalutis animæ veſtræ in id tantum reſolvitur, nimirum ut dicatur in nomine Dei miſeratoris & miſericordis.

Finis vitæ impuriſſimi Muhammedis.

CON-

ΚΑΤΑ ΜΩΑΜΕ΄Δ.

Κατὰ Σαρακηνῶν, οἳ καλοῦνται Ἰσμαηλῖται μὲν ὡς ἀπὸ τοῦ Ἰσμαὴλ καταγόμενοι. υἱὸς δὲ οὗτος ἦν τοῦ Ἀβραάμ, γεννηθεὶς ἐξ Ἄγαρ τῆς παιδίσκης Σάῤῥας. Ἀγαρηνοὶ δὲ ἀπὸ Ἄγαρ τῆς μητρὸς Ἰσμαήλ. Σαρακηνοὶ ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν πρὸς τὸν Ἄγγελον, ὅτι ἀπελαθεῖσα παρὰ τῆς κυρίας αὐτῆς ὥδευε κατὰ τὴν ἔρημον ἐπιφερομένη τὸν Ἰσμαήλ, ὅτι Σάῤῥα κυρία με ἀπήλασεν, ὡς ἐκεῖ λέγεται. Οἱ Σαρακηνοὶ μὲν μέχρι τῶν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως χρόνων εἰδωλολάτρουν προσκυνοῦντες τῷ ἑωσφόρῳ ἄστρῳ, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὴ καὶ Χαβὰρ τῇ αὐτῶν γλώττῃ ἐπωνόμαζον. δηλοῖ δὲ ἡ λέξις αὕτη τὴν μεγάλην. τότε δὲ προφήτης αὐτοῖς ἀνέστη Μωάμεθ, καὶ αὐτοὶ ἔχοντες αὐτὸν

CONTRA *MUHAMMED.*

Contra Saracenos qui dicuntur Iſmaëlitæ tanquam ab Iſmaële originem ducentes. Fuit autem filius Abrahami, quem illi peperit Agar Ancilla Sarræ. Ab hac vero Agar dicuntur Agareni. Dicti ſunt autem Saraceni, quia cum Agar domo pulſa per deſertum erraret palabunda & Iſmaëlem filium geſtaret, dixerit Angelo, Sara Domina mea me domo expulit, ut ibi legitur. Saraceni vero ad tempora uſque imperatoris Heraclii fuerunt idololatræ & Veneris phoſphorique ſyderis cultores Religioſi, quod lingua vernacula vocabant Cabar. Quod magnum ſignificat. Iſtis vero temporibus ortus eſt inter illos Muhammed Propheta, quem ut maximum, & adjutorem indefeſſum depredi-

μέγαν καὶ περιβόητον. οὗτος ἀπὸ μιᾶς τῶν ἐξ Ἰσμαὴλ φυλῶν καταγόμενος. Ἰσμαὴλ δὲ ἦν οὗτος, ὡς καὶ τοῦ Ἰσμαὴλ τυγχάνων ἀπόγονος. πρωτό-γονον δὲ εἶχε τὸν Ἤτζαρον ἐκεῖνον, ὃν ἐξ Ἰσμαὴλ ἔτεκε, καὶ εἰς φῶς βίου παρῆξεν δύο υἱοὺς, τὸν Μουώδαρον, καὶ τὸν Σκυλαραβίαν. ὁ δὲ Μουώδαρος ἀπέτεκεν τὸν Κούσαρον, καὶ τὸν Θεμίμην. ἐκ τούτων ὁ Μωαμὲδ καταχθεὶς τοιοῦτος δὲ ἦν τῇ μορφῇ. ἡμίξηρος, καὶ τὸ εἶδος γελοῖός τε καὶ βαδίσματι. καὶ κομιδῇ νέος ἀπορφανισθεὶς πένης παντάπασιν ἦν, καὶ ῥακενδυτῶν, καὶ ἀφανὴς ὢν ἐθήτευε παρὰ γυναικὸς χήρας κατὰ γένος αὐτῷ προσηκούσῃ, τὴν παιδικὴν παραμείβων τῆς ἡλικίας μισθωτὸς γίνεται τῆς γυναικὸς ταύτης, ἥτις καὶ Χαδιγὰν ἐπονομαζομένης πλου-

predicaverunt. Erat vero ipſe ex una Tribuum Iſmaëlis. Ille autem fuit Iſmaël tanquam unus ex Iſmaëlis poſteris. Primogenitum vero habuit Etſarum quem genuit ex Iſmaële. Deinde duos alios filios in vitæ & dias luminis auras emiſit, Mundarum nimirum, & Schularabiam. Mundaros autem genuit Cuzarum, & Themimanum. Ab illis ortus Muhammed qui talis erat vultu & forma. Erat ſemi ſiccus & aridus, inceſſu vero & ſpecie plane ridiculus. Adhuc vero in ipſa infantia parentibus orbatus, extrema paupertate obruebatur, & laceris pannis indutus, & plane *obſcurus*, fœminę *cuidam viduę* traditus fuit ſervus, quæ illum genere quodammodo attingebat. Cum autem pueritiæ annos eſſet prætergreſſus, factus eſt ſervus mercenarius iſtius viduæ cui Chadigæ nomen erat, fœminæ

σίας πάνυ καὶ εὐπορωτά-
της, καὶ μετὰ τῆς λοιπῆς
περιουσίας καὶ κτήνη πολ-
λὰ κεκτημένη, μεθ' ὧν καὶ
καμήλους ὅτι πλείστους. ὧν
νομεὺς ὁ Μαχούμετ κατέ-
στη. ἴσχυσεν εἰς ἔρωτα τὴν κυ-
ρίαν αὐτοῦ Χαδιγὰν ἀγαγεῖν.
ὑπέδυ ταύτην, καὶ συνεγέ-
νετο. καὶ τὸ πλέον κυρίως
φανερῶς εἰς γάμου κοινω-
νίαν ταύτην εἰς γυναῖκα
λαμβάνει. καὶ πρὸς τοῦτο
ἀποτρόπαιον ἡγεῖτο αὐτὸν Χα-
διγὰν συγκοινωνεῖν τούτῳ οὐ
μόνον διὰ τὸ μισθωτὸν εἶ-
ναι αὐτῇ τοῦτον, ἀλλ' ὅτι
καὶ ἀνείδεος ἦν καὶ ἄμορ-
φος. καὶ ἐν πολλαῖς τῶν
ἡμερῶν κατὰ γῆς κείμε-
νος, καὶ ἀφρὸν ἀποπλύων.
γενόμενος δὲ κύριος τῶν
ὑπαρχόντων αὐτῆς πολλά-
κις ἀπεδήμει κατ' ἐμπο-
ρίαν καί ποτε παραγε-
νόμενος εἰς Παλαιστίνην

fœminæ ditiſſimæ, & opibus affluentiſſimæ. Quæ cum varia alia ſuppellectili, multa jumenta alebat & Camelos quamplurimos. Horum Rector conſtitutus Muhammed, omnibus viribus tentavit Chadigam Dominam ſuam, in amorem ſui pellicere. Clam irrepit, cum illa congreditur, & tandem legitime & publice tori ſocius evaſit, & illam uxorem duxit. Poſtea mutato conſilio Chadigam puduit cum illo ſocietatem conjugalem fovere & cum illo concumbere, tum quia mercenarius fuerat, tum quia ingratiſſimæ & turpiſſimæ erat formæ. Inſuper quia ſingulis fere diebus quaſi comitiali morbo correptus, ore ſpumanti in terram cadebat & jacebat. Bonorum vero uxoris dominus factus ſæpiſſime ad mercaturam exercendam peregre proficiſcebatur. Cum in Paleſtinam aliquando

συνέτυχεν Ἑβραίοις, εἶτα Ἀρειανοῖς, ἔπειτα καὶ Νεστοριανοῖς. καὶ δόξας φιλομαθὴς εἶναι, ἀρύσατο ταχέως ἐξ Ἑβραίων μὲν τὴν Μοναρχίαν, ἐξ Ἀρειανῶν δὲ λόγον, καὶ πνεῦμα κτιστὰ, ἀπὸ δὲ Νεστοριανῶν ἀνθρωπολατρείαν. καὶ σύνθετον ἐξ αὐτῶν θρησκείαν ἑαυτῷ συνεστήσατο. νοσήσαντος δὲ πάλιν αὐτοῦ πάρεσιν μελῶν, ἡ δηλωθεῖσα τούτου γυνὴ σφόδρα ἠνιᾶτο, καὶ ἤσχαλεν οὐ μόνον ὡς δοῦλον καὶ μισθωτὸν αὐτῆς συναφθεῖσα, ἀλλὰ καὶ ὡς μέγα νόσημα ἔχοντα τὸν γημάμενον. ἦν δὲ αὐτοῖς φίλος Μοναχός τις ἐξόριστος εἰς ἐκεῖνα τὰ μέρη διὰ τὸ ἑαυτοῦ

quando perveniſſet, incidit in Hebræos, deinde in Arianos, poſtremò in Neſtorianos. Cum vero ſcientiæ Cupidus videri vellet, ex Hebræis hauſit Monarchiam ſeu unicum eſſe Deum. Ex Arianis Verbum & Spiritum Sanctum eſſe creaturas, ex Neſtorianis hominem, nimirum perſonam humanam Chriſti eſſe adorandam. Et ex iſtis omnibus complicatam Religionem ſibi conflavit & compoſuit. Illo vero iterum laborante membrorum ſolutione & paralyſi, memorata ſupra uxor vehementer angebatur, & indignabatur, ut pote quæ maritum ſibi ſociaverat non tantum ſervum, & vile mancipium & mercenarium, ſed hominem qui morbo acerbiſſimo vexaretur. Habebant vero Monachum quendam ſibi familiarem & amicum, qui propter ſua prava dogmata illuc fuerat in exilium rele-

δόγμα. οὗτος ἐξ ὑποθήκης τοῦ Μωάμεθ ἐπληροφόρησεν τὴν τούτου σύζυγον, ὡς οὐκέτι κοινὴ νόσος ἐστὶν ἡ κατέχουσα τὸν Μωάμεδ, λέγει πρὸς αὐτὴν ὁ Μοναχὸς, ἀλλ' ὁσάκις ἴδοι τὸν Ἀρχάγγελον Γαβριὴλ, μὴ φέρων αὐτοῦ τὴν φοβερὰν ἐπιφάνειαν εἰς τοῦτο καταπίπτει. καὶ γὰρ ὁ δηλωθεὶς Ἄγγελος, φησὶν, εἰς τοὺς μεγάλους ἀποστέλλεται προφήτας ἀποκαλύπτων αὐτοῖς τὰ μυστήρια τοῦ θεοῦ, καὶ γνῶσις τῶν ἐσομένων. ἀποστέλλεται δέ, φησι, καὶ πρὸς τὸν Μωαμὲδ ἄνδρα τὸν σὸν, ὡς μέγαν προφήτην. αὐτὴ δὲ πεισθεῖσα τοῖς λεγομένοις, καὶ γενομένη περιχαρὴς τὸν λόγον πεισθεῖσα ἐκήρυττε διαῤῥήδην ταῖς ἄλλαις γυναιξὶν, ὅτι μέγας ἐστὶν προφήτης ὁ Μωαμὲδ, καὶ παρὰ τῷ θεῷ ἐκλελεγμένος. καὶ τὸν τρόπον τοῦτον

relegatus. Ille deliberato cum Mahumede conſilio uxorem Muhammedis ab iſta anxietate revocare ſatagebat, conabaturque perſuadere, non vulgari & ordinario morbo cruciari Muhammedem. Sed inquiebat quotieſcunque videt Archangelum Gabrielem, impar tantæ ferendæ viſioni cadit, & quaſi pundere gloriæ obruitur; addebat etiam Monachus ille, mittitur iſte Angelus ad maximos Prophetas ipſis myſteria Dei & futurorum cognitionem revelans, pergebat vero & dicebat, mittitur idem Angelus ad conjugem tuum Muhāmedem tanquam ad magnum Prophetam. Illa vero dictis victa & obtemperans, gaudio maximo perfuſa rem totam aliis mulierculis exponebat & enarrabat, quod nimirum Muhammed eſſet maximus Propheta, & à Deo electus. Et hoc modo à

ἐκ γυναικῶν εἰς ἄνδρας ὁ λό-
γος οὗτος διαδοθεὶς ἐκρά-
τησεν, καὶ ηὐξώθη. τί γέγονεν;
τέθνηκεν ἡ γυνὴ αὐτοῦ Χαδιγὰ,
καὶ κληρονόμον εἰς ἅπαντα αὐ-
τῆς Μωάμεδ, τὸν δὲ Μαχού-
μετ τῆς περιουσίας αὐτῆς κατέ-
λιπεν, ὃς δὲ κληρονόμῃ καὶ
ταύτης ὄφις ὢν δράκων γέγο-
νεν. καὶ ἐκ τοῦ πεπλουτηκὼς
τίμιος παρὰ πᾶσιν ἐφαίνετο,
δόξα γὰρ ἀπείραντος, ἣ δὲ
πλούτῳ προσλάβῃ τὴν οἴη-
σιν μέγα τι δοκεῖ τοῖς ταπεινοῖς
καὶ τιμώμενον. καὶ συλλα-
βὼν τὰς προῤῥηθείσας κε-
νὰς αὐτοῦ διδασκαλίας ὁ
Μωάμεδ ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων
τὴν Μοναρχίαν, ἐκ δὲ τῶν Ἀρεια-
νῶν τὸ λέγειν τὸν λόγον καὶ
υἱὸν τοῦ θεοῦ κτιστὸν, ἐκ δὲ
τῶν Νεστοριανῶν τὴν ἀνθρωπο-
λατρείαν. καὶ πάντα συλλα-
βὼν ἐδίδαξεν τὸ ᾀδόμενον.
οὕτω δὴ δὲ συγκεράσας δὲ τῷ
λαῷ ἐκήρυξεν δὲ ἐκράτυνεν

fœminis ad viros fama iſtæ
tranſiit tandem obtinuit,
& vires acquiſivit eundo.
Quid factũ poſtea. Chadi-
ga uxor moritur, & omniũ
bonorũ ſuorum ex aſſe hæ-
redem conſtituit & reliquit
Muhãmedem; qui cum iſta
pinguiſſima hęreditate ſer-
pens evaſiſſet, tandem fa-
ctus eſt Draco. Et ab illo
tempore dives factus, ho-
noré apud omnes adeptus
eſt. Gloriatio quippe ſine
fine & quę apud vulgus opi-
nionem ſibi ex opibus con-
ciliat, magnũ quid & vene-
randũ videtur abjectis & ex
plebe humilioribus. Con-
gerens ergo ſupra memo-
ratas vanas opiniones, ni-
mirũ ex Judæis Monarchiã,
ex Arianis verbũ Dei & Dei
filium, eſſe creaturã, ex Ne-
ſtorianis Anthropolatriã,
ex illis omnibus unam do-
ctrinam conflavit, quã au-
ditoribus gratam & decan-
tatã docuit. Et ſic ſe turbis
& populo immiſcens, illam
prædicavit & propagavit,
ſe tan-

καὶ ὡς προφήτην μέγαν ἐκ θεοῦ αὐτὸν τιμᾶσθαι τῷ λαῷ παρηγγύσατο. γνοὺς δὲ τοὺς Ἰσμαηλίτας τῶν παθῶν εἶναι δούλους, καὶ βοσκητοὺς ἀπημάντους, ἤγουν βοσκηματώδεις, καὶ δούλους ὄντας βρωμάτων, βίβλον οἰκείας νομοθεσίας ἐξέθετο γέμουσαν πάσης ἀκαθάρτου νομοθεσίας, προσφιλῆς αὐτοῖς ἦν, καὶ οὐρανόθεν διὰ τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ κατενεχθῆναι αὐτῷ διεβεβαιώσατο, καὶ δεδογμάτικεν, ταύτην τὴν νομοθεσίαν διδάξας τῷ λαῷ. καὶ Κουρὰν ταύτην ἐκάλεσεν, τουτέστιν θείαν δηλαδὴ νομοθεσίαν, ῥητῶς διοριζομένην αὐτὴν, τὸν καθένα τῶν Ἀγαρηνῶν ὑπ' ἐξουσίαν ἔχειν τέσσαρσιν γυναιξὶν συγκοινωνεῖν, καὶ ταύταις συνομιλεῖν προφανῶς, παλλακὰς δὲ ἔχειν τὸ καθ' ἕνα, ὅπως ἂν αἱρέτω. καὶ οὕτως τοὺς Ἀγα-

ſe tanquam magnum Prophetam venditavit, & à populo ſe fere coli & adorari tandem obtinuit. Cum verò probe noviſſet, Iſmaëlitas ſuarum libidinum eſſe mera mancipia, quia paſtores erant minime verendi & exitioſi, & paſtoritiam artem tantum exercentes, & eſcarum ventriſque ſervi, librum legum ſua privatâ ſolâ authoritate munitum compoſuit, plenum omnis impuræ doctrinæ iſtis hominibus gratiſſimæ, illum cœlo ad ſe delatum per Archangelum Gabrielem aſſeruit, doctrinam illo contentam medium in vulgus diſſeminavit, quam Coranum vocavit, id eſt divinam legem. Sancit vero illa diſertis verbis quemlibet Hagarenorum poſſe ſibi quatuor uxores matrimonio copulare, & cum illis publice conſueſcere, concubinas vero tot quot illi placuerit. Hac autem ratione Haga-

ρηνοὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ τιμὴν ἤγαγεν, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἐδίδαξεν, καὶ μετανοίας καταγγείλας ποιεῖν. καὶ τὰ ἄλλα τούτων, ὅσα ἐν τῇ βίβλῳ ἐγράψατο. ἀλλὰ καί ποτε ἁπλῶς ἐκράτυνεν νομοθέτημα. Φίλον γὰρ εἶχέ τινα Ζὲζ προσηγορευμένον, γυναῖκα ἔχοντα κάλλει ὡραίαν πάνυ, καὶ ταύτης πρὸς ἔρωτα κινηθεὶς, καὶ θελήσας λαβεῖν αὐτὴν ὁμόζυγον προσεκαλέσατο τοῦτον, καὶ εἶπεν αὐτῷ, οἶδας, ὦ ἑταῖρε, ὡς προφήτης ἐγὼ τυγχάνω θεοῦ, καὶ τὸ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν τινὰ ἀπιστεῖν, οὐχ᾽ ὅσιον, ἴσθι οὖν, ὡς προσέταξεν μοι ὁ θεὸς, σὲ μὲν ἀπολύσαι τὴν ἰδίαν γυναῖκα, ἐμὲ δὲ ταύτην λαβεῖν. ἐπεὶ γοῦν προφήτην εἶχον, τοῦτον πάντες, ὡς εἴπομεν, καὶ ᾔδουντο, κατένευσε τῷ

renos in ſuum cultum perduxit, illos ſua doctrina imbuit, monens etiam ut frequentibus inclinationibus indulgerent. Et alia talia docuit quæ in illius libro ſcripta continentur. Sed&aliquando abſolutam legem aliquam fixit, quam voluit vim habere & obtinere. Habebat quippe amicum nomine Zez cui matrimonio juncta erat uxor formæ elegantiſſimæ. Illius verò amore accenſus Muhammed, voluit illam ſibi uxorem habere, & amicum ad ſe curavit accerſiri, quem talibus verbis adoritur. Noſti, amice, me eſſe Prophetam Dei, nec tuto nec ſancte dictis meis fidem & obſervantiam negari. Scias ergo id quod mihi Deus ipſe imperavit. Nimirum ut uxorem tuam dimittas, illamque mihi matrimonio jungam. Quandoquidem vero illum Prophetam eſſe exiſtimabant,& illum admodum proba-

λόγῳ αὐτοῦ ὁ Ζὲζ, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐχωρίσθη, καὶ ταύτην ὁ Μαχούμετ προσελάβετο εἰς γυναῖκα, καθὼς εἶπαν. Γυναῖκας δὲ ἔσχεν τὰς πρώτας καὶ ἰδίας αὐτοῦ δ. ἤγουν τοῦ Ζαδίζε, καὶ τοῦ Αἴσε, καὶ τοῦ Ζεϊνέπ, καὶ Ὀμζελθείμ. ἔτεκεν δὲ καὶ θυγατέρας, τὴν Φάτμαν, ἣν καὶ ἐπεγαμβρεύσεν ἐπ' αὐτὴν γαμβρὸν τοῦ Ἀλείμ. καὶ υἱοὺς δύο, τὸν Χασάνην, καὶ τοῦ Χουσαΐνην. ἦσαν δὲ καὶ οἱ ἕτεροι συμμύσται, καὶ συνέργοι, καὶ διάδοχοι αὐτοῦ. ἤγουν ὁ Πουπικέρτος, καὶ Κουβίκερ, καὶ Οὐμὰρ, καὶ Τάλχης, καὶ ὁ Πουπάκρης, ὁ Σαδοὺκ, καὶ Μαυσὲ, ὁ Σουπεὴρ, ὁ Ἀδέλαυ, ὁ Ζεΐτ, καὶ ὁ Ζίτων, καὶ Σαΐτ, καὶ Οὐθμὰν, ἤγουν ιβ΄. Ἀγγέλους δὲ τερατεύεσθαι ἐκ τῶν σεβασμάτων εἶναι, τόν τε Ἀρὼθ, καὶ τὸν Μαρὼθ, καὶ Τζάφα, καὶ τοῦ Μαρούα; προφῆται δὲ,

probabant, annuit votis & dictis Amicus Zes, & ab uxore ſeparatus eſt quam tradidit uxorem futuram Muhammedis ſicut ipſe juſſerat. Uxores vero primas & numero quatuor habuit. Videlicet Zadize, Aïſe, Zeïnep, & Omielteim. Habuit vero filiam nomine Phatmam, quam genero Alim matrimonio locavit. Habuit & duos filios Chouſanen & Chouſaïnen. Aderant vero illi & alii ſymmyſtæ & in opere ſocii, & in propaganda doctrina ſua ſucceſſores indefeſſi. Videlicet Apoupicertas, & Coubiker, & Omar, & Talches, & Opoupacres, & Saduc, & Mauſie, & Supeër, & Adelau, & Zeït, & Zeïton, & Zaït, & Othman, numero videlicet duodecim. Angelos vero portento miro, & ex rerum colendarũ numero eſſe dictitabat Aratũ ſcilicet, Maratũ, Tſaphã, & Maruã; Erant vero & Pro-

καὶ Ἀπόστολοι προσαγορευόμενοι παρ' αὐτοῦ τοῦ Μωάμεθ, εἴπουν τὸν Χοὺδ, καὶ Τζάλετ, ἢ Σάλεκ, καὶ τὸν Συαῖπ, καὶ τὸν Ἐδρὴς, καὶ τὸν Χουαλκιφὶλ, καὶ τὸν Λοημὰν, αὐτὸν μετὰ τούτων. Παρέγει μετ' αὐτοὺς καὶ ἐκ τῆς παλαιᾶς δῆθεν γραφῆς, τοῦτε Νῶε, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰωσὴφ, καὶ Ἰὼβ, καὶ Μωσέως, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Δαβιδ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Ἠλία, καὶ Ἰωνᾶ, καὶ Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς Ἰωάννου τοῦ προδρόμου, καὶ Ἱερεμίου, καὶ Δανιὴλ, καὶ Μελχισέδεκ, καὶ πάντας τοὺς ἔκπαλαι προφήτας, καὶ ἐν θεῷ πιστούς.

Ἄνωθεν ἐπιλαβόμενος δοκῶν τοιάδε λέγουσα, ὅτι ὁ θεὸς ὃν θέλει ὁδηγεῖ εἰς ἀγαθὸν, ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει. καὶ ὅτι, εἰ ὁ θεὸς ἤθελεν, οὐκ ἂν ἐπολέμουν ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι. ἀλλ' αὐτὸς ποιεῖ ὁ θεὸς ὅπερ βούλεται, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ πονηροῦ αὐτός ἐστιν αἴτιος; καὶ τύχῃ καὶ εἱμαρμένῃ ὑπο'

phetæ & Apoſtoli à Muhammede memorati, nimirum Chud, Tſale, ſeu Salec, Soaïp, Edris, Choualciphil, & Loëman ipſe cum illis. Poſt illos jungit quamplurimos alios ſcriptis Veteris Teſtamenti notiſſimos Noachum Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, Joſephum, Moſem, Jobum, Aaronē, Davidem, Salomonem, Eliam, Jonam, Zachariam patrem Joannis Baptiſtæ præcurſoris. Jeremiam, Danielem, Melchiſedecum, & omnes veteres Prophetas & Deo fideles.

Jactabat & ſententiam è cœlo ſe accepiſſe aſſerentem, quod Deus quem vult ad bonum flectit, alterius vero cor indurat & reddit immorigerum. Et quod ſi Deus vellet mutuis bellis homines ſe non invaderent, & laceſſerent. Sed quod Deus faciat quæcunque vult, ſit cauſa boni & mali, imperetque fato & for-

αὐτοῦ ἐστίν. λέγει δὲ καὶ ἑτέρας διδασκαλίας πρὸς τοὺς Ἰσμαηλίτας, ὅτι ὁ κύριος καὶ θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου ἄνευ σπορᾶς γεννηθεὶς ἐκ τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ πνεύματος. καὶ ἔτι νήπιος ὢν πετεινὰ ἐκ πηλῶν πεπλαστούργει, καὶ ἐμφυσῶν ἐποίει αὐτὰ ζῶα, καὶ τυφλοὺς ἰᾶτο, καὶ νεκροὺς ἤγειρε. καὶ ὅτι ἐκ παρακλήσεως τῶν Ἀποστόλων ἠτήσατο τὸν θεὸν, καὶ κατήνεγκεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τράπεζαν, καὶ ἐξέτρεψεν αὐτοὺς, καὶ μάλα λαόν. καὶ ὅτι οὔτε ἐσταυρώθη, οὔτε κατ' ἀλήθειαν ἀπέθανεν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ κατὰ φαντασίαν μόνην ταῦτα παρὰ τῶν Ἑβραίων ὑπέστη, τοῦτον νομίσαντες

& fortunæ. Obtrudebat & alia dogmata Iſmaëlitis, quod nimirum Dominus Deus Jeſus Chriſtus, ex virgine Maria ſine ſemine genitus fuerit per verbum & Spiritum Dei. Et quod cum infantiæ teneros annos nondum eſſet ſupergreſſus volucres ex luto formaverit, in quas cum inſufflaſſet, inceperunt moveri, ſentire, & halitu efficaciſſimo animari & vivificari. Inſuper, quod cæcos ſanaverit, mortuos eccitarit, quod ad Apoſtolorum ſuorum poſtulationem Deum rogaverit qui cœlo dimiſerit menſam variis dapibus onuſtam quibus Apoſtolos ipſos & turbas quamplurimas cibaverit & refocillaverit. Quod cruci non fuerit affixus, nec revera ut homo mortuus fuerit, ſed iſta tantum contigiſſe ſecundum apparentiam & ſpeciem, eaque ab Hebræis eſſe ſuppoſita, qui exiſtimarunt

ἐσταύρωσαν, ἀλλ' οὔτέ τις αὐτοῦ ὅλως οὐχ' ἥψατο, ἀλλὰ πρὸς ἀθείαν, καὶ ἀπιςίαν, καὶ ἀπανθρωπίαν τοῦτον ἑώρων, ὅσον κατὰ τὰς ἐφικτὰς καὶ δυσωνυμίας αὐτῶν πεπονθότων. Καὶ τοῦτο λέγων, ὅτι ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ θεοῦ εἰ ὀνόμασας ἑαυτὸν θεὸν ἐν τῷ κόσμῳ, ὁ δὲ εἶπεν, ὦ Ἰωάννη, σὺ εἶπας τὸν λόγον τοῦτον, ὅτι υἱὸς εἰμὶ τοῦ θεοῦ, καὶ θεὸς, ἠρνήσατο. λέγων, ὅτι σὺ πάντα γινώσκεις, καὶ οἶδας, ὅτι οὐκ ὀνόμασα ἑαυτὸν θεὸν, ἢ υἱόν σου, δοῦλος γάρ σου εἰμὶ, καὶ οὐχ' ὑπερηφανεύομαι τοῦτο καλεῖσθαι καὶ ὅτι ὁ θεὸς ἔλαβεν αὐτὸν

marunt in cruce illum ipſum ſuſtuliſſe & ſuſpendiſſe. Sed revera nullus illum apprehendit, ſed ad illorum impietatem, incredulitatem, inhumanitatem teſtandam, viderunt illum quantum ex eorum infauſtis viribus pendebat, revera patientem. Addit & iſtud quod cum Jeſus ad cœlos perveniſſet, Deus ab ipſo rogaverit quare cum in mundo verſabaris, vocaviſti te filium Dei? Ad quæ Jeſus, o Joannes non ego ſed tu hoc dixiſti, me nimirum eſſe Deum & filium Dei. Negavit ergo dicens o Deus omnia noſti, & optime tibi compertum eſt me nomen Dei & nomen filii tui nunquam mihi tribuiſſe, & uſurpaſſe. Sum quippe ſervus tuus, nec talis me unquam inſeſſit faſtus & ſuperbia ut tali titulo nominari me dedignarer. Nec hîc finis fabularum, addit quod Deus illum in cœlos evexerit quod

εἰς τὸν οὐρανὸν διὰ τὸ λίαν φιλεῖν αὐτόν. καὶ ὅτι ἀνέλθεν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ οὐρανῷ τότε ἐρωτήθη περὶ αὐτοῦ, τὸν Χριστὸν οὐ λέγωσιν υἱὸν θεοῦ, ἀλλ' Ἀπόστολον, καὶ προφήτην, καθότι ὁ θεός φησι, κοινωνὸν οὐκ ἔχει, καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες αὐτοῦ τὸν Χριστὸν κοινωνὸν, μέλλουσιν κολάζεσθαι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. διότι ὁ θεὸς κοινωνὸν, ἤτοι ὅμοιον οὐκ ἔχει. Ταῦτα τοῦ Μωάμεθ.

Λέγει περὶ τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, ἐν ᾗ φησὶν, ὅτι ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ χώματος, καὶ σταγόνος, καὶ ἤδελον, καὶ μασήματος. καὶ ἔτι τοῦ ἀνθρώπου πλασθέντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες Ἄγγελοι προστάξει θεοῦ προσεκύνησαν αὐτοῦ. μόνος δὲ ὁ Βε-

quod vehementi amore illum proſequeretur. Et quod cum Chriſtus in cœlum aſcendiſſet de illo quæſtio mota fuerit, quod nimirum Chriſtus non ſit filius Dei dicendus, ſed Apoſtolus & Propheta, ſicut Deus dicit quod non admittit ſocium, quicunque vero Chriſtum Dei ſocium aſſerere non verentur, in Gehenna ignis æterno ſupplicio ſint afficiendi. Deus quippe non habet ſocium nec parem. Hæc omnia Muhammed de Chriſto.

Aſſerit vero circa creationem Adami alia cum prioribus abſurditate contendentia. Dicit quippe primum hominem factum ex terra, ſtilla, luto, & quadam materia dentibus & ore contrita. Formato autem inquit primo homine, ſtatim omnes advolarunt Angeli, qui jubente Deo hominem ſalutarunt & adorarunt. Solus vero Be-

λίας οὐκ ἐπείσθη προσκυνῆσαι τὸν Ἀδὰμ, καὶ διὰ τοῦτο πέπτωκεν. Λέγει περὶ θεοῦ ὅτι αὐτὸς θεὸς ὢν ἐστιν ὁ ποιήσας τὰ πάντα, οὔτε ἐγένετο ὅμοιος αὐτοῦ τις, ἀλλ' εἷς θεὸς ὁλόσφυρος οὐκ ἐγέννησεν, οὔτ' ἐγεννήθη, ἀλλ' εἷς ἐστὶν θεὸς, καὶ πᾶς ὁ μερίζων αὐτὸν, ἢ ὅμοιον ποιῶν, σωτηρίας οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀφόρητον, καὶ αἰώνιον κόλασιν. τοιαῦται τοῦ Μωαμὲδ αἱ νομοθεσίαι, ταῦτα νενομοθέτηκεν τῷ λαῷ Ἰσμαήλ. Τὸν γὰρ τόπον τὸν ἐν τῷ Βάκχε, ἤτοι Μῆκε, ἢ Μάκεχ, οἶκον προσευχῆς διορίσατο εἶναι, καὶ τὰς ἑαυτῶν λατρείας ἐκεῖσε προσάγειν. ὅτι δὲ λίθος τῷ τοιούτῳ τόπῳ ἦν ἀνακείμενος ἐν τῷ μέσῳ παμμεγέθης, ὡς ἐπάνωθεν αὐτοῦ τοῦ λίθου λέγεται τῇ Ἄγαρ ὁμιλήσαντος ὁ Ἀβραὰμ, ἢ ὡς

liar cum Adamum adorare recuſavit lapſus eſt & ad Tartara detruſus. De Deo vero aſſerit quod Deus ſolus omnia condiderit, nec parem ſociumque admittat, & quod cum ſit totus in orbem quaſi malleo ductus, nec generet nec generetur. *Illum* eſſe plane unicum, & eos qui illum dividunt, & ſocium illi jungunt, ſalutis non futuros participes, ſed æternarum pœnarum miſerandas victimas. Hæ ſunt doctrinæ & leges Muhammedis, talia docuit & ſancivit apud Iſmaëlitas. Locum etenim apud illos, nomine Bacchæ vel Macchæ, vel Mechech orationis ædem futuram perpetuam, decreto determinavit, & omnem cultum ſuum illuc dirigere & convertere. Quia nimirum medio in iſto loco exſtat lapis maximus ſuper quem fama refert Agaram cum Abrahamo rem habuiſſe,

vel

αὐτῷ τὴν κάμηλον προσδήσαντος, ὅτι τὸν Ἰσαὰκ ἔμελλεν θύειν. προσέταξεν δὲ τὰς εὐχὰς τοὺς συνερχομένους ἐκεῖσε οὕτως ἐπιτελεῖν. τὴν μὲν μίαν αὐτῶν χεῖρα πρὸς τὸν λίθον ἐκτείνειν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ οὖς κατέχειν τὸ ἴδιον, καὶ οὕτω κυκλοτερῶς ἑαυτοὺς περιφέρειν, ἕως ἂν πέσωσιν σκολοδινιάσαντες, καὶ τὴν περιοχὴν αὐτοῦ πᾶσαν ἐπιτηρεῖν. καὶ λίθους ἑπτὰ κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπιρρίπτειν. ἵνα δὲ μὴ τὰ ῥήματα τῆς παρ' αὐτοῦ ὁρισθείσης προσευχῆς ἐπιπλεῖσθαι, ὡς εἴρηται, ὦσιν ἀνήκουστα, κἀκεῖνα γραφῇ παραδοτέον, πρὸς πλείονα διδασκαλίαν αὐτοῦ Μαχουμέτ, καὶ προσευχὴν ἔχου-

vel ipſum Abrahamum, illi camelum alligâſſe cum filium ſuum Iſaacum eſſet immolaturus. Voluit vero omnes illuc confluentes & contendentes ad orationes habendas, hoc ritu illas fundere. Juſſit primo unam manuum ad lapidem iſtum porrigere & extendere, alterâ vero ſuam propriam auriculam corripere & comprehendere, poſtea in orbem ſe ipſos circumagere, donec vertigine & quaſi cæcitate percuſſi, in terram ruant & cadant. Juſſit & omne id quod in ſuis mandatis vel oratione ſua continebatur obſervari, & ſeptem lapides contra Chriſtianos projici & excuti; ne vero verba orationis quam omnibus addiſcendam & deblaterandam tradiderat & decreverat, non facile audiri & memoriæ mandari poſſent, illa ipſa ſcripto conſignari curavit Muhammed, & ad majorem informationem oratio-

σιν οὕτως. Ἀλὰ ἀλὰ οὐακουβάρ, ἀλὰ κουβάρ. Ταῦτα λέγονται πλειστάκις. σημαίνει δὲ τὸ μὲν ἄλα, καὶ τὸ κουβάρ μεῖζον θεᾶ, τὸ δὲ οὐὰ μέγιστον. ἐδίδαξεν δὲ αὐτοὺς, ὅτι κάμηλον θήλειαν τοῦ θεοῦ ἱερὰν οὖσαν γενέσθαι μεγάλῳ μήκει τε, καὶ πλάτει. ἥτις τε ἐν εὐχὰς πρὸς οὐρανὸν ἐπετέλει ἐπαυγαζομένη μέσον δύο ὡρῶν ἑξῆς. καὶ οἱ πρώτην Ἀγαρηνοὶ ἐγαλουχοῦντο. Ταύτην, ὡς ἐλέγετο, φονευθῆναι κακῶς παρὰ τῶν τηλικαῦτα ἀνθρώπων, καὶ διὰ τοῦτο ἀμυνάσθαι αὐτοὺς ὁ θεός. τὸ καμηλόνιον αὐτῆς βοάζον, καὶ τὸν ἑωσφόρον ἐπεκαλεῖτο εἰς βοήθειαν, ὁ δὲ προσελάβετο τοῦτο εἰς τὸν οὐρανὸν, ὡς εἴρηται, παρ' αὐτοῖς, ὥς φησι, τὰ ἔκπαλαι τῷ πρωϊνῷ ἄστρῳ, ἤγουν τῷ ἑωσφόρῳ, καὶ

tionem tradidit quæ ſic habet. Ala Ala Ouakoubar, Ala Koubar. Hæc verba multoties ingeminant. Notat vero Ala & koubar, Deum magnum, va autem notat maximum. Inter ea vero quæ docuit & iſtud memorabatur, quod aliquando Camelus fœmina extiterit Deo devota & ſacra, magnitudinis & latitudinis prorſus ingentis, quæ preces ad cœlum fundebat, ipſa ſpatio circiter duarum horarum, efflorеſcente luce ſplendens & coruſcans. Illam vero Hagareni primum lacte alere ſolebant, ſed contigit ut à quibuſdam illîc commorantibus interficeretur, unde à *Deo rejecti & reprobati* fuerunt. Illius vero parvulus Camelus boatu & clamore cœlos laceſſens opem Phoſphori imploravit, à quo ut dicitur in cœlum raptus fuerit. Nam dictum eſt illos colere Phoſphorum ſeu

τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν κατὰ τῶν Ἀῤῥάβων γλῶσσαν ὀνομάζουσι, τοῦτ' ἔστιν μεγάλη. Ὀνειδίζων τοὺς Χριστιανοὺς ἀρνητὰς ὀνομάζει, καὶ ἑταιριστὰς, καὶ διεγείρει τοὺς Σαρακηνοὺς εἰς τὴν ὁδὸν ταύτην, καὶ τὴν σφαγὴν ὁδὸν θεοῦ ὀνομάζει, τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν πόλεμον, καὶ τοὺς ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ ἀποθνήσκοντας Ἀγαρηνοὺς υἱοὺς θεοῦ, καὶ ἀξίους τοῦ παραδείσου καλῶν, καὶ πιστοὺς ἐν θεῷ. Ἐδίδαξεν αὐτοὺς ὁ Μωάμεδ, ἐν οἷς καὶ τοῦτο, ἐὰν μὴ εὑρίσκουσιν ἐξ ἑτοίμου ὕδωρ, λαμβάνωσιν χοῦν ἀντὶ ὕδωρ, χοῦν λεπτόν. καὶ μετ' αὐτοῦ τρίβωσιν τὰς ὄψεις, καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἀντὶ ὕδωρ. Προστίθησιν δὲ καὶ τοῦτο ὁ Μαχούμεδ, ὃς αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ παραδείσου τὰς κλεῖς κατέχων.

ſeu Aſtrum matutinum ſeu Venerem, quam lingua Arabica vocant væ, id eſt magna. Muhammed vero Chriſtianos contemnens & flocci faciens, vocat abnegatores & aſſociatores, & in iſtam doctrinam, & viam perduxit Saracenos, & vocavit doctrinam & viam Dei, lanienas Chriſtianorum, & bella quibus Chriſtianos ſolent vaſtare & laceſſere. Hagarenos vero in iſtis bellis occumbentes, filios Dei eſſe aſſeruit, & fideles, & dignos qui omnibus Paradiſi voluptatibus cumulentur. Inter alia hoc & docuit Muhammed, quod ſi non ſit ad manum parata aqua, uſurpari poſſit terra, ſed terra tenuis & ſubtiliſſima quâ loco aquæ oculi, vultus, manus terantur & defricentur. Hoc & addidit Muhammed ſe nimirum eſſe Paradiſi quaſi oſtiarium, & illius clavium uſum à ſuo pendere arbitrio.

τοιοῦτος δὲ, λέγει, ἐστὶν ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ λέγει τέσσαρας εἶναι ποταμοὺς ἐξ ὕδατος ἀθολώτου, καὶ γάλακτος μὴ ἀλλάσσοντος τὸν νόστον αὐτοῦ, καὶ οἴνου ἡδέος, καὶ μέλιτος ὑλιστοῦ. καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν, ἣν περ ὁ θεὸς ὁρίζει εἰς πεντήκοντα χιλιάδας ἐτῶν διάγειν ἐν αὐτῷ τοὺς Σαρακηνοὺς μετὰ τῶν ἰδίων γυναικῶν ὅσας εἶχεν ἕκαστος ἔτι ζῶν, καὶ ὑπὸ σκιάν τινων δένδρων τοῦ παραδείσου, ἃ καλεῖται Σίδρη καὶ Τάλεχ, ὀπώραν ἐσθίοντες, καὶ ὀρνέων, πίνοντες ἀπὸ Καφουρὰ πηγῆς, καὶ ἀπὸ Ζογγίβερ πηγῆς ὀνομασμένης Σαλσάβιλα. καὶ οἶνον προσφερομένους, ὃν τὸ κέρασμα ἐκ πηγῆς Θεσνείμ. ὧν αἱ ἡλικίαι ου-

trio. Talis vero ſecundum illum eſt Paradiſus, in illo ſunt quatuor flumina aquæ limpidiſſimæ, lactis dulciſſimi, vini ſuaviſſimi, & mellis defæcatiſſimi & mirabili colatura, ab omni materia craſſiori purgatiſſimi. Futura quadam die quam Deus fixit & determinavit, ad quinquaginta annorum myriadas omnes Saracenos illuc eſſe tranſportandos, & ibi vitam amœniſſimam tranſacturos, cum propriis uxoribus eodem numero quot viventes in hac terra uxores aluerunt. Ibi ſub umbra & tegmine arborum quarundam quæ dicuntur Sidre & Talech, ſuaviſſimos fructus comeſturos, avibus cantu ſuo ſuaviſſimo eorum aures mulcentibus. Ora proluturos vino ex fonte Caphura, & à fonte Zonziber qui dicitur Salſabila. Et vinum propinaturos ex fonte qui dicitur Theſnim. Illorum vero

ρανομήκεις ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν τεσσαράκοντα πήχεις, συνουσιαζόντων ἀκορέστως φησὶν, ὅτι ὁ θεὸς οὐκ αἰσχύνεται τοῦτο; εἰσάξει δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ ἑβδομήκοντα χιλιάδας δικαίων, τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς κριθήσεσθαι παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ πιττακίων εἰς τοὺς τραχήλους αὐτῶν περιτεθειμένων, οὕτως εἰσελεύσεσθαι καὶ τούτους εἰς τὸν παράδεισον φησὶν, ὀνομαζομένους ἀπελευθέρους τοῦ Μωάμεδ. καὶ ἵνα μὴ ὁ παράδεισος ἔμπλεως φέρον τι, τοὺς Σαμαρείτας ἐφιστᾷ τούτων, κἀκεῖσε δουλεύειν ἀκαταπαύστῳ λατρείᾳ. καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως ὁ μὲν Μωϋσῆς μέλλει κολάζεσθαι ὡς παραβάτης νόμου. καὶ εἰς πῦρ βληθήσεται πᾶς ὁ λαὸς τῶν Ἰσραηλιτῶν ὡς πολλὰ δοξάσας αὐτοὺς ὁ θεὸς,

vero ſtaturam futuram celſiſſimam, maſculorum quidem, fœminarum vero quadraginta cubitorum. Inſatiabili vero libidine inter ſe coïturos, quia iſtorum congreſſuum Deum ipſum non pudet nec illi ſunt faſtidio. Introducendas vero in Paradiſum aſſerit Muhammed ſeptuaginra myriadas juſtorum. Peccatores vero quoſdam à Deo judicandos, qui pittaciis quibuſdam ex collo pendentibus ſint diſtinguendi, & in Paradiſum introducendi, & liberti Muhammedis nominandi. Et ne Paradiſus ſordibus impleatur, Samaritas aſſerit ibi ſiſtendos, qui illis ſerviant & indeſinenti labore purgandis ſordibus occupentur. Die autem judicii extremi contendit Muhammed, Moſem pœnis obnoxium futurum ut tranſgreſſorem legis, Iſraëlitas, vero in ignem detrudendos, quod Deus illos multa

κἀκεῖνοι μὴ πεισθέντες, παραβάντες τὸν νόμον μέλλουσι κολασθῆναι αἰωνίως, καὶ εἰς πῦρ ἐμβληθῆναι πᾶς ὁ λαὸς Ἰσραήλ. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ καὶ αὐτοὶ κολάσει παραδοθήσονται, ὡς καλέσαντες τὸν Χριστὸν θεὸν σεσαρκωμένον, αὐτὸν δὲ ἀπεφήνατο σωτηρίας ἀξιωθῆναι, καὶ οἱ Ἀγαρηνοί. Τοιαῦτα τοῦ Μαχούμετ τὰ διδάγματα, τοιαῦτα αὐτοῦ τὰ σοφίσματα. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, πᾶς ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν συνήχθη ἑσμὸς, καὶ βαρβαρικὸν θρῆνον ἅπαντες πεποιήκασιν, οὕτω τοῦτον λάρνακι μαρμαρίνῳ ποιήσαντες ἐπέθηκαν. ὁ οὖν νόμος τῶν Ἰσμαηλιτῶν ὁ ὀνομαζόμενος Κορρὰν, ὁ καὶ παρὰ τοῦ Μαχούμετ δοθεὶς οὐκ ἐτέθη παρ' αὐτοῦ καὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑτέρων τινῶν, τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ

los multa docuerit, quibus cum fuerint increduli & immorigeri, æternis ſuppliciis & igne inextinguibili cruciari debeant omnes Iſraëlitæ. Chriſtianos autem graviſſima etiam pœna affligendos, quod Chriſtum vocaverint Deum incarnatum. Ipſum vero Chriſtum ſalutem conſequutum aſſerit, quod & cenſent ipſi Hagareni. Talia fuerunt dogmata, impoſturæ & ſophiſmata Muhammedis, qui cum tandem fato ceſſiſſet, & mortuus eſſet, omnibus Agarenis tanquam agminibus factis concurrentibus & confluentibus, barbaro luctu & funere illum ſunt proſequuti, illumque ſepulchro & arcæ marmoreæ condidere. Lex ergo Iſmaëlitarum quæ vocatur Coranus, & quæ à Muhammede tradita dicitur, non ab illo ſolo fuit expoſita & enarrata, ſed à quibuſdam aliis, nimirum ab

Ali

Α'λῆ, καὶ ἄλλων ἑπτὰ, τοῦ Ναφὲ, 'Εὸν, Ο'μὰρ, Ε'λρεσὰρ, Α'σὴρ, υἱοῦ τοῦ Χετὴρ, καὶ υἱοῦ τοῦ Α'μέρ. λαβόντων τοίνυν τῶν μὲν τοῦτον, τῶν δὲ ἐκεῖνον, καὶ βουλομένων ἑκάστων στῆσαι τὸν ἴδιον, μετὰ θάνατον τοῦ τε Α'λῆ, καὶ τοῦ Μωάμεθ, στάσεις, καὶ φιλονεικίαι, καὶ πόλεμοι, καὶ χύσεις αἱμάτων μέσον τῶν διαδόχων αὐτῶν ἐμεσολάβησαν. ἀλλὰ τὴν σήμερον οἱ μὲν πρὸς ἀλλήλους πόλεμοι ἔπαυσαν, ἡ δὲ διάστασις, καὶ διαίρεσις ἐπεκράτησε, καὶ δέχονται οἱ μὲν τόν δε, οἱ δὲ τόν δε.

Εἰς τὸ ἑξακοσιοστὸν κϛ´ ἔτος ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου σαρκώσεως ἐφάνη ὁ Μωάμεθ πεντεκαιδεκάτῳ βασιλεύοντος Ἡρακλείου, ἐπὶ τοῦ Χοσρόου, ὅτε ἡττήθη ὑπὸ Ἡρακλείου. προσεκολλήθη δὲ τῷ Μαχουμέτ τις

Ali Muhammedis genero & à ſeptem aliis, nempe à Naphe, ab Eon, ab Omar, ab Elreſar, ab Aſer, à filio Cheter, & à filio Amer. Alii vero huic, alii vero alteri adhærere volentibus, & poſt mortem Ali & Muhammedis, ſingulis ſuum proprium Doctorem promovere contendentibus, ſeditiones, invidiæ, rixæ, bella cruentiſſima exorta ſunt inter ſucceſſores. Hoc quidem tempore bella ceſſarunt, ſed ſemper graſſantur diviſiones & diſſidia, & alii hunc, alii alterum pertinaciter ſequuntur.

Anno ſexcenteſimo vigeſimo ſexto incarnationis ortus eſt Muhammed, decimo quinto anno imperatoris Heraclii. Sub Choſroë, cum hîc ab Heraclio bello victus & ſuperatus fuit. Socium autem ſe Muhammedi junxit Monachus quidam

Ἰακωβίτης ὀνόματι Βαιρὰ, ἐπεὶ αὐτὸς ἰδιώτης ἦν, καὶ ἀγράμματος· ὕστερον δὲ ἀπέκτεινεν αὐτὸν ὁ Μαχούμετ τὸν Ἰακωβίτην. ἀλλὰ καὶ Ἰουδαῖοί τινες, Φινεὲς, καὶ Αὐδιὰ ὀνόματι Σαλὼν, μετὰ ταῦτα δὲ Αὐδαλλὰ εἰρημένος, καὶ Σελὲμ, οἳ καὶ γεγόνασι Σαῤῥακηνοί. καί τινες Νεστοριανοὶ μάλιστα κοινωνοῦσι Σαῤῥακηνοῖς λέγοντες μὴ Θεὸν γεγενῆσθαι ἐκ τῆς Μαρίας παρθένου, ἀλλ' αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ τότε συνέθηκεν ὁ Μωάμεθ τινὰ νόμου τρόπῳ διὰ τῶν ἑτέρων λαμβάνων τινὰ, μὲν ἐκ τῆς παλαιᾶς, τινὰ δὲ ἐκ τῆς καινῆς διαθήκης. οὐ μὴν τότε ὁ λαὸς εἶχεν Ἀλκοράνου,

Jacobita, cui Bairæ nomen erat, quia ille idiota erat & literarum plane rudis. Cum vero diu inter ſe mutuis officiis amicitiam coluiſſent, tandem illum interemit Muhammedes. Sed & Judæi quidem ut Phineës & Audia qui vocabatur Salon, ſocias manus Muhammedi tradiderunt. Poſt illos autem, Abdalla & Salem gente Saraceni illius partes ſequuti ſunt. Et quidem etiam Neſtoriani qui revera cum Saracenis gemina ſentiunt, aſſerentes Deum non natum ex virgine Maria ſed tantum Jeſum Chriſtum. Et tunc compoſuit Muhammed aliquam legis formam & rationem, quædam ex aliis decerpens & in unum colligens. Nam revera quædam congeſſit ex Veteri Teſtamento, quædam autem ex novo. Tunc vero populus nondum habebat Alcoranum ſed illum

ὁ δὲ Α'λῆς ἦν υἱὸς τοῦ Α'βιπλέμ.

illum poſtea habuit ab Ali qui fuit filius Abitelem.

Μῆνες τῆς Σελήνης.

Nomina Menſium Lunæ.

Παρὰ τοῖς

ἈΓΑΡΗ'ΝΟΙΣ.

Apud

HAGARENOS.

Μάϊος ἀρχή.

Maïus Principium Anni.

Σαβάλα, Σιλκαντὲ, Ζιλχίτζε, Μουχερὲμ, Σεφὲρ, Ῥεμβιουλέβελ, Ῥεμβιουλαχὶλ, Τζουμάζι Ε'λεβελ, Τζουμάζι Ε'λαχὶρ, Ῥετζὲπ, Σαμπᾶν, Ῥάμαζαν.

Sabala, Silcante, Silchitſe, Mucherem, Sepher, Rembioulebel, Rembioulachil, Tſoumazi Elebel, Tſoumazi Elachil, Retſep, Sampan, Ramazan.

ΤΕ'ΛΟΣ.

FINIS.

Μῆνες Ῥωμαίων ἀρχόμενοι ἀπὸ Ἰαννουαρίου.	Μῆνες Ἑβραίων ἀρχόμενοι ἀπὸ Ἰαννουαρίου.	Μῆνες Αἰγυπτίων ἀρχόμενοι ἀπὸ Ἰαννουαρίου.
Ἰαννουάριος.	Σαβάθ.	Τυβί.
Φεβρουάριος.	Ἀδάρ.	Μεχίρ.
Μάρτιος.	Νισάν.	Φαμενώθ.
Ἀπρίλλιος.	Ἰάρ.	Φαρμουθί.
Μάϊος.	Ψεθουάν.	Παχών.
Ἰούνιος.	Θαμνί.	Παυνί.
Ἰούλιος.	Ἀβ.	Ἐπιφί.
Αὔγουστος.	Ἐλούλ.	Μεσωρί.
Σεπτέβριος.	Θεσρί.	Θωύθ.
Ὀκτώβριος.	Μορσουάν.	Φαωφί.
Νοέβριος.	Χασελεῦ.	Ἀθυρί.
Δεκέβριος.	Τιβήθ.	Χοιάκ.

Menſes

Menſes Romanorum incipientes à Januario.	*Menſes Hebræorum incipientes à Januario.*	*Menſes Ægyptiorum incipientes à Januario.*
Januarius.	Sabat.	Tubi.
Februarius.	Adar.	Mechir.
Martius.	Niſan.	Phamenoth.
Aprilis.	Jar.	Pharmuthi.
Majus.	Pſetouam.	Pachon.
Junius.	Thamni.	Pauni.
Julius.	Ab.	Epiphi.
Auguſtus.	Elul.	Meſori.
September.	Theſri.	Thouth.
October.	Morſouan.	Phaothi.
November.	Chaſeleu.	Athuri.
December.	Thibet.	Choïac.

Μῆνες Ἑλλήνων ἀρχόμενοι ἀπὸ Ἰανουαρίου.	Μῆνες Ἀθηναίων ἀρχόμενοι ἀπὸ Ἰανουαρίου.	Μῆνες Μακεδόνων ἀρχόμενοι ἀπὸ Ἰανουαρίου.
Αὐτναῖος.	Ἑκατομβαιών.	Ὑδροχόος.
Περίτιος.	Μεταγειτνιών.	Ἰχθῦς.
Δύστρος.	Βοηδρομιών.	Κριός.
Ξανθικός.	Ποιανεψιών.	Ταῦρος.
Ἀρτεμίσιος.	Μαιμακτηριών.	Δίδυμος.
Δαίσιος.	Ποσιδαιών.	Καρκῖνος.
Πάνεμος.	Γαμηλιών.	Λέων.
Λῷος.	Ἀνθεστηριών.	Παρθένος.
Γορπιαῖος.	Ἐλαφηβολιών.	Ζυγός.
Ὑπερβερεταῖος.	Νουνεχιών.	Σκορπίος.
Δῖος.	Θαργηλιών.	Τοξότης.
Ἀπελλαῖος.	Σκιροφοριών.	Αἰγόκερως.

Menſes

Menſes Græcorum incipientes à Januario.	*Menſes Athenienſium incipientes à Januario.*	*Menſes Macedonum incipientes à Januario.*
Autnæus.	Hecatombæon.	Aquarius.
Peritius.	Metagitnion.	Piſces.
Duſtrus.	Boëdromion.	Aries.
Xanthicus.	Pœanepſion.	Taurus.
Artæmiſius.	Maimactærion.	Gemini.
Dæſius.	Poſidæon.	Cancer.
Panemus.	Gamelion.	Leo.
Lenus.	Antheſterion.	Virgo.
Gorpiæus.	Elaphebolion.	Libra.
Hyperberetæus.	Nounechion.	Scorpion.
Dius.	Thargelion.	Arcitenens.
Apillæus.	Scirophorion.	Capricornus.

Digitized by Google

Μῆνες Βιθύνων.	Μῆνες Θηβαίων.	Μῆνες Μένωτος.
Ἀφροδίσιος.	Βουκάτιος.	Καρκινών.
Δημήτριος.	Ἑρμαῖος.	Λεοντών.
Ἡραῖος.	X X X.	Παρθενών.
Ἑρμεῖος.	X X X.	Ζυγών.
Μητρῷος.	X X X.	Σκορπιών.
Διονύσιος.	X X X.	Τοξών.
Ἡράκλειος.	Ἱπποδρόμιος.	Αἰγών.
Δῖος.	Πάνεμος.	Ὑδρών.
Βενδιαῖος.	X X.	Ἰχθυών.
Στρατεῖος.	Δαμάτριος.	Κριών.
Ἄρειος.	Ἀλαλκομένως.	Ταυρών.
Περιέπιος.	Ἀλωαιών.	Διδυμών.

Menſes

Menſes Bithyno-rum.	*Menſes Thebano-rum.*	*Menſes Meto-nis.*
Aphrodiſius.	Bocatius.	Cancer.
Demetrius.	Hermæus.	Leo.
Heræus.	X X X.	Virgo.
Hermæus.	X X X.	Libra.
Metrous.	X X X.	Scorpion.
Dionyſius.	X X X.	Arcus.
Heraclius.	Hippodromius.	Caper.
Dius.	Panemus.	Aquarius.
Bendiæus.	X X X.	Piſcis.
Stratejus.	Damatrius.	Aries.
Arejus.	Alalcomenius.	Taurus.
Penipejus.	Lenæon.	Gemini.

Menſes Chaldaeorum.	*Menſes Judaeorum.*	*Menſes Samaritanorum.*
תשרי	תשרי.	אילול.
מרחשון.	מרחשון.	תשרי.
כסלו.	כסלו	מרכסבאן.
טבת	טבת.	גבלים.
שבט	שבט.	טבט.
אדר.	אדר.	שבט.
ניסן.	ניסן	אדר.
סיון.	סיון.	ניסן
יאר	יאר	אר.
תמוז	תמוז	סבן
אב.	אב.	תמז
אלול	אילול.	אב.
אלול תנינא.		אדר אחר

Menſes

Menſes Samaritanorum.	*Menſes Judæorum.*	*Menſes Chaldæorum.*
Ilul.	Tiſri.	Tiſri.
Tiſri.	Marcheſvan.	Marcheſvan.
Marceſvan.	Cesleu.	Cesleu.
Caslim.	Thebet.	Thebet.
Thebith.	Schabat.	Schabat.
Schebat.	Adar.	Adar.
Adar.	Niſan.	Niſan.
Niſan.	Sivan.	Sivan.
Jïar.	Jahar.	Jahar.
Sebin.	Tamus.	Tamus.
Tamus.	Ab.	Ab.
Ab.	Elul.	Elul.
Adar alter.		Elul ſecundus.

Menſes Ægyptiorum.	*Menſes Arabum Hagarenorum.*	*Menſes Syrorum.*
توت.	ربيع للاول.	ܬܫܪܝܢ ܐ.
بابه.	ربيع الاخر.	ܬܫܪܝܢ ܒ.
هتور.	جمادي الاول.	ܟܢܘܢ ܐ.
كيهك.	جمادي للاخر.	ܟܢܘܢ ܒ.
طوبه.	رجب.	ܫܒܛ.
امشير.	شعبان.	ܐܕܪ.
برمهات.	رمضان.	ܢܝܣܢ.
برموده.	شوال.	ܐܝܪ.
بشنش.	ذوالقعدة.	ܚܙܝܪܢ.
بونه.	ذوالحجة.	ܬܡܘܙ.
ابيب.	محرم.	ܐܒ.
مسري.	صفر.	ܐܝܠܘܠ.
النسي.		

Menſes

Menſes Syrorum.	*Menſes Arabum Muhammedanorum.*	*Menſes Coptorum.*
Tiſri primus.	Rabia primus.	Tot.
Tiſri ſecundus.	Rabia ſecundus.	Babah.
Canon primus.	Giamadia primus.	Hatour.
Canon ſecundus.	Giamadia ſecundus.	Coiach.
Aſchbath.	Ragiaba.	Thoubi.
Adar.	Schaaban.	Amſchiri.
Niſan.	Ramadan.	Barmahat.
Achar.	Schawala,	Barmoudah.
Chaziran.	Dulcaadeth.	Beſchneſch.
Tamus.	Dulchagiath.	Bounet.
Ab.	Mucharrem.	Abii.
Elul.	Saphara.	Meſori.
		Alniſi.

Menſes Perſarum ſeu Iezdegirdis.	*Menſes Armeniorum.*	*Menſes Abiſsinorum ſeu Æthiopum.*
فروردين ماه.	ساهمي.	מסכרם
ادر بهشت ماه.	تري.	טקמת
خرداد ماه.	كفوتبش.	חדר.
تير ماه.	ارتش.	תחשש
مرداد ماه.	ماهيك.	טר.
شهرير ماه.	امريك.	יכתית
مهر ماه.	اهلي.	מגבית.
ابان ماه.	ماريري.	מז:
اذار ماه.	ماركاتش.	גנבות
دي ماه.	هرولنسبس.	סני:
بهمن ماه.	ناواسارد.	חמל:
اسفندر ماه	هوري.	נחסי:
الواحق.	مسترقة.	פגומן

Menſes

Menſes Abyßinorum.	*Menſes Armeniorum.*	*Menſes Perſarum ſeu Iſdegerdis.*
Maſcaram.	Sahami.	Pherurdin mah.
Tacmat.	Teri.	Adarbahaſch mah.
Hadar.	Cagoutiſch.	Chardad mah.
Tachſchas.	Artiſch.	Tir mah.
Tir.	Mahiac.	Mardoad mah.
Jacatith.	Ariac.	Schaharir mah.
Magabith.	Ahali.	Meher mah.
Mazia.	Mariri.	Aban mah.
Ginbot.	Marcataſch.	Adar mah.
Sene.	Herultaſis.	Di mah.
Hamle.	Nouſari.	Beheman mah.
Nahaſe.	Houri.	Aſchphander mah.
Pagomen.	Maſtarec.	Alwachak.

Menſes

Menſes Perſarum ſecundum Iſaacum Monachum.	*Menſes Cathaiorum & Iguraeorum.*	*Nomina Menſium cæleſtium Annorum Cycli duodeni, & Duodecim horarum diei apud Cathaios.*
Φαρουαρτῆς.	ارام.	تزه.
Ἀρλιπέες.	ايكندي.	جو.
Χορτάτ.	اورحونج.	يم.
Τυρμά.	تورتنج.	ماو.
Μερτάτ.	بيشنج.	جن.
Σαχριουρ.	التنج.	سز.
Μεχερμά.	يتنج.	وو.
Ἀπενμά.	سكيز ينج.	وي.
Ἄδερμα.	طوقسنج.	شن.
Δῆμα.	اونونج.	يوو.
Πελμάν.	بير ينكرمنج.	سو.
Ἀσφενδάρημα.	جقشا بات.	خاي.
Μασταρχὰ ὃν φασι οἱ Ἕλληνες Ἐπαγόμενον.		

Nomine

Nomina Menſium Cœleſtium, Annorum Cycli duodeni, & Horarum Diei; apud Cathaios.	*Menſes Cathaiorum & Iguræorum.*	*Menſes Perſarum ſecundum Iſaacum Monachum.*
Zeh.	Aram.	Pharuartes.
Juu.	Aicandi.	Artipeës.
Yem.	Aucong.	Chortat.
Mau.	Turtang.	Turma.
Jin.	Biſchnang.	Mertat.
Siz.	Alnatag.	Sachriur.
Vou.	Jatang.	Mecherma.
Vi.	Saciziang.	Apenma.
Schin.	Thukſang.	Aderma.
Jou.	Aunung.	Dema.
Su.	Birnacaſmang.	Pelman.
Chai.	Jacſchaban.	Aſphandaremat.
		Maſiarcha quem Græci vocant Epagomenon.

Digitized by Google

Menſes cæleſtes apud Muhammedanos.	*Menſes Veterum Arabum.*	*Menſes Curdiſtanorum.*
حمل.	موتمر.	تشرين الاول.
ثور.	ناجر.	تشرين الثاني.
جوزي.	خوان.	كانون الاول.
سرطان.	صوان.	كانون الثاني.
اسد.	رنما.	شباط.
سنبل.	ايدة.	ادار.
ميزان.	اصم.	نيسان.
عقرب.	عادل.	خولان.
قوس.	ناطل.	حزيران.
جدي.	واعل.	تموز.
دلو.	ورنة.	دابغا.
حوت.	برك.	ايلون.

Menſes

Menſes Curdiſtanorum.	*Menſes Veterum Arabum.*	*Menſes Cœleſtes apud Muhammedanos.*
Tiſchrin primus.	Mutemer.	Hamal Aries.
Tiſchrin ſecundus.	Nager.	Thaur Taurus.
Canon primus.	Chuan.	Guzi Gemini.
Canon ſecundus.	Suan.	Sartan Cancer.
Schabat.	Ratama.	Eſid Leo.
Azar.	Aidet.	Sunbal Spica.
Niſan.	Aſam.	Muſan Libra.
Goulan.	Adal.	Ekrab Scorpio.
Haſiran.	Nathal.	Quus Arcitenens.
Tamus.	Waäl.	Gedi Caper.
Dabak.	Warnat.	Delew Amphora.
Ilun.	Barac.	Hauth Piſces.

Digitized by Google

Menſes Priſcorum Danorum.		*Menſes Veterum Saxonum.*
Fiſchmaanet.	September.	Halegmonath.
Seemaanet.	October.	Wintyrfullith.
Slactmaanet.	November.	Blothmonath.
Chriſtmaanet.	December.	Giuli prior.
Glugmaanet.	Januarius.	Giuli poſterior.
Blüdemaanet.	Februarius.	Solmonath.
Aoǔrmaanet.	Martius.	Rethmonath.
Fáaramaanet.	Aprilis.	Choſturmonath.
Maimaanet.	Mayus.	Trimilchi.
Hoemáanet.	Junius.	Lida prior.
Ornumaanet.	Julius.	Lida poſterior.
Embolimus.	o o o.	Lida Embolimus.
Hooſtmaanet.	Auguſtus.	Weidenmonath.

Menſes

Menſes Peruanorum.		*Menſes Mexicanorum.*
Rayme.	December.	Tlácaxipevalitzli.
Camay.	Januarius.	Tozcutzli. Huueitozcutzli.
. . . .	Februarius.	Toxcalt vel Tepupochuilitzli.
. . . .	Martius.	Ecalcoalitzli.
. . . .	Aprilis.	Tecuilhuicintli. Hucitecuilhuitl.
Hatuncuſqui Aymoray.	Mayus.	Miccaidhuicintli. Veymiccailhuitl.
Auca yeusqui intirnymi.	Junius.	Uchpanitzli vel Tevanatilitzli. Pachtli vel Hecoltli.
Chahua Huarqui.	Julius.	Hueipachtli vel Páchtli.
Κίρκη τις ἦν ἐν Ἰταλίᾳ τῷ τε γένει περιφανὴς καὶ τῷ κάλλει διαπρεπής. ἥτις καὶ τοῦ Ὀδυσσέως πλανωμένου ἐν Ἰταλίᾳ σὺν τῷ Διομήδει, ἐρωτεῖσα καὶ συγγενομένη τούτῳ, ἔτεκεν ἐξ αὐτοῦ τὸν Αὔσονα, τὸν καὶ τῆς χώρης πάσης ἐν ὑστέρῳ κρατήσαντα. ἐξ οὗ καὶ Αὐσονία ἡ Ἑσπέρειος ἐκλήθη. Αὐτὴ γοῦν ἡ Κίρκη διὰ κάλλους ὑπερβολὴν τοῦ Ἡλίου θυγάτηρ εἶναι ἐκομπάζε. καὶ εἰς τιμὴν τοῦ οἰκείου δῆθεν πατρὸς ἱππικὸν ἀγῶνα πρώτη ἐν Ἰταλίᾳ ἐτέλεσεν, ὃς καὶ ἐξ αὐτῆς ὠνομάσθη Κίρκος. Ἐν δὲ Ἑλλάδι πρώτερον Ἐνυάλιος υἱὸς Ποσειδῶνος ἐν

Spatium vero cujuſque equorũ mutationis ad mandata Regia vel publica deferenda, apud nos æſtimatur ſex milliariũ ſive ſtadiorum quadraginta quinque.

De Hippodromia ſive de Ludis Circenſibus.

Circe quondam in Italia vixit, genere juxta ac forma præſtans & conſpicua. Contigit vero ut Ulyſſes & Diomedes erroribus variis jactati Italiam appellerent. Circe hujus amore capta, cum illo conſueſcit, & pignus amoris ſuſcipit filium Auſonem, qui tandem rerum potitus, toti Regioni imperavit, & ab illo Heſperia, Auſonia dicta eſt. Circe verò iſta propter formæ venuſtatem & elegantiam, filia Solis ubique jactabatur. Et in honorem patris equeſtrem ludum prima inſtituit in Italia, qui ab illa Circenſis eſt denominatus. Enyalius vero filius Neptuni qui

vivebat

ἡμέραις Μωσέως Αἰπώλῳ ἐχρήσατο. Οἰνόμαος δὲ ὕστερον Τεραπώλῳ. οὗτος δὲ ἦν βασιλεὺς Πισαίων. ἦγε δὲ τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα μηνὶ Μαρτίῳ ΚΔ΄. ὑψουμένου τοῦ Ἡλίου; καὶ αὐτὸς ἐφόρει χλοανὸν ἤγουν πράσινον ὑπὲρ τῆς γῆς, ὁ δὲ ἀνταγωνιζόμενος βενετὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης. Καὶ οἱ μεσόγειοι ἔχαιρον τῷ πρασίνῳ. οἱ δὲ παράλιοι τῷ βενέτῳ. ἔπαθλον δὲ τῆς ἀγωνίας ταύτης προέθηκεν Οἰνόμαος τῷ νικήσαντι αὐτὸν, τὴν ἰδίαν θυγατέρα Ἱπποδάμειαν, τὸν δὲ ἡττηθέντα φονεύεσθαι αὐτίκα. μέλλοντα οὖν τὴν Πέλοπα τῷ Οἰνο-

vivebat temporibus Moſis, Aipolo ſive dipolo vel bigis, in Græcia tale quid primum uſurpaverat. Sicut & poſtea Oenomaus idem præſtitit Terapolo vel quadrigis. Erat vero Rex Piſæorum. Inſtituit vero Ludum equeſtrem menſe Martio, die vigeſima quarta, cum Sol poſt æquinoctium Vernum, inciperet altius aſcendere. Ille vero indutus erat veſte viridi terram repreſentans. Antegoniſtæ alii induebantur Veneto, mare repreſentantes, & alii mediterranei viridi delectabantur, alii vero littoribus adjacentes Veneto diſtinguebantur. Premium vero iſtius certaminis propoſuit Oenomaus Hippodamiam filiam ſuam, quam ſe Victori connubio juncturum pollicitus eſt, ea tamen lege ut victus ſtatim interimeretur. Iſtis ergo conditionibus cum Pelops eſſet cum Oenomeo

μάῳ ἀνταγωνίζεσθαι ἐπὶ τοῖς δηλωθεῖσι συνθήμασιν, ἑωρακυῖα ἡ Ἱπποδάμεια ἠράσθη τε αὐτοῦ, καὶ προδίδωσι τούτῳ τὰ μηχανήματα τοῦ πατρὸς, δι' ὧν ἐκράτει τῶν συναμιλλωμένων. καὶ οὕτω παρεσκεύασε τὸν Πέλοπα. κἀκεῖνος νικήσας εὐθὺς ἀνεῖλε μὲν Οἰνόμαον, ἔγημε δὲ Ἱπποδάμειαν. Καὶ ἐβασίλευσε μὲν τῆς Ἑλλάδος ἔτη ΛΗ΄. ἐκάλεσε δὲ ταύτην ἐξ ἑαυτοῦ Πελοπόννησον. Ἀλλ' ἐπὶ τὰ πρότερον πάλιν ὁ λόγος ἐπανελθέτω. Ἡ γὰρ δὴ προρρηθεῖσα Κίρκη πρῶτον τελεῖν Ἱππικοὺς ἀγῶνας ἐν Ἰταλίᾳ προκαταρξαμένη. καὶ Ἱπποδρόμιον ἐκεῖσε κατεσκεύασε. Τὸ μὲν μῆκος τεσσάρων σταδίων τὸ δὲ πλάτος ἑνός. Τὸ δὲ μέσον αὐτοῦ ἐποίησε ξυλουργὲς, ὀνομάσασα τοῦτο Εὔριπον, ἀπὸ τοῦ θαλασσίου Εὐρίπου. Ἐπειδὴ κἀκεῖνος ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἀντιστρέφει τὴν κίνησιν. Ἐν δὲ

meo congreſſurus, ſtatim atque illum conſpexit Hippodamia, amore illius exarſit, omneſque artes & inſtrumenta prodidit, quibus munitus Oenomaus Pater antagoniſtas ſolebat ſuperare. Sic ergo inſtruxit & accinxit Pelopem, qui cũ victor evaſiſſet, ſuſtulit Oenomaum, duxit Hippodamiã, per triginta & octo annos Græciæ imperavit, illamque à ſe Peloponneſum voluit denominari. Sed unde deflexit oratio eo tandẽ revertatur. Supra ergo memorata Circe, prima in Italia ludos equeſtres celebrari incepit, & in iſtum uſum prima Hippodromium exſtrui & adornari curavit. Illius longitudo erat quatuor ſtadiorum. Latitudo vero unius. In medio vero confici juſſit ligneum aliquod opus, quod ab Euripo freto, Euripum voluit nominari. Quandoquidem ille ſepties ſingulis diebus fluxum & refluxum maris

τοῖς παρ᾽ ἑκάτερα πέρμασι τοῦ Εὐρίπου τούτου, ἐν μὲν τῷ ἄνω βωμοὶ ἵδρυνται τρεῖς Κρόνου, Διὸς, Α῎ρεος. Ε᾽ν δὲ τῷ κάτω πάλιν βωμοὶ τρεῖς Α᾽φροδίτης, Ε῾ρμοῦ, καὶ Σελήνης. Τρίποδες δύο Η῾λίου καὶ Σελήνης. καὶ ἄγαλμα γυναικὸς φιάλην ἐπιφερομένης ἐν τῇ κεφαλῇ. Ε῎στι δὲ ἡ γῆ φέρουσα τὴν θάλασσαν. Σάλπιγγες δὲ ἐπὶ τέλει τῶν ἀγώνων τοὺς νικητὰς ἐπὶ τὰ γέρα καλοῦσι. Δώδεκα δὲ ὕσπληγες κατὰ μίμησιν τῶν Δώδεκα ζωδίων. Μαππάριος δὲ καλεῖται ὁ ἐν τῷ μέσῳ ἱστάμενος καὶ τοῦ δρόμου ἔχων τὸ σύνθημα. ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ πρᾶγμα συμβαίνοντος τηνικαῦτα. Εἰώθεσαν γὰρ οἱ ὕπατοι ἀριστᾶν πρότερον ἐν τῷ Θεάτρῳ καὶ

currenti reciprocatione patitur. Ab utraque vero iſtius Euripi parte, in ſuperiori quidem, Tria erant ædificata altariâ, unum Saturno, alterum Jovi, tertium Marti conſecratum. In inferiori vero, alia etiam tria eracta erant altaria, Veneri, Mercurio, Lunæ, itidem dicata, & nuncupata. Erant etiam Tripodes duo, unus Solis & alter Lunæ, cum ſtatua muliebri cujus capiti phiala & vas erat impoſitum repræſentabat vero Terram quæ mare geſtare & portare cenſetur. Tibicines vero cum tubis victores ad premia colligenda vocabant. Erant vero duodecim cancelli juxta numerum duodecim figurarum Zodiaci. Mapparius vero vocabatur qui ſtabat in medio ab eoque pendebat certaminis& curſus, ſignum & indictio. Quod hac quidem de cauſa contigit. Solebant nimirum conſules, epulari in Theatro & in

μετὰ τὴν εὐωχίαν, τὰ τῶν χειρῶν ἐκμαγεῖα ῥιπτεῖν, ἅπερ τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ Μάππα λέγονται. Καὶ ταῦτα ἀναλαμβανόμενος ὁ λεγόμενος Μαππάριος, εὐθὺς τὸν ἀγῶνα ἐπετέλει. Ἑπτάκις δὲ ἐκύκλουν τὸν Εὔριπον οἱ ἀγωνιζόμενοι διὰ τὸ ἑπτὰ στάδια εἶναι τὸ μίλιον, καὶ διὰ τοὺς ἑπτὰ πλανήτας. Κατὰ γοῦν μίμησιν τῆς Κίρκης, καὶ Ῥώμυλος ὕστερον κτίσας τὴν Ῥώμην μηνὶ Ἀπριλλίῳ κ΄, κατασκευάζει καὶ Ἱπποδρόμιον ἐν αὐτῇ τοιοῦτον καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον. Ἐποίησε δὲ τὸ πρῶτον ἅρματα τρία, ῥούσιον Ἄρεος ἤτοι πυρὸς, λευκὸν Διὸς ἤτοι Ἀέρος, πράσινον Ἀφροδίτης ἤτοι τῆς γῆς. Ὕστερον δὲ ἤθελον οἱ Γάλλοι περὶ ὁμοτιμίας καὶ προσετέθη τὸ βένετον διὰ τὸ

& in loco celſiori & publico, & poſt epulas manuum abſterſoria ſeu mãtilia projicere, quæ Romana lingua Mappæ dicuntur. Iſtas vero Mappas colligens mapparius ſtatim ludum & certamen celebrandũ, aperiebat & indicebat. Septies vero circa Euripum decurrebant Athletæ, quia milliare eſt ſeptem ſtadiorum, & in memoriam etiam & recordationem ſeptem Planetarum. Quod Circes exemplum imitatus Romulus cum Romam condidiſſet, vigeſima die menſis Aprilis, in illa Hippodromium tale paravit, huic omnino ſimile. Uſurpavit vero primum tres currus, unum Rubri coloris in honorem Martis ſeu ignis. Alterum albi coloris in honorem Jovis ſeu Aeris. Tertium vero viridis coloris in honorem Veneris, ſeu Terrę. Galli vero contendẽtes voluerunt etiam tali honore ſe commendare, & ce-

τοιούτου χρώματος εἶναι τὰ ἱμάτια αὐτῶν εἰς τιμὴν τοῦ Κρόνου ἢ μᾶλλον τοῦ Ποσειδῶνος. Χρόνοις δὲ ὕστερον ἱκανοῖς Σεβῆρος ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων κατὰ Νίγερος ἐκστρατεύσας καὶ εἰς τὸ Βυζάντιον παραγενόμενος τὴν νῦν Κωνσταντίνου πόλιν καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων ἁπασῶν, κτίζει μὲν ἐκεῖσε διὰ τὸ τῆς πόλεως ἐπιπρεπὲς, λουτρὸν παμμεγεθές. Εὑρὼν δὲ καὶ τὸν παρακείμενον τόπον τοῖς Διοσκούροις ἀνακείμενον, ἐποίησε τοῦτον Ἱπποδρόμιον, ἰκρίοις καὶ στοαῖς διακοσμήσας αὐτόν. Καὶ ἄλσος ἐκκόψας δύο τινῶν ἀδελφῶν ὑποκείμενον δεσποτείᾳ, καὶ εἰς τὸ νῦν ὁρώμενον κάλλος τοῦτο μεταγαγών.

ruleum induxerunt, quia cerulæi coloris veſtes ſolerent induere in honorem nimirum Saturni vel potius Neptuni quos colēbant. Seculis vero, Longe poſt, multis, Severus Rómanorum jmperator, Contra Nigrinum caſtra & exercitum movens, cum Byſantium perveniſſet, quæ nunc eſt Conſtantinopolis, aliarum omnium urbium Regina & Domina, ibi propter loci amænitatem & commoditatem ingens & vaſtiſſimum condidit Balneum. Cumque inveniſſet locum vicinum Caſtori & Polluci conſecratum, vel adjacentem, ex illo Hippodromium parari curavit. Illudque variis porticibus & tabulatis ornavit & decoravit, fratrum quorundam duorum nemus vicinum authoritate ſua amputari & eradicari juſſit, & ad hoc, quo nunc ſe commendat decus, tandem illud perduxit.

De

Περὶ τῶν Ἡλικιῶν τοῦ ἀνθρώπου.

Ἑπτά εἰσιν αἱ μεθηλικιώσεις τοῦ ἀνθρώπου καὶ μετονοσίαι.

Βρέφος ἀπὸ γεννήσεως ἕως ἐτῶν Δ.

Παῖς ἀπὸ ἀρχῆς ἐτῶν Ε ἕως συμπληρώσεως ἐτῶν ΙΔ.

Μειράκιον ἀπὸ ἀρχῆς ἐτῶν ΙΕ ἕως συμπληρώσεως ἐτῶν ΚΒ.

Νεανίσκος ἀπὸ ἀρχῆς ἐτῶν ΚΓ΄ ἕως συμπληρώσεως ἐτῶν ΜΑ΄.

Ἀνὴρ ἀπὸ ἀρχῆς ἐτῶν ΜΒ΄. ἕως συμπληρώσεως ἐτῶν Νϛ΄.

Γηραιὸς ἀπὸ ἀρχῆς ἐτῶν ΝΖ΄ ἕως συμπληρώσεως ἐτῶν ΞΘ΄.

Πρεσβύτης ἀπὸ ἀρχῆς ἐτῶν Ο΄ ἕως συμπληρώσεως τῶν ὅλων χρόνων τῆς ζωῆς αὐτῆς.

De Variis Ætatum Hominis Menſuris.

Septem ſunt hominis ætates quas ſucceſſive decurrit ab una tranſeundo ad aliam.

Infans à nativitate ad annum quartum completum.

Puer ab ineunte anno quinto ad decimum quartum incluſive.

Juvenis ab ineunte anno decimo quinto ad completos viginti duos.

Adoleſcens ab anno vigeſimo tertio ad complementum uſque quadraginta & unius anni.

Vir ineunte anno quadrageſimo ſecundo ad completum quinquageſimum ſextum.

Senex à principio anni quinquageſimi ſeptimi ad annum ſexageſimũ nonum vertentem & exeuntem.

Senior à principio anni ſeptuageſimi ad ultima ſua fata, vitæque extremam metam & terminum.

Κατὰ δὲ Πλάτωνα Θ αἱ μεθηλικιώσεις. Βρέφος γὰρ λέγεται ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ γεννήσεως, ἕως ἐτῶν Δ. Παῖς ἀπὸ ἐτῶν Δ. Ἕως ἐτῶν δέκα. Βούπαις ἀπὸ Ι. ἐτῶν, ἕως τῶν ΙΗ. Μειράκιον ἀπὸ τῶν ΙΗ῀ ἐτῶν, ἕως τῶν ΚΕ῀. Ἀκμάζων ἀπὸ τῶν ΚΕ῀ ἐτῶν, ἕως τῶν ΛΕ῀. Καθεστηκὼς ἀπὸ τῶν ΛΕ῀ ἐτῶν, ἕως ἐτῶν ΜΕ῀. Ὠμογέρων ἀπὸ τῶν ΜΕ῀ ἐτῶν, ἕως τοῦ ΝΕ῀. Γέρων ἀπὸ τῶν ΝΕ῀ ἐτῶν, ἕως τῶν ΞΕ῀. Βουγέρων ἀπὸ τῶν ΞΕ῀ ἐτῶν, ἕως τοῦ ὅλου χρόνου τῆς ζωῆς.

Secundum Platonem novem ſunt ætatum viciſſitudines, quarum ſpatiis & curriculis, homo continua ſerie ſe obnoxium experitur. Homo quippe eſt infans à nativitate ad annũ quartum. Puer ab anno quarto ad decimum. Juvenis ab anno decimo ad decimum octavum. Adoleſcens ab anno decimo octavo ad vigeſimum quintum. Florens & in vigore ab anno vigeſimo quinto ad trigeſimum quintum. Firmus & conſtitutus ab anno trigeſimo quinto ad quadrageſimũ quĩtũ. Crudus viridiſq; ſenex ab anno quadrageſimo quĩto, ad annũ quĩquageſimum quintũ. Senex ab anno quinquageſimo quinto ad ſexageſimum quintum. Senior ad ultimam vitæ periodũ & Cataſtrophẽ.

Πάλιν δὲ ἑτέρα συντομωτέρα πασῶν τῶν ἡλικιῶν διαφορὰ ἤγουν τετραπλῆ. Πρώτη ἡ λεγο-

Eſt & alia brevior & compendioſior ætatum differentia, qua ætates hominis in quatuor diſtinguntur. Prima quæ dicitur pueritia ab ipſis

μένη παιδικὴ ἀπὸ γεννήσεως ἕως τῶν ΚΕ ἐτῶν. Δευτέρα ἡ ἀκμαστικὴ μέχρι δηλονότι τ͂ Μ. ἐτῶν. Τρίτη ἡ παρακμαστικὴ ἀπὸ τῶν Μ μέχρι τῶν Ν. ἐτῶν. Τετάρτη ἡ γεροντικὴ ἀπὸ Ν ἕως τέλους τῆς ζωῆς.

Ἱπποκράτους ἑπτὰ εἰσὶν αἱ ὧραι τοῦ ἀνθρώπου, ἃς ἡλικίας καλοῦσι. Παιδίον, παῖς, μειράκιον, νεανίσκος, ἀνὴρ, πρεσβύτης, καὶ γέρων. Παιδίον μὲν οὖν καλεῖται ἀπὸ γεννήσεως ἄχρις ἑπτὰ ἐτῶν, ἤτοι ὀδόντων ἐκβολῆς. παῖς δὲ ἔκποτε καὶ ἄχρι τῶν δὶς ἑπτὰ, ἤτοι γόνου καταβολῆς. μειράκιον δὲ ἔκποτε καὶ ἄχρι τῶν τρὶς ἑπτὰ, ἤτοι γενείου λαχνώσεως. Νεα-

ab ipſis incunabilis ad annum vigeſimum quintum. Secunda florens & in vigore, ad annum videlicet præter propter quadrageſimum. Tertia vigorem tranſiliens & ab ea parumper deflectens, ab anno quadrageſimo ad quinquageſimum. Quarta Senectus, à quinquageſimo anno ad extremum halitum ultimaque vitæ ſuſpiria.

Hippocrate vero Autore, ſeptem ſunt hominis tēpeſtates quas ætates vocare conſueverunt. Infans, puer, invenis, adoleſcens, vir, ſenex, & ſenior. Infans dicitur à nativitate ad annum ſeptimum, vel dentium ejectionem & emiſſionem. Puer ab illo tempore ad bis ſeptem annos, ſeu quartum decimū, ſeu ſeminis emiſſionem. Juvenis, ab iſtius temporis puncto, ad evolutos ter ſeptem annos ſeu ad tempus quo lanugo ſolet malas ſive pubem veſtire. Adoleſcens

νίσκος δὲ ἔκποτε καὶ ἄχρι τοῦ τετράκις ἑπτὰ, ἤτοι τῆς τελείας αὐξήσεως τοῦ σώματος. Ἀνὴρ δὲ ἔκποτε καὶ ἄχρι τῶν ἑπτάκις ἑπτὰ, ἤτοι τῆς τελείας ῥώμης τοῦ σώματος. Πρεσβύτης δὲ ἔκποτε καὶ ἄχρι τῶν ἐννεάκις ἑπτὰ, ἤτοι τῆς ἐντελοῦς φρονήσεως καὶ συνέσεως. Γέρων δὲ ἔκποτε καὶ ἄχρι τῶν ὅλων τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνων.

Ὁ δὲ Πυθαγόρας εἰς τέσσαρα διαιρεῖ τὸν ὅλον τοῦ ἀνθρώπου βίον οὕτως. Παῖς εἴκοσιν ἔτεα: νεανίσκος εἴκοσι: νεανίης εἴκοσι: γέρων εἴκοσι.

Αἱ δὲ ἡλικίαι αὗται καὶ πρὸς τὰς ὥρας τοῦ χρόνου ἤτοι τὰς Δ. σύμμετροι. Παῖς ἔαρ. Νεανίσκος θέρος. Νεανίης φθινόπωρον. Γέρων χείμων.

ſcens ab iſto tempore ad quater geminatum ſeptem annorum numerum, ſeu ad corporis perfectam ſtaturã & incrementũ completum. Virilitas ab iſto termino ad annos ſepties ſepté, & perfectam corporis robur. Senectus ab iſto tempore ad novies ſepté annos cumulatos, & elapſos, vel uſque ad conſummationem prudentiæ & experientiæ. Silicernia vero & decrepita ſenectus ab hinc ad ultima vitæ tempora & momenta.

Pythagoras vero ſic diſtinguit totum vitæ humano ſpatium & curriculum. Puer implet annos viginti. Juvenis implet viginti annos, Adoleſcens viginti, & Senex viginti.

Iſtæ vero hominis ætates ad quatuor anni partes cõmenſurantur, & illas nobis repreſentant. Pueritia vernum tempus. Juventus æſtatem, Adoleſcentia Autumnum, & ſenectus canam & frigidam hiemem.

Hypatus

Ἑρμηνεία τοῦ
ΥΠΑΤΟΥ
περὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν.

Βρέγμα τὸ λεγόμενον ἁπαλόν.

Ἰνίον δὲ ὁ ὀπισθόλακκος.

Κρόταφος, αἱ μήνιγγες.

Ἐγκέφαλος, ὁ μυελὸς τῆς κεφαλῆς.

Βλέφαρα, τὰ ὀμματόφυλλα:

Ἐπιβλεφαρίδες, αἱ τρίχες τῶν ὀμματοφύλλων:

Μέγας κανθὸς, ἡ κοιλότης τοῦ ὀφθαλμοῦ ἡ πλησίον δηλονότι τῆς ῥινός:

Μικρὸς δὲ κανθὸς, ἡ πλησίον τοῦ κροτάφου κοιλότης τοῦ ὀφθαλμοῦ:

Τὸ δὲ ὅλον τοῦ ὀφθαλμοῦ κοῖλον, λέγεται Τάρσος.

Ὑπώπια, τὰ μῆλα τῶν μαγούλων, δηλονότι τὰ ὑποκάτω τοῦ ὠπός.

Σιαγόνες, καὶ παρειαὶ τὰ μάγουλα:

Ῥώθωνες καὶ μυκτῆρες τὰ ῥωθώνια:

HYPATUS
de corporis partibus & Menſuris.

Sinciput quod molle dicitur, & tenerum.

Occiput vero, ſeu foſſa poſterior colli.

Tempora, meninges, ſeu membranæ.

Cerebrum, medulla capitis.

Palpebræ, oculorum folia.

Cilia palpebrarum capilli.

Magnus oculi angulus, ſeu cavitas oculi, naſo proxima.

Angulus minor, ſeu oculi cavitas, vicina tempori.

Tota vero oculi cavitas quæ palpebris circumdatur dicitur Tarſus.

Subcilia ſunt malarum ſeu genarum extrema, quod ſint ſub oculo.

Malæ vero ſunt magula ſeu genæ.

Naſus Nares quibus mucor emungitur.

Γένυες, τὰ χείλη:

Λωβὸς, τὸ ἄκρον τοῦ ὠτός:

Τῶν ὀδόντων οἱ μὲν πρόσθιοι, γόμφοι, οἱ δὲ μέταξυ τῶν προσθίων καὶ τῶν ὀπισθίων οἱ τέσσαρες ὀξεῖς κυνόδοντες: οἱ δὲ ὀπίσθιοι, ἀλήθοντες:

Ὁ οὐρανίσκος, ὑπερῷα:

Σφαγὴ, ὁ λάκκος τοῦ τραχήλου:

Ὅλμος, τὸ ἀπὸ τοῦ τραχήλου μέχρι τῶν κώλων: τὸ αὐτὸ καὶ Θώραξ.

Στέρνα τὰ στήθη:

Μασθὸς ὁ ἐπὶ ἀνδρὸς ὁ μὴ ἐσθιόμενος δηλαδή: μαστὸς ἐπὶ γυναικὸς ὡς μαστητὸς τῷ βρέφει:

Ἐπισχοίνιον ἡ τοῦ μετώπου ῥυτὶς ἤγουν ἡ σοῦφρα:

Κύστις τὸ ὑποχάστριον:

Locus ubi barba effloreſcit, Labia.

Lobus extremitas auris.

Dentes alii ſunt anteriores, alii molares. Qui ſunt inter anteriores & poſteriores ſunt quatuor acuti, nimirum canini, deinde poſteriores qui ſunt molares.

Palatum, ſeu pars oris ſuperior.

Jugulus, ſeu pars concava colli vel pectoris.

Corporis truncus, tota iſta moles quæ eſt inter cervicem & Coxas ſeu nates. Dicitur & Thorax.

Sternon ſive Pectus.

Mamma in homine dicitur quod ſcilicet non ſugatur & corrodatur, *in* fœmina vero quod ſugatur, el ab ore infantis teratur & mandatur.

Pars frontis ſuperior, rugis criſpata & ſulcata.

Imus venter, ſive hypogaſter.

Spina

Μετάφρενα ἢ ῥάχις:

Spina dorſi & ſpondillorum concatenata ſeries inter renes.

Ἰξὺς καὶ ὀσφύς. ἡ ζώνη οὐ μόνον ἡ πλευρὰ, ἀλλὰ καὶ τὸ πλευρόν.

Lumbi, pars quæ cingitur, non tantum coſta ſed Latus.

Ψόαι καὶ ψοιαὶ αἱ σάρκες αἱ ἐπικείμεναι τοῖς νέφροις τὰ λεγόμενα ἀπάκια:

Pſoæ vel pſoeæ muſculi & carnes renibus adjacentes, quæ dicuntur & apacia.

Λάγονες αἱ λαπάραι:

Ilia ſeu cavitas inter coſtas & femur.

Γλουτὰ αἱ σφαιροειδεῖς σάρκες καὶ ἐπικείμεναι τοῖς κώλοις.

Clunes, & carnes orbiculares natibus adhærentes.

Κῶλον καὶ ἱερὸν ὀστοῦν τὸ ἀπὸ τῶν γλουτῶν μέχρι τοῦ γόνατος ὀστοῦν.

Colum & os ſacrum, ſpatium quod exſtat inter clunes & os genu.

Γόμφος. ὁ ὑποκάτω τοῦ λάγονος σύνδεσμος:

Gomphi, ſeu nexus ſub iliis, ubi fit inſertio & compaginatio.

Πόσθη. τὸ σπερμογόνον μόριον:

Veretrum ſeu pars ſeminalis.

Βάλανος. τὸ ἄκρον τῆς πόσθης:

Balanus extremitas veretri.

Ἀκροποσθία. τὸ δέρμα τὸ καλυπτὸν τὴν βάλανον:

Præputium, epiderma ſeu pellis balanum involvens, & occultans.

Σφυρά. τὰ ἀπὸ τοῦ γόνατος μέχρι τῶν ἀστραγάλων. Κνήμη τὸ ἔμπροσθεν τοῦ σφυροῦ.

Sphura ſeu ſura à genu ad talos. Tibia pars anterior malleoli.

Ἀντικνήμιον. ἡ Ἄντζα:

Ἰγνύη τὸ ὑποκάτω τοῦ γόνατος:

Τέλμα. τὸ ὑποκάτω τοῦ ποδός:

Ταρσὸς τὸ ἐπάνω:

Βραχίονες. τὰ ἀπὸ τῶν ὤμων μέχρι τοῦ ἀγκῶνος:

Ὠλέκρανον. τὸ ἐκτὸς τοῦ ἀγκῶνος:

Ὠλένη τὸ ἐντός:

Πῆχυς. τὸ ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος μέχρι τοῦ καρποῦ:

Καρπός. τὸ ἀπὸ τοῦ πήχεως μέχρι τοῦ σχίσματος τοῦ μεγάλου δακτύλου:

Μετακάρπιον, τὸ ἀπὸ τοῦ σχίσματος τοῦ μεγάλου δακτύλου μέχρι τῶν ἄκρων δακτύλων.

Τὸ συνάμφω ὁ καρπός. καὶ τὸ μετακάρπιον, Ταρσός.

Πρωκτὸς ὁ κῶλος. Καὶ Κοτύλη τὸ κοῖλον τῆς παλάμης.

Anticnemium pars ſuperior tibiæ. Quæ & Antſa dicitur.

Poples pars poſterior genu.

Planta pars inferior pedis.

Tarſus pars ſuperior.

Brachia extenduntur ab humeris ad cubitos.

Gibber ſeu exterius protuberans, & acuta pars cubiti.

Ulna dicitur cava pars cubiti.

Cubitus extenditur à curuatura & flexu brachii ad carpum uſque.

Carpus ſeu palma ab extremitate cubiti, ad magni digiti diviſionem.

Metacarpium, incipit à diviſione digiti maximi, & deſinit in extremitate digitorum.

Sunt vero ſibi invicem inſerta & inſita carpus, metacarpium, & Tarſus.

Anus, Podex. Cotyla, vola eſt palmæ, & manus cavitas.

KTH-

ΚΤΗ͂ΜΑ ἈΝΤΩΝΙ͂ΟΥ ΤΟΥ͂ ἘΠΑΡΧΟΥ,

ὃ δέδωκε τῷ κρατίστῳ βασιλεῖ Κελτῶν. ἐμπεριέχεται δὲ ὅσα ἐν τῷ ἑξῆς πίνακι γράφεται.

INDEX LEGATI ANTONII EPARCHI.

Volumen cujus poſſeſſor olim fuit Antonius Eparchus, & quod dono dedit Potentiſſimo Gallorum Imperatori. Continet vero ea quæ in ſequenti tabula notantur.

Πίναξ ἀρίστη τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου.

α. Περὶ ψυχῆς θεωρία πάνυ ἀναγκαία ἢ προθεωρία.

β. Ἔτι περὶ ψυχῆς λογικῆς, καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, καὶ τῆς ἐκ τοῦ Παραδείσου ἐκβολῆς τοῦ Ἀδάμ. καὶ περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ εἶναι αὐτόν.

γ. Γαληνοῦ περὶ σφυγμοῦ πρὸς Ἀντώνιον φιλομαθῆ καὶ φιλόσοφον. ἐν

Tabula exacta & abſoluta eorum quæ in hoc volumine comprehenduntur.

I. De Anima commentatio prorſus neceſſaria, ſeu potius compendioſa meditatio.

II. Adhuc de Anima Rationali. De hominis formatione, de Adami expulſione ex Paradiſo. Et de illius creatione ad imaginem & ſimilitudinem Dei.

III. Galeni de pulſu, ad Antonium philoſophum, & literarum literatorumque fautorem. In

 quo

ᾧ τοῦ Θεοφίλου ἰατροσοφιστοῦ περὶ διαχωρημάτων· πόνημα ἰατρικὸν ἄριστον δι' ἰάμβων.

δʹ. Τοῦ σοφωτάτου Ψέλλου, καὶ ὑπερτίμου, χαιρετισμὸς στιχηρὸς κατ' ἦχον εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον.

εʹ. Ὕμνος εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον, Γεωμετρίου τοῦ σοφωτάτου, δι' Ἡρωελεγείων, ἤγουν χαιρετισμοὶ ἐν τέσσαρσι τμήμασιν. ὡσαύτως καὶ ἕτεροι στίχοι εἰς ἑορτάς.

ϛʹ. Περὶ τῶν ἁγίων τῶν οἰκουμενικῶν ἑπτὰ Συνόδων, καὶ ὅρος ὁμολογίας τῆς πίστεως.

ζʹ. Τοῦ Ἁγίου Ἐπιφανίου Κύπρου, πρὸς Διόδωρων Τύρου, περὶ τῶν ιβʹ λίθων. ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν ἐν ἐπιτόμῳ. καὶ ἕτερα τινὰ ζητήματα μερικὰ τοῦ αὐτοῦ.

ηʹ. Βασιλείου Ἀρχιπρεσβυτέρου τῆς Λαύρας τοῦ Μα-

quo continetur verſibus jambicis opus eximium Theophili Medico ſophiſtæ de excrementis.

IV. Sapientiſſimi & honoratiſſimi Pſelli ſalutatio ſanctiſſimæ Deiparæ virginis, verſibus ſecundum Tonum vel Canticum reddita.

V. Hymnus in ſanctiſſimā Deiparam verſibus Heroico elegiacis, Authore ſapientiſſimo Geometrio. Adduntur ſalutationes, in quatuor ſectiones diviſæ, ſicut & alii verſus in Feſta & celebriores ſolennitates.

VI. Tractatus de ſeptem Conciliis generalibus, & formula confeſſionis fidei.

VII. Sanctus Epiphanius Cyprius, ad Diodorum Tyri Epiſcopum, de duodecim Lapidibus; de iiſdem compendioſior Tractatio. Ejuſdem Epiphanii aliæ quæſtiones particulares.

VIII. Baſilii Archipresbyteri Lauræ Maleini

λεείνου, περὶ ἀσκητικῆς ὑποτυπώσεως.

θ΄. Σύνταγμα Ἡρακλείου βασιλέως ἐκ τῆς ἀστρώας κινήσεως. καὶ ἕτερα.

ι΄. Περὶ τῶν Κλιμάτων τῆς γῆς, ἐν οἷς συμβαίνει αὔξησις καὶ μείωσις τοῦ νυχθημέρου ἐναλλὰξ διὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐφ' ἑκάστῳ ἀλλοία. Καὶ περὶ τῶν ιβ΄ ἀνέμων.

ια΄. Μῆνες Ῥωμαίων, Ἑβραίων, Αἰγυπτίων, Ἑλλήνων, Ἀθηναίων καὶ Μακεδόνων. Καὶ ψῆφος τῆς Σελήνης καὶ διαγραφὴ τοῦ ἡλίου καὶ τῶν τῆς ἑβδομάδος ἡμερῶν. ὁποία δηλονότι καθ' ἑκάστην νουμηνίαν συμβαίνει κατὰ πάντας τοὺς ΚΗ΄ ἡλίου κύκλους. ἀπταίστως ἐκτεθεῖσα καὶ ἀσφαλῶς. Καὶ περὶ Καλανδῶν, καὶ Νόννων, καὶ Εἰδῶν.

ιβ΄. Ἐμπεδοκλέους σφαῖρα. καὶ ὑπογραφὴ τῶν ιβ΄ Ζωδίων.

leini, vitæ aſceticæ delineatio.

IX. Heraclii Imperatoris ſyntagma de motu ſyderum, & alia.

X. De Climatibus Terræ, in quibus contingit Dies augeri & minui, & in quibus ſingulis annis occurrunt viciſſitudines variæ & diverſæ. Item de duodecim ventis.

XI. Menſes Romanorum, Hebræorum, Ægyptiorum, Græcorum, Athenienſium, & Macedonum. Et Lunæ calculus & Solis deſcriptio, & Dierum Hebdomadis. Quænam ſcilicet Dies occurrat ſingulis Noviluniis per totos viginti octo Cyclos Solis. Expoſitio certiſſima, & nullo errori obnoxia. Item de Calendis, Nonis, & Idibus.

XII. Empedoclis ſphæra, & deſcriptio duodecim ſignorum Zodiaci.

ιγ΄. Ἀποφθέγματα τῶν ἑπτὰ Σοφῶν ἐκ τοῦ Συμποσίου τοῦ Πλουτάρχου, διάφορα.

XIII. Varia Apophthegmata ſeptem ſapientum, ex Plutarchi ſymposio.

ιδ΄. Περὶ μετανοίας, τοῦ φιλοσόφου Φίλωνος. καὶ ἀπανθίσματα ἐξηγήσεων τῶν περὶ κοσμοποιίας.

XIV. Philonis Philoſophi de pænitentia. Et deflorationes variarum enarrationum de creatione mundi.

ιε΄. Ἐκ τοῦ Ὀνομαστικοῦ Πολυδεύκους.

XV. Varia ex Onomaſtico Pollucis.

ιϛ΄. Ὅτι ἑπτάλοφος ἡ Ῥώμη, καὶ περὶ τοῦ καλεῖσθαι Δάφνιον τὰ περὶ τὸ Παλάτιον. Καὶ πόθεν παρήχθη τὸ τοὺς λιθίνους κρουνοὺς τῶν λακκῶν λεοντοπροσώπους ποιεῖν. καὶ ἕτερά τινα ἱστορικὰ Σιμοκάττου καὶ Ἰωσήπου.

XVI. Quod Roma ſit ſepticollis. Et de eo quod Loca Palatio vicina & adjacentia vocentur Daphneium ſeu Lauretum. Et unde factum quod Lapidei fontes Torcularium ſint formæ Leoninæ. Item alia Hiſtorica Simocattæ, & Joſephi.

ιζ΄. Περὶ ξενικῶν καὶ κοινῶν λέξεων καὶ συντάξεων. Φιλωστράτου ἐκ τοῦ κατὰ Ἡρωδοτὸν Σοφιστήν.

XVII. De dictionibus & phraſibus peregrinis & communibus. Item Philoſtratus contra Herodotum Sophiſtam.

ιη΄. Συνεσίου ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν. Καὶ Πλουτάρχου ἐκ τῶν φυσικῶν καὶ Συμ-

XVIII. Quædam ex Syneſii Epiſtolis. Ex quæſtionibus naturalibus, & convi-

ποσιακῶν. Καὶ ἑτέρων Φιλοσόφων.

ιθ΄. Περὶ Οὐρανοῦ, καὶ Γῆς, Ἡλίου, Σελήνης, καὶ Ἀστέρων, καὶ Χρόνου, καὶ Ἡμερῶν, καὶ Μηνῶν.

κ΄. Περὶ Ἱπποδρομίας.

κα΄. Περὶ πηλικότητος μέτρων. Καὶ περὶ τῶν ὑποκειμένων σταθμῶν Ἑβραϊκῶν. Καὶ περὶ τῶν τοῦ ἀνθρώπου Ἡλικιῶν.

κβ΄. Περὶ τῶν δ΄ στοιχείων Πυρὸς, Ἀέρος, Γῆς, Ὕδατος. τοῦ ἁγίου Μαξίμου καὶ περὶ τῶν αἰσθήσεων τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ τῶν πέντε δυνάμεων τῆς ψυχῆς ἢ μερῶν. καὶ τοῦ φανταστικοῦ. καὶ περὶ ψυχῆς, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν δ΄ ἀρετῶν.

κγ΄. Σύντομος καὶ σαφὴς διάγνωσις τῆς πίστεως ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν.

κδ΄. Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ θεοῦ.

convivialibus Plutarchi, & aliorum philoſophorum.

XIX. De Cœlo, Terra, Sole, Luna, Syderibus. Tempore ſeu Anno, Diebus & Menſibus.

XX. De Hippodromia. Seu curſu equeſtri, & Ludis Circenſibus.

XXI. De quantitate menſurarum, de ponderibus Hebræorum, & de Hominis ætatibus.

XXII. De quatuor Elementis, Igne, Aëre, Terra, Aqua. Sancti Maximi de quinque ſenſibus Hominis. De quinque facultatibus ſeu partibus Animæ. Et de phantaſia, de Anima, ubi & varia de quatuor virtutibus.

XXIII. Brevis & clara expoſitio Fidei Chriſtianorum.

XXIV. De Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei, & Filii Dei.

κε΄. Διαφοραὶ ἑνώσεως. καὶ περὶ φθορᾶς, καταφθορᾶς, καὶ διαφθορᾶς.

κϛ΄. Διασάφησις ἑτέρα περὶ τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννήσεως τοῦ υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Καὶ ὑπογραφαὶ θεοῦ τοῦ Μεγάλου πατρὸς Βασιλείου. ἔτι περὶ τῶν ἰδιοτήτων τῆς ἁγίας Τριάδος τοῦ τιμιωτάτου Κύρου Στυλιανοῦ.

κζ΄. Ἔκθεσις πίστεως τοῦ ἐν ἁγίοις Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.

κη΄. Ποσαχῶς ἡ φύσις καὶ ἡ οὐσία καὶ ἡ Ὑπόστασις παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. καὶ ποσαχῶς τὸ πνεῦμα, καὶ κατὰ πόσους τρόπους συνίσταται τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα.

κθ΄. Τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου Κρητὸς περὶ τῆς τῶν ἁγίων Εἰκόνων προσκυνήσεως. καὶ περὶ τοῦ Βαπτίσματος τῶν Ἀποστόλων καὶ τῆς Γενεαλογίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

XXV. Differentiæ unionis. Et de corruptione, pernicie. Strage.

XXVI. Alia declaratio generationis Verbi Filii Dei à Patre, & proceſſionis Spiritus Sancti. Magni patris Baſilii Teſtimonia Dei & approbationes. Item excellentiſſimi Domini Styliani Tractatus de proprietatibus ſanctæ Trinitatis.

XXVII. Beati Gregorii Taumaturgi, expoſitio Fidei.

XXVIII. Quoties occurrit in divina ſcriptura natura, ſubſtantia, Hypoſtaſis ſeu perſona. Et quoties vox ſpiritus, & quot modis ibi comprehendatur vox, principium.

XXIX. Andræas Cretenſis de adoratione ſanctarum imaginum. De Baptiſmate Apoſtolorum, & de Genealogia ſanctiſſimæ Deiparæ.

XXX.

λʹ. Περὶ ἐξομολογήσεως τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Νύσσης.

λιʹ. Ἡρωδιανοῦ περὶ τῶν τοῦ ἀριθμοῦ δηλωτικῶν σημείων?

λβʹ. Ἐξομολόγησις εἰς τὸν Χριστὸν διὰ στίχων Ἡρωελεγείων τοῦ Γεωμέτρου.

λγʹ. Ὕμνος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον κατὰ στοιχεῖον, τοῦ αὐτοῦ.

λδʹ. Εὐχὴ εἰς τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, διὰ στίχων Ἰαμβικῶν. καὶ ἑτέρα δέησις τοῦ αὐτοῦ δι' Ἡρωελεγείων. ἐν ᾧ καὶ ἕτεροι στίχοι εἰς εἰκόνας. καὶ ἕτεροι στίχοι διάφοροι εἰς χρησίμους ὑποθέσεις.

λεʹ. Αἰνίγματα συντεθέντα παρὰ βασιλέως τοῦ Μαομέτ.

λϛʹ. Κάτωνος Ῥωμαίου ποιητοῦ γνῶμαι, δίστιχοι Ἡρωικοί. ἃς καὶ ἐκ τῆς Λατίνων διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλήνων μετήνεγκεν ὁ σοφώτατος κῦρος Μάξιμος Πλανούδης.

XXX. De Confeſſione fidei, Beati patris noſtri Gregorii Nyſſeni.

XXXI. Herodianus de Signis quibus numeri denotantur?

XXXII. Geometri Confeſſio Chriſtiana verſibus Heroicoelegiacis.

XXXIII. Ejuſdem Hymnus in ſanctiſſimam Deiparam ſecundum Litteras Alphabeti.

XXXIV. Oratio ad ſanctiſſimam Deiparam verſibus Jambicis. Et alia ejuſdem oratio, verſibus Heroicoelegiacis. Ubi alia carmina occurrunt de imaginibus, & alii etiam verſus de variis argumentis utiliſſimis.

XXXV. Ænigmata compoſita à Mahomete Imperatore.

XXXVI. Catonis Romani poëtæ ſententiæ, diſtychis Heroicis. Quas ex Latino in Græcum convertit ſapientiſſimus Dominus Maximus Planudes.

Digitized by Google

λζ΄. Τοῦ Πρωτασηκρῆτις κύρου Λέοντος τοῦ Βαρδᾶλ στίχοι Ἰαμβικοὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν.

λη΄. Τοῦ Φιλῆ κύρου Μανουὴλ στίχοι Ἰαμβικοὶ περὶ ζώων ἰδιότητος. τοῦ αὐτοῦ καὶ εἰς τοὺς ιβ΄ μῆνας ἐπιγράμματα Ἰαμβικὰ τρίστιχα.

λθ΄. Τοῦ σοφωτάτου κύρου Γεωργίου τοῦ Πεσίδου εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ κατὰ ὑπερηφάνων. καὶ ἔμμετρα Ἰαμβικὰ, τὰ πρόγραμμα πρὸς τὸν Χριστόν.

μ΄. Πρόκλου τοῦ Πλατωνικοῦ περὶ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος.

μα΄. Ἐκ τῶν Ἀλεξάνδρου φυσικῶν ἀπορίαι καὶ λύσεις.

μβ΄. Σύντομος ἐπίλυσις τοῦ Πάτερ ἡμῶν.

μγ΄. Διδασκαλία σύντομος καὶ πῶς πιστεύειν ὀφείλομεν.

μδ΄. Γνῶμαι Σοφῶν.

XXXVII. Domini Leonis Baral primi Secretarii, verſus Jambici de ſecundo Adventu Chriſti.

XXXVIII. Domini Manuel Phile verſus Jambici; de proprietate & qualitatibus Animalium. Ejuſdem Epigrammata Jambica tribus verſibus conſtantia in duodecim Menſes.

XXXIX. Sapientiſſimi Domini Georgii Piſidæ Tractatus de vita humana. & contra ſuperbos: Et carmina Jambica, & programma ad Chriſtum.

XL. Procli Platonici de Epiſtolis conſcribendis & eorum Charactere.

XLI. Dubia & ſolutiones petitæ ex Alexandri phyſicis.

XLII. Brevis interpretatio Orationis Dominicæ.

XLIII. Doctrina compendiaria quomodo ſit credendum.

XLIV. Sapientum ſententiæ.

XLV.

με΄. Ἐννέα Σοφῶν Ἀποφθέγματα πρὸς Ἀλέξανδρον.

μϛ΄. Τοῦ ἁγίου Μαξίμου εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀποστόλου. ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς δεκαπλήγου τῶν Αἰγυπτίων.

μζ΄. Ἑπτὰ Σοφῶν Ἀποφθέγματα δι' Ἡρώων.

μη΄. Στίχοι εἰς τὰς ιδ΄ Ἐπιστολὰς τοῦ μεγάλου Παύλου. καὶ ἕτερα ἐπιγράμματα τῶν ζ΄ Σοφῶν.

μθ΄. Πυθαγορικῶν χρυσέων ἐπῶν φράσις.

ν΄. Εἰς πλούσιον ἄπληστον.

να΄. Φωκυλίδου γνῶμαι διὰ στίχων Ἡρωικῶν.

νβ΄. Περὶ τῆς ἐφημέρου τῶν φαινομένων ἐπιτολῆς καὶ δύσεως, ἐν ᾧ καὶ περὶ Κόρου, καὶ Λεκὲθ, καὶ Βάδου, καὶ Μνασίδου, καὶ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν.

νγ΄. Τοῦ ἁγίου Μαξίμου περὶ τιμῆς τῶν λ΄ ἀργυ-

XLV. Novem ſapientum Apophthegmata ad Alexandrum.

XLVI. Sanctus Maximus in dictum Apoſtoli. Ubi etiam agitur de decem plagis Ægyptiorum.

XLVII. Septem ſapientum Apophthegmata Heroice.

XLVIII. Verſus in quatuordecim Epiſtolas Magni Apoſtoli Pauli. Et alia epigrammata ſeptem ſapientum.

XLIX. Pythagoricorum Aureorum carminum expoſitio.

L. In Divitem inſatiabilem.

LI. Phocylidis ſententiæ verſibus Heroicis.

LII. De Divino Apparentium ortu & occaſu, ubi agitur de Coro, de Leceth, de Bado, de Mnaſide, & de metris & ponderibus.

LIII. Sanctus Maximus de Valore Triginta

ρίων ὧν ἔλαβεν ὁ Ἰούδας ὑπὲρ προδοσίας τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ἕτερα πλείονα εὑρήσεις ἐν τῷ πιύτῳ κεφαλαίῳ εἰ ἐπιμελῶς ἀναγνῷς.

νδʹ. Ἰατρικῶν Ἐρωτημάτων Ἀποκρίσεις τοῦ Σοφωτάτου Ψελλοῦ πάνυ ἀναγκαῖαι καὶ ὠφέλιμαι εἰ μετέλθοις ἐμπόνως.

νεʹ. Ἀποφθέγματα θεοφόρων Πατέρων.

νϛʹ. Αἱ διαιρέσεις καὶ ὑποδιαιρέσεις τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς.

νζʹ. Περὶ συντάξεως κατὰ Ἀλφάβητον.

νηʹ. Μάγνου Αἰμεσηνοῦ ἰατροσοφιστοῦ περὶ οὔρων καὶ περὶ ἰοβόλων ζώων.

νθʹ. Ἑρμηνεία τοῦ Ὑπάτου περὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν.

ξʹ. Τοῦ Σοφωτάτου Ψελλοῦ περὶ κοινῶν ὀνομάτων τῶν ἐν νοσήμασιν.

ξαʹ. Τοῦ ἐν ἁγίοις πα-

Denariorum, quos accepit Judas ad prodendum Chriſtum. Et in iſto capite plura alia invenies ſi illud diligenter evolvas.

LIV. Sapientiſſimi Pſelli reſponſa ad Quæſtiones Medicas, neceſſaria & utiliſſima, ut laborioſe & diligenter indaganti compertum fiet.

LV. Apophthegmata patrum Deo plenorum.

LVI. Diviſiones & ſubdiviſiones trium animæ partium.

LVII. De ſyntaxi ordine Alphabetico.

LVIII. Magni Emeſeni Medicoſophiſtæ, de Urinis, & de Animalibus veneno inficientibus.

LIX. Hypati interpretatio partium corporis.

LX. Sapientiſſimi Pſelli de Nominibus communibus morborum ſeu quæ in morbis uſurpantur.

LXI. Beati Baſilii Magni

τρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ Μεγάλου Ἔκθεσις πίστεως ἐν συντόμῳ, καὶ περὶ γυναικῶν.

ξβ. Ἰγνατίου στίχοι εἰς τὸν Ἀδάμ. πρὸς γὰρ φίλον συμφοραῖς περιπεσόντα ποιεῖται τὸ πόνημα. ἐν ᾧ ἐστι περὶ μέτρων Ἰαμβικῶν ἀκριβὴς ἑρμηνεία.

ξγ. Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα πῶς δεῖ τὸν ἅπαντα χρόνον πράσσοντα ὑγιῆ διατηρεῖσθαι. ἐν ᾧ καὶ μέθοδος δι᾽ ἧς εὑρίσκειν δεῖ τῶν ζητουμένων ὀνειράτων τὴν λῦσιν.

ξδ. Γαληνοῦ περὶ Ἰσχιάδος, καὶ Ποδάγρας, καὶ Ἀρθρίτιδος, ἐν ᾧ ἐστι εὐχή.

ξε. Δίστιχα εἰς τὸ Ψαλτήριον. ἐν ᾧ ἐστι εἴδησις περὶ χρυσογραφίας.

ξς. Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ ἑρμηνεία δασέων καὶ ψιλῶν καὶ μέσων στοιχείων.

ξζ. Τοῦ αὐτοῦ περὶ λίθων

gni Brevis Expoſitio Fidei, & quædam contra fœminas.

LXII. Ignatii carmina de Adamo. Ad Amicum ſcripſit iſtud opus, qui variis calamitatibus conflictabatur: ubi & de verſibus Jambicis interpretatio diligentiſſima.

LXIII. Epiſtola Hippocratis ad Ptolomæum Regem: quomodo oportet omne tempus vitæ ſanum tranſigere. Ubi & methodus inveſtigandi ſomniorum interpretationes.

LXIV. Galenus de Iſchiade, Podagra, Arthritide, ubi occurrit oratio.

LXV. Diſticha in Cantorem, ſeu pſalterium. Ubi & ſcientia de Auro deſcribendo.

LXVI. Sapientiſſimi Pſelli interpretatio de Literis accentu aſpero, vel tenui, vel medio notatis.

LXVII. Ejuſdem, de virtu-

δυνάμεων. ἐν ᾧ ϗ ἕτερα τὰ τοῦ αὐτοῦ.

ξη. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν μετὰ θεὸν καὶ περὶ θεὸν τεταγμένων διακόσμων καὶ τάξεων.

ξθ. Ἰωάννου Ἀντιοχέως ἀπὸ τοῦ Χρονικοῦ αὐτοῦ συντάγματος ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως κόσμου.

ο. Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ λόγος εἰς τὸν χαιρετισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. ἐν ᾧ ϗ τίς ὁ Παράδεισος, τί τὸ τῆς ζωῆς ξύλον. τί τὸ ξύλον τῆς γνώσεως, τοῦ αὐτοῦ καὶ περὶ Γεωργικῶν.

οα. Καὶ συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ. Ἡροδότου λέξεις Ἱστορικαί. ἐν ᾧ καὶ πῶς δεῖ κλίνειν εἰς τοὺς παρατατικοὺς τὰ ὑποτεταγμένα ῥήματα, ϗ περὶ συντάξεως τῶν νοημάτων. Καὶ περὶ τῆς καθόλου τῶν ὀνομάτων συντάξεως ϗ ἑτέρων συντάξεων.

virtutibus Lapidum. Ubi & alia ejuſdem Authoris continentur.

LVIII. Ejuſdem de iis quæ poſt Deum & circa & erga Deum, ſunt ordinata, digeſta, & conſtituta.

LIX. Joannis Antiocheni quædam ex illius Chronico quod incipit a principio creationis Mundi.

LXX. Sapientiſſimi Pſelli ſermo in ſalutationem ſanctiſſimæ Deiparæ. Ubi agitur de Paradiſo, de Arbore vitæ, de Arbore ſcientiæ. Idem de Rebus Georgicis & ad Agriculturam ſpectantibus.

LXXI. Collectio vocabulorum utilium ex Luciano. Herodoti dictiones Hiſtoricæ. Ubi oſtenditur quomodo verba ſubjunctivi modi debeant flecti ſecundum tempus imperfectum. De ſyntaxi ſententiarum, & de generali ſyntaxi Nominum. Et de aliis ſyntaxibus.

LXXII.

οβ. Περὶ τοῦ τῆς γραμματικῆς λεξικοῦ ἐν ᾧ καὶ λέξεις ἐγκειμέναι κατὰ στοιχεῖον. τοῖς κανόσι τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, τῶν φώτων, καὶ τῆς πεντηκοστῆς.

ογ. Περὶ συντάξεως τῶν τεσσάρων τοῦ λόγου μερῶν ὀνόματος, ῥήματος, προθέσεως καὶ ἐπιρρήματος.

οδ. Μοίριδος Ἀττικιστοῦ λέξεις Ἀττικῶν, καὶ Ἑλλήνων κατὰ στοιχεῖον.

οε. Ἐκ τῶν κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ, καὶ ἑτέρων ἁγίων πατέρων.

τὰ ἕτερα ἐκλείπει.

LXXII. Lexicon ſeu vocabulariũ Grammaticum, ubi voces ſecundum literas Alphabeti diſponuntur.

LXXIII. Canones ſpectantes Feſtum Nativitatis Chriſti, Feſtum Luminum, & Feſtum Pentecoſtes.

LXXIV. De Syntaxi quatuor partium orationis. nimirum de nomine, verbo, propoſitione, & adverbio.

LXXV. Moeridis Atticiſtæ voces Atticæ, & Græcæ, ſecundũ literas Alphabeti.

LXXVI. Eccerpta ex Capitibus Sancti Confeſſoris Maximi, & Aliorum Sanctorum Patrum.

Cætera Deſiderantur.

EPISTOLA
D. CHRYSOSTOMI
AD
CAESARIUM
MONACHUM.

INCIPIT EPISTOLA BEATI JOHANNIS EPISC. CONSTANTINOPOLITANI AD CÆSARIVM MONACHVM TEMPORE SECVNDI EXILII SVI.

Inſpeximus litteras tuæ Reverentiæ, inſpeximus autem non pter lacrimas quomodo enim N̄ lacrimabimur & animam ipſam dolore conficimus videntes fratrem ſingularem vitam à pueritia eligentem & «ΚΡΕ̄ΦΝ«ΕC ideſt conſummate circa pietatem ſe habentem ſubito heredicorum jactibus lapſum & dicas forſitan ab errore ad id quod melius eſt veniſſe te & gratiam confiteri his qui ammirabilem protulerit Librum quem magnum eſſe optime tua nominant ſcripta qui ſplendide prædicat concurſum eſſentialem Sacrum facta ex Divinitate & carnis unam autem ex hoc perfici naturam iſtud mirabitur inſipientis apollinarii inconſideratio iſta eorum qui introducunt contempla-

plationem & cyn̄«ayφhn ideſt commixtionem impiiſſima intentioque procedens immutat quidem arrii apollinarii Sabelli Manetis nihil paſſionem autem excogitari & adponi ſecundum illos unigeniti emaginatur deitati quod à xp̄ianis alienum eſt poſſide igitur temet ipſum iterum dilectiſſime & ad priorem regredere ordinem ab abominabili iſta abſtinens opinionem & qua apollinaris & eorum qui ſinuaſiaſte dicuntur īpia cogitatio adſiduae puris influens nocere novit qui ſecundum nos ſunt ſimplicitati conviventes Doctoris enim eorum eſt Liber apollinarii & ſi hunc ſibi tua reverentia non recte faciens negotiata eſt verum tamen nos recordantes tuæ nobiſcum converſationis ſentientes autem ex his quæ ſcripſiſtis erorem ſubſiſtere erga tuam dilectionem ex illorum inſipientia non ſolum erga diſpenſationis miſterium magis autem & erga nominum conjunctionem excogitavimus domino cooperante noſtræ infirmitati de omnibus manifeſtam oſtenſionem facere ad redargutionem quidem male opinionis eorum qui ereticum tibi protulerunt Librum correctionem autem tuæ venerationis. Dominum ergo quando dicis dilectiſſime agnoviſti id quod ſimplex eſt nature quod incompoſitum quod inconvertibile quod inviſibile quod immortale quod incircumſcriptibile quod incomprehenſibi le & iſtis ſimilia hominem autem dicens ſignificaſti id quod nature eſt in firmum eſuritionem ſitim ſuper Lazarum Lacrimas meum Sudoris ejectionem & is ſimilia quibus id quod divinum eſt extra é x̄um d̄n quando dicis conjunxiſti utrumque unde & paſſibilis dicatur idem ipſe & paſſibilis quidem carne impaſſibilis au-

tem deitate eadem ipſa & de filio & de xpo & Inu & dno prædicantur communia enim & ſuſceptibili a varum eſſentiarum nomina ſunt quarum conjunctio in hæreticis quidem errorem facit proprio pro communi utentes nomine xpi unos autem communibus iſtis nominibus quando diſpenſationis confitendum eſt myſterium ſi enim dm dixeris pertuliſſequalicunque cogitationem quod inpoſſibile eſt dixiſti id quod blaſphemum eſt & immane ſed in aliorum heresum declinaſti impietatem ſi iterum hominem dixeris qui pertulit inveniris purum edificans templum templum crucis extra inhabitantem nunquam dicitur quia jam non eſt templum & forſitan dicunt & quomodo dns dixit ut quid me vultis occidere hominem qui veritatem vobis locutus ſum quam audivi a do bene & omnino ſapienter hoc dicendum eſt neque enim ex inhabitanti defraudabatur deitate ſed ſignificare volens patientem naturam hominis memoriam fecit propter quod & ds & homo xps ds propter impaſſibilitatem homo propter paſſionem unus filius unus dns idem ipſe proculdubio unitarum naturarum unam dominationem unam poteſtatem poſſidens etiam ſi non conſubſtantiales exiſtunt & unaquæque in quo mixtam proprietatis conſervat agnitionem propter hoc quod inconfuſa ſunt duo ſicut enim antequam ſcificetur panis panem nominamus divina autem illud ſcificante gra mediante Sacerdote liberatus eſt quidem ab appellatione Panis Dignus autem habitus eſt dominicæ corporis appellatione etiamſi natura panis in ipſo permanſit & non duo corpora ſed unus corpus filii prædicamus ſic & hic divina ΕΝΙΔΡΥΣΑCΗC.

Ideſt

Ideſt inundante corporis natura unum filium unam perſonam utraque hæc fecerunt agnoſcendum tamen inconfuſam & indiviſibilem rationem non in una ſolum natura ſed in duabus perfectis ſi enim unius quomodo id quod inconfuſum eſt quomodo quod indiviſibile quomodo unitio dicitur aliquando ſibi met ipſi unirique una eſt aut confundi aut dividi impoſſibile eſt quod ergo infernum evomuit unam in xr̄o naturam dicere putamus divinam ſolam nominantes non omnimodo unam negant nām dico ſalutem aut humanam retinentes non divinæ abnegationem faciunt dicant que perdidit quod proprium erat ſi enim unus eſt ſalva nobis eſt unitio omni modo & ea quæ unitioni ſunt propria ſalvari neceſſe eſt ſi enim non nec unitio ſed confuſio & abolitio Mox autem ad interrogationis fluctuantes reſponſionem ad aliquid aliud exiliunt quod non ſit proprium ad interrogationem & inconſtantes emittunt voces: pertulit ds̄ & non pertulit & ſi petantur modum dicere ad ignorantiam recedunt proferentes quomodo volunt xp̄i apud ipſos memoria fugiente poſt hæc vituperati in hoc mox dicunt & xp̄s non eſt ds̄ ſed & homo & iterum dicunt poſt unitatem non oportet dicere duas naturas attende ſignificationem dicti unitionem dixiſti unius unitionem non invenis fieri quomodo p̄venientes diximus verbum caro factum eſt ſed & ſpeculaneorum querentur ſubtilitatem intulit enim & inhabitavit in nobis num quid non ibi videtur qui aliud eſt quod inhabitat præter inhabitationem ſi cognoviſſent nunquam dn̄m gloriæ crucifixiſſent dn̄m iterum quando dixeris non proprium ſed commune ſi-

 gnificat

gniſicat nomen paſſionis & impaſſibilitatis ſuſceptibile conſueverant autem & iſtud prætendere putamus non corpus di̅ & ſanguinem accepimus fideliter ac piae ſuſcipiendum non quia corpus & ſanguinem poſſidet id quod divinum eſt natura ſed quia quæ carnis ſunt propria facit o inconſideratio o impia cogitatio periclitatur enim apud ipſos diſpenſationis myſterium & iterum dominicum corpus ſicut unum corpus confiteri non patiuntur per cogitationem enim dici converſum eti hoc in deitatem imaginantur unam hinc conſtruentes naturam & ipſam cujus ſit non invenientes dicere ut paſſionem divinitati undique ſecundum apollinarium excogitantes decidunt à p̄miſſis bonis putamus non contremeſcent iſta dicere audientes non cogitant æternum judicium & dn̄i vocem dicentis ego ſum & inmutor caro infirma ſp̄s autem promptus. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte triſtis eſt anima mea uſque ad mortem palpate & videte quia ſp̄s carnem & oſſa non habet ſicut me videtis habere putamus deitati iſta apta ſunt. audiant & Petrum dicentem xp̄o pronobis paſſo carne & non dixit deitate & iterum tu es xp̄s filius dei vivi viventis dixit non morientis & quæcunque his ſimilia divina nos edocet ſcriptura cui violenti eſſe hæretici non deſiſtunt. *horum* iſtas novitates vocum declinantes *cariſſimæ* ad id quod præjacet revertamur. pium & valde pium xp̄m qui morte circumdatus eſt confiteri in divinitate perfectum & in humanitate perfectum unum filium unigenitum non dividendum in filiorum dualitatem portantem tamen in ſemet ipſo indiviſarum duarum naturarum inconvertibiliter proprietates non alterum & alterum abſit. Sed

Sed unum & eundem dnm Ihm dm verbum carne noſtra amictum & ipſa non inanimata aut irrationabili ſicut impius apollinarius dicit iſtis mentem intendamus fugiamus eos qui dividunt nam & ſi enim duplex natura verum tamen indiviſibilis & indiſſipabilis unitio in una filiationis confitenda perſona & una ſubſiſtentia fugiamus qui unam naturam poſt unitionem prodigialiter dicunt unius enim cogitatione inpaſſibili do paſſionem adjungere impelluntur diſpenſationem abnegantes & diaboli gehenam arripientes iſta propter menſuram epiſtolæ ſufficere arbitror ad confirmationem tuæ dilectionis o magnificet

EXPLICIT EPISTULA BEATI JOHANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI ad Cæſarium Monachum tempore ſecundo exilii ſui amen *ita legitur fideliter.*

Digitized by Google